

STEPHANI BLANCARDI
LEXICON MEDICVM
TRIPERTITVM,
RENOVATVM,

IN QVO ARTIS MEDICAE TERMINI, IN
ANATOME, CHIRVRGIA, PHARMACIA,
CHYMIA, RE BOTANICA, ETC.

VSITATI, DILVCIDE ET BREVITER EXPONVNTVR.

HISCE ADIVNGITVR GRAECARVM VOCVM ETYMOLOGIA,
TVM EARVM BELGICA, GERMANICA, GALLICA,
ANGLICA, ETC. INTERPRETATIO, CVM
INDICIBVS LOCVPLETISSIMIS.

EDITIO NOVISSIMA,

CVI, QVAE NOVITER INVENTA, AVT NVNC RECTIVS
COGNITA SVNT,

ADDIDIT ET INTERIECIT

D. IACOBVS FRIDERICVS ISENFLAMM,

SEREN. MARGGR. BRANDENB. ONOLD. ET CVLMBAC. CONSIL. AVLICVS.
IN ACAD. FRIDER. ALEXAND. ERLANG. MEDIC. ET ANAT. PROF.
PVBL. ORD. ACAD. IMPER. NATVR. CVRIOS. COLLEGA.

VOL. II.
N. — Z.



CVM GRATIOSISSIMIS PRIVILEGIIS S. CAES. MAIEST. ET SER. ELECT. SAX.

L I P S I A E.

SVMTIBVS ENG. BENI. SCHWICKERTI CID IO CCLXXVII.

LEXICON MEDICVM.

V O L. II.

N-Z.

G G B

N.

No. designat apud medicos numerum, ex. gr. Rec. Iuiubarum N. VI. hoc est, *Numero sex.*

NAEVI, sunt quaedam maculae natiuae, eaeque duplices, protuberantes et planae, quae sunt figura varia et colore diuerso. Hae grauidis ex imaginatione falsa, ebrietate, ecstasy, etc. euenire creduntur, plerumque tamen saltem ex integumentorum tenuitate et vasculorum cutaneorum singulari dispositione oriuntur. Conf. *Macula marricalis.* Ge. Ein Muttermaal, Flecken. G. *Envies.* A. *A Mole, Marck in nativity.* B. *Moeder-vlekken.*

NAKIR, describitur a *Schenkio*, quod sit status furiosus, qui transit ab vno membro in aliud, cum dolore.

NAPELLVS, est diminutiuum a *Napus*, sic dictus, quod *Napellus* radicem habeat quodammodo tuberosam. Vide *Aconitum.* Ge. *Eisenhütlein, Wolfswurzel, Narrenkappen, Teufelswurzel.* G. *Napel.* A. *Wolf-bane.* B. *Wolfs-wurzel, Munniks-kapjes.*

NAPHA, sic proprie in officinis vocatur aqua destillata ex floribus Aurantiorum, vel etiam flores ipsi.

NAPHTHA, est Petroleum subtilissimum, leuissimum, liquidis omnibus supernatans, flammam attrahens, et metalla ex menstruis suis, in quo soluta sunt, eripiens, seu purissima species Petrolei. Vide *Petroleum.* Ge. *Naphta, Bergbalsam.* — Sed etiam *Naphtam* chymici vocant Aetherem, seu liquorem natum ex mixtione et destillatione acidi cuiusdam concentrati cum spiritu vini. Hic summe volatilis et penetrans aquae supernatat, nec eam subit: in aere temperato continuo vapores emittit, et, vt *Naphtba natiua*, flammam in vicinia collocatam attrahere videtur. Maxime vulgaris est *Naphtba vitrioli* et *nitri*, sed etiam ex acido *salis* et *aceri* similis *Naphtba* obtineri potest.

NAPTA, i. q. *Natta.*

NAPVS, est *Raparum*, vel etiam *Brassicae*, species. *Napus* satiuua *Bauh.* *Brassica napus*, radice caulescente fusiformi *Lin.* (*Tetradyn. Siliquos.*) Abunde passim colitur in vsu culinarium et oeconomicum. Radici qualitas nutriens, sed flatulenta. Decocto singularis virtus pectoralis et bechica,

femini vero in emulsione adhibito vis alexipharmaca et exanthematica tribuitur. — *Napus sylvestris*. Vide *Bunias*. Ge. Steckrüben. G. *Navez*. A. *Naveu*, *Long Rapes*, *Tur-nips*, *Wild Naveu*. G. *Szeek-raap*, *Parysche raap*.

NAPY, vide *Sinapi*.

NARCAPHTHA, est cortex resinofus et fragrans arboris thuriferae, quem Iudaei in Oriente in suffimigiis adhibent, et qui in affectibus pulmonum summopere laudatur. Vide *Thus*.

NARCISSVS, est plantae genus, (Hexandr. Monogyn.) quod folia Porri habet. Caus est excauatus, striatus, nudus. Flos est liliaceus, spatha oblonga, obtusa, compressa, latere plano dehiscens, marcescens; corolla constat e nectario monophyllo, cylindraceo-infundibuliformi; superne colorato, ore parulo, et petalis sex ouatis, acuminatis, planis, tubo nectarii externe supra basin insertis. Germen abit deinde in fructum oblongum, vel subrotundum, trigonum, trifariam dehiscentem, in tria loculamenta diuisum, seminibusque foetum subrotundis. Radix est bulbosa, extus nigra, intus alba, viscosa, amara. Huius generis plures species ob florum elegantiam et fragrantiam in hortis coluntur. Nomen deriuare student a Narcisso, adolescente in florem sui nominis conuerso, vel quia torporem (qui Gr. *ναρην* est) neruis incutiat, grauedinemque torpidam; idcirco *Sophocles* ipsum verus magnorum deorum coronamentum appellauit. Ge. *Narciss*, *Märzblume*. G. *Narcisse*. A. *Daffodil*. B. *Tyloos*, *Pauseli*, *Sporkel-bloemen*.

NARCOSIS, est stuporis inductio, vr fit in paralyfi, vel ex opio, aliisque stuporem inducentibus. A *ναρκωω*, stuporem induco. Ge. *Unempfindlichkeit*. G. *Affoupissement*. A. *Stupidity*. B. *Verdoving*.

NARCOTICA, sunt medicamenta, quae stuporem inducunt, et dolorem sistunt, dum neruorum sensibilitatem et fibrarum muscularium irritabilitatem minuunt et obrundunt. A *ναρκωω*, torporem concilio. Lat. *Torpor*, *Stupor*, et *Heberudo sensus morusque*. Gr. *Ναρην*, *Ναρκηνα*, *Ναρκοσις*. Ge. *Schlafmachende*, *betäubende Mittel*. G. *Narcotiques*. B. *Verdovende Middelen*.

NARDVS, Gr. etiam *Ναρδος*, et *Ναρδοσάχυς*, a Nardo, vrbe Syriaca, Euphrati contermina, nomen accepisse, multorum est opinio. Alii *Ναρδοσάχυς*, quam inter aromata *Dioscoridas* recensuit. Duplex eius species prostat in officinis. Vide sequ.

NARDVS CELTICA, vide *Spica Celtica*.

NARDVS INDICA, siue SPICA INDICA, est substantia quaedam constans e fibris plurimis sibi cohaerentibus, non

tamen implexis, et extremitate altera corpori subrotundo densiori adhaerentibus, digiti circiter longitudine et crassitie. Hinc ob similitudinem spica dicta. Id corpus est capitulum radicis plantae in India Orientali passim crescentis, quae est Gramen cyperoides aromaticum indicum *Breyn.* Calamus odoratus *Martthioli.* *Andropogon nardus* paniculae racemis supradecompositis proliferis *Linn.* vel etiam *Andropogon schoenanthus*, paniculae spicis coniugatis ouato-oblongis, rachi pubescente, flosculis sessilibus, arista tortuosa *L* (*Pol. Mon.*) Fibrae hae non sunt nisi costae et nervi foliolorum exsiccatorem et detritorum superstites radici adhaerentes. Qualitatis Spica indica est fragrantis et aromaticae, odoris grati ad Cyperum accedentis, saporis amaricantis. Tribuitur ei virtus cordialis, alexiteria, stomachica, carminatiua et anthelminthica. Rarior eius hodie apud nos vsus est. Veteres plures ingreditur compositiones. Apud Indos frequenter in usum culinarium, ad condiendos cibos, adhibetur. Eiusdem speciei videtur *Nardus Narbonensis*, in Gallia australi proueniens, sed omni odore et sapore aromatico destituta. *Ge. Indische Spikenard.* *G. Spica-nard, Nard Indien.* *A. Indian Spikenard.* *B. Spikevard van Indien.*

NARES, s. *Nares externae*, *Gr. Μωρρησες*, sunt partes concauae nasi utriusque positae, septo distinctae, quae interius inuestiuntur membrana valde sensibili, mucosa, seu pituitaria, et meatum praebent aeri in respiratione et odoribus, simulque exitum concedunt excrementis mucosis. *Ge. Die Nasenslöcher.* *G. Narines.* *A. The Nostrils.* *B. Neus-gaten.*

NARES INTERNAE, vocatur Nasus internus. *Ge. Die innere Nasenhöhle.* *G. La Cavité du Nez.*

NASA, i. q. *Narrd.*

NASALIA, i. q. *Errhina.*

NASCALIA, sunt globuli, ex eadem substantia, qua pessaria formantur, quae matricis cervici immittuntur. Distinguuntur a *Pessio* et *Pessario*, quod *Nascale* sit penicillus in nodi effigiem mollissimus, ex cotonis, vel lanæ flocculo, etc. qui imbutur vel succo idoneo, vel vnguento conuenienti, qualis etiam in vlceribus faucium a chirurgis adhibetur. *Ge. Mutterzapflein.* *G. Pincean.* *B. Moeder-zerfel.*

NASITAS, PSELLISMVS NASITAS, est illud vitium in tono vocis, quod accidit ex narium obstructione, ita vt, qui naso vulgo loqui dicuntur, illi sint praecise, qui naso non loquuntur, sed apud quos deficit voci ille resonitus, qui ab aere nares subeunte pendet, et qui harmoniam voci conciliat.

at: illa vero narium obstructio pendet a diuersis causis.
Sauv. Ge. Durch die Nase reden. G. Nasiller.

NASTURTIVM: hoc nomine variae saepe denotantur plantae, et ipso genere inter se diuersae, quarum species passim in vsum medicum adhibentur. — *Nasturtium hortense Pharm.* Nasturtium hortense vulgatum *Baub.* est *Lepidium sativum* floribus tetradynamiis, foliis oblongis multifidis *Linn.* (Tetradynam. Siliculof.) *Ge. Gartenfresse. G. Cresson de Jardin, Cresson Aenois. A. Garden-Kressen. B. Tuin Kers, Sterke-Kers.* Est planta, quae habet caules ramosos, rotundos, solidos. Folia oblonga, profunde incisa, saporis acris, sed grati. Flores in summitate ramorum crescentes sunt exigui, quadrifidi, cruciformes, coloris albi, vel purpurei. Post florem succedit fructus ovalis, compressus, diuisus perpendiculariter respectu valvularum in duo loculamenta, contenta semina obrotunda, parua, oblonga, sublutea, aliquantulum compressa, in cacumen pallidum desinentia, saporis acris, amaricantis. Radix fibrosa, simplex, lignosa, alba. Haec planta annua est, et in hortis colitur. Gaudet viribus resoluentibus, diureticis, mundificantibus et antiscorbuticis; acetariis commode additur. Semini longe acrior. qualitas inest, hinc electuariis admixtum eximias vires exserit. — — *Nasturtium aquaticum Pharm.* Nasturtium aquaticum supinum *Baub.* *Sysimbrium nasturtium*, siliquis declinatis, foliis pinnatis, foliolis subcordatis *Linn.* (Tetradyn. Siliquof.) *Ge. Brunnenfresse. G. Cresson de fontaine. A. Water-Kressen. B. Water-Kers.* Hoc frequenter apud nos circa riuulos fontesque proueniens pariter est planta flore tetrapetalo cruciformi, sed a priori distincta siliqua longa tereti. Qualitatis, vt praecedens, acris, volatililis, per coctionem et exsiccationem expirantis, virtutisque eximiae antiscorbuticae est, hinc plerumque succus recenter expressus ad plures vncias propinatur. Prostat tamen in officinis syrupus, spiritus et aqua destillata. — *Nasturtium indicum Pharm.* *Cardaminum Tournef.* *Actiuiola Ludw.* *Viola inodora* scandens, Nasturtii sapore, maxima, odorata *Herm.* *Tropaeolum maius*, foliis peltatis subquinqulobis, petalis obtusis *Linn.* *Ge. Indianische Kresse. G. Capucine. A. Indian Kresses. B. Indiaansche Kerse.* Planta haec et ordine et genere a Nasturtiis diuersa est. Flos enim est pentapetalus anomalus; (Octandr. Monogyn.) fructusque constat e baccis tribus, solidiusculis, hinc connexis, sulcato-striatis, inde angulatis, foetis semine eiusdem figurae. Planta ex America adlata nunc vbertim in hortis nostris colitur. Sa-

pore, qualitate et viribus cum Nasturtiis conuenit. Sed et flores in acetariis maniacis datos insigne saepe tulisse leuamen constat. Nasturtii nomen forte venit a nascendo, quod cito crescat. Alii autem appellari volunt a naribus torquendis, quod odore et seminis acrimonia sternutamenta prouocet. Vide *Cardamon*. Gr. *Κάρδαμον*. Ge. *Kresse*. Ga. *Cresson*. A. *Kresse*. B. *Kers, Starkost*.

NASVS, est media faciei prominentia. Estque *externus*, vel *internus*. Intus constat ex duabus cavitatibus, nares dictis, ossibus, cartilaginibus. *Externus* habet partem superiorem immobilem, et continet radicem, dorsum, spinam, et inferiorem magis mobilem: diuiditurque in *Globulos*, *Alas*, et *Pinnas*, etc. *Internus*, s. *Nares internae*, varias habet latebras, ductusque anfractuosos, ac sinus et ossa turbinata, membrana pituitaria et expansione neruorum paris primi vestita, quibus odorifera effluuia recipiuntur et retinentur. Estque odoratus et commodae loquela instrumentum — *Nasus* pro diuersa conformatione varia accepit nomina, dicitur paruus, simus, aquilinus, agutus, magnus, etc. Gr. *Ῥί*; et *Ῥί*. Ge. *Die Nase*. G. *Lo Nez*. A. *The Nose*. B. *De Neus*.

NATA, i. q. *Nassa*.

NATES, sunt vtrinque partes quasi hemisphaericae, inferiori et posteriori parti trunci corporis adhaerentes, exteriori et posteriori ossium innominatorum superficiae adnexae, quibus in sedendo sustinemur. Constant e Glutaeis, musculis scilicet insignibus femur extendentibus, plurimo adipè interiecto testis. Homini prae omnibus quadrupedibus nates sunt maximi voluminis. Gr. *Ἰστροί*. Ge. *Die Hinterbacken*. G. *Les Fesses*. A. *The Hips, or Buttocks*. B. *Billen, Aurs-Billen*.

NATES CEREBRI, sunt duae prominentiae orbiculares, post neruorum opticorum Thalamos, quae superiori caudicis medullaris parti in vtroque latere adhaerent, et cum duabus prominentiis paulo minoribus, et inferioribus, quas Testes vocant, *eminentias* illas *quadrigenas*, vt aptius nunc dicuntur, constituunt, quibus *Glandula pinealis* superiacet. *Nates* veteres scriptores dixerunt, quasi posterius positus spectator inimum dorsum hominis stantis respiceret. Non tamen desunt, qui inuerso sensu vocis testes dixerunt. *Hall*. In homine hae eminentiae minores sunt, in brutis vero maiores. Gr. *Ἰστροί*. G. *Die hintern runden Erhabenheiten im Gehirn*. G. *Les Nates*. A. *The Buttocks of the Brain*. B. *De Herffenbillen*.

NATIVA, *Medicamenta* vocantur, quae natura suppeditat sine villo artis adminiculo.

NATRON, ANATRON, Nitrum antiquorum, Aphronitrum, Baurach, est substantia, quae abunde in aqua oceani, ut et quibusdam aquis mineralibus continetur, et proprie basin Salis communis constituit. Reperitur passim in oriente sub forma salis flocculenti in superficie terrae et ad parietes cavernarum, minus tamen tunc purum est, sed variis aliis salibus inquinatum. In uniuersum autem alcali minerale eadem quidem in genere, quam alcali vegetabile, proprietates habet, ea tamen differentia, quod mitius sit, minusque acre, aqua solutum per euaporationem in crystallos quasi exiguas abeat, non penitus in aere deliquescat, sed potius in puluerem fatiscat, cum acido vitriolico mixtum Sal medium, seu *Mirabile Glauberi*, constituat, facile in aqua solubile, in igne fusile, cum acido nitri crystallos cubicas, s. *Nitrum cubicum*, cum acido salis communis uerum *Sal commune*, et cum tartaro sal formet facile in crystallos abiens, quod *Sal Rupellense*, seu *de Seignette*, vocatur. Hanc esse substantiam veteribus non incognitam, de qua sermo est Ierem. II, 22. Malach. III, 2. Prouerb. xxv, 20. non immerito putatur, cum et adhuc in Oriente ad lotionem adhibeatur. Vfus quoque eius vitriarius passim est. Singularia adhuc circa hanc substantiam eximiorum detexit chymicorum solertia, tum ad generationem salium in genere, tum ad usum medicum, pertinentia. Vide *Alkali minerale*. Ge. *Mineralisches Alkali*. G. *Natron*.

NATTA, est tumor magnus et mollis, sine dolore et colore, in dorso praecipue excrescens, quandoque tamen in humero et aliis partibus erumpens, musculis irradiatus, extenui quidem radice pendens, ita tamen incrementum sumens, ut aliquot libras pendeat, et Melonis, vel Cucurbitae, magnitudinem aequet: eius substantia est vel adiposa, vel pulposa, ideoque vel ad Steatomata, vel ad Sarcomata, referri debet. Ge. *Eine Speckgeschwulst*. G. *Srbarome, Sarcome*. A. *Steatoma*. B. *Een Spek-gezweel, Wen*.

NATURA, Graeco *Φύσις* dicta, a *φύω*, cresco, nascor. Huius uocis in medicina auctor est *Hippocrates*, qua uoluit, prout ex eius scriptis colligendum, *Complexum omnium partium, tam solidarum, quam fluidarum, corpus animale constituentium simul sumtarum, in suo motu, vel quiete, prout bene se habent*. Unde non est ens distinctum et singulare a corpore, uerum ipsum corpus, siue omne illud, quod in quolibet homine perfecto, simulac natus est, inuenitur ita ipsi connexum, ut partem eius aliquam constituat. Verum prout uocibus variae attribui solent significationes, hinc postea sumta fuit pro Deo ipso, ac pro omnibus quoque eius operibus. A phyfi-

cis pro illa in corporibus conditione, qua sola posita ponitur corpus, qua sublata tollitur, vel etiam pro complexu omnium legum corporibus a Creatore praescriptarum, vel virium corporibus inditarum. Interdum etiam sumitur pro nascendi vi, ideoque partes genitales vtriusque sexus appellarunt *Naturam*. Ge. Die Natur. G. A. Nature. B. Natuur.

NATVRALE, saepe idem denotat, quam *Natum*. Medicis vero praecipue id *Naturale* dicitur, quod secundum naturam, scilicet statum sanum, est, hicque status vocatur *Naturalis*, et opponitur morbofo, qui *praeternaturalis* dicitur. Vide *Res*.

NATVRALES FACVLTATES, NATVRALES ACTIONES, sunt in corpore animali actiones illae, quae faciunt, vt heterogenea alimenta assumpta fiant iterum pars corporis animalis, seu eius naturae, sicque eius natura conseruetur. Dum enim corpus perpetuo deterritur per suum motum, requiritur, vt deterritum restitatur: id vero fieri nequit, nisi assumantur, quae nondum sunt illud corpus animale, hoc est, heterogenea. Quaecunq; igitur actiones in corpore mutant illa heterogenea, ita vt abeant in corpus ipsum, vocantur *Facultates naturales*. Sunt igitur hae actiones masticationis, digestionis et concoctionis ciborum in ventriculo et intestinis; concoctorum per lactea et ductum thoracicum in sanguinem delatorum in corde et pulmonibus compressio, attritus, mutatio, applicatio in locum partium deterritarum, secretio et excretio superfluatorum, etc. Ge. Natürliche Verrichtungen. G. Les Facultés, ou Fonctions naturelles. A. The natural Faculties, Functions. B. De natuurlyke Werking.

NAVICVLARE OS, dicitur et *Σναφοειδές*, et *Cymbiforme*, est tertium os Tarsi in vtroque pede, retrorsum cum, osse calcaneo, antrosum cum tribus ossibus cuneiformibus, conexum. Sic dicitur a forma conuexo-concaua. *Winslowius* et *Monroüs*, hoc nomen etiam dant ossi maximo carpi, quod inter os multangulare maius et extremitatem radii situm est, paruaque eminentia et cauitate conspicuum. Ge. Das Schiffgleiche Beinlein der Handwurzel. G. Os naviculaire. A. Shiplike-bone. B. Het Scheep beenje.

NAVSEA, Gr. *Nauτία*, est fastidii species et ad vomitum conatus, qui aut subsequitur, aut non, labiis inferioribus tremore actis, et plerumque humore ex ore fluente, ac fibris muscularibus oesophagi, ventericali, intestinorum incipientibus motu peristaltico inuerso agitari, et musculis abdominalis, praecipue rectis, sesevalide constringentibus. Est etiam nausea non infrequens, quae a vomitu peracto aliquamdiu

remanet. Nausea insuper secum trahit fastidium cibi, potus et medicamentorum; quae tanta est saepe, ut ne quidem deglutitio fieri possit, quia, stomachi orificio constricto, cibi, vel potus, interiora versus descendere nequeant. Tandem ut vomitus, sic nausea cum multis morbis complicatur, et iis evenit saepius, qui in mari, aut aquis agitatis a vento, peregrinantur. Sumitur et pro *Anorexia*, siue omni ciborum fastidio et aersatione. Ge. *Der Eßel*. G. *Degour*, *Nausée*. A. *Sickness*, *Disgust*, *Nauseousness*. B. *Walging*, *Quaalikheid*.

NEAPOLITANVS MORBUS, idem est, quam *Lues Venerea*. Sic autem dicitur, quia, ut ferunt; milites Hispani, circa finem saeculi decimi quinti ex America tum detesta nouiter aduenientes, hoc morbo contaminati, a *Ferdinando*, Hispaniae rege, Neapolitanis ab exercitu *Caroli VIII*. Galliarum regis, obsessis auxilio missi, incolas huius urbis infecerunt, a quibus demum id malum Gallicis copiis communicatum, sicque per reliquas regiones propagatum est. Negant tamen alii hanc originem luis.

NEBVLA, est morbus oculi, quando tunica cornea incrasatur, aut per natam maculam subpellucidam eius diaphaneitas ita mutatur, ut aeger omnia quasi per nebulam videat. Ge. *Flack im Auge*. G. *Taye*.

NECROSIS, est Sugillatio alicuius partis, cum subsequente plerumque illius partis destructione. Vide *Gangraena*. — Sed exactius vocatur *Necrosis* morbus chronicus, in quo artus, ut pedes manusque, post stuporem et dolorem, ut plurimum sine tumore, arescunt, exsiccantur, et sensu motuque amissis, sponte ut plurimum a corpore secedunt. Qualem morbum ex esu Secalis cornuti nonnunquam oriri observatores asserunt. *Sawv*. Ge. *Der trockne Brand*. G. *Le feu St. Antoine*, *la Gangrène sèche*, *le mal des ardents*. A *νεκρῶσι*, morte afficio.

NECTAR, est potus deorum, ut *Ambrosia* cibus. — Medicis autem olim dicebatur potus medicamentosus, colore, gustu et odoratu gratissimus. Ge. *Göttertrank*. G. *Nectar*.

NECTARIUM, botanicis dicitur pars mellifera, floribus propria, vel petalis inserta, vel a corolla et caeteris partibus distincta, succum melleum continens, nutritioni forte partium fructificationis destinatum, quemque auide apes ad mellificium exlugunt.

NEFRENS, id est, *Dentibus carens*, siue in infantia, siue in senectute. Sic dicuntur, quia duriora dentibus frangere non possunt. Ge. *Zahnlos*, *der nicht beißen kann*. G. *Edenté*. A. *Toothless*. B. *Tandeloos*.

NELUMBO, i. q. *Faba Aegyptiaca*.

NEMOMENA, vide *Nomas*.

NENUPHAR, est *Nymphaea*, seu *Nenufar*. Est vox barbarica. Vide *Nymphaea*.

NEOGALA, est lac recens, quod illico *Colostrum* sequitur. Ex *viv*, nouum, recens, et γάλα, lac.

NEPA, vide *Genista*.

NEPENTHES, est Laudanum opiatum, medicamentum vere laudatum. Huiusmodi compositio passim profstat, constans ex opio, croco, ligno aloes, croco folis et ambrā grysea. *Theod. Zwingerus* primum illud ita appellari censuit. *Nepenthes* latine dicitur, quasi nullus luctus. Ob summos et admirabiles, quos exserit, effectus laudani nomen ei a *Theophrasto Paracelso* datum est. *Nepenthes* remedium *Helena* fuisse dicitur, quo omnes e corde languores et aegritudines sustulerit, et hilaritatem laetitiamque induxerit. Legitur apud *Homerum* Od. 3. φάρμακον νηπενθίδος, remedium tristitiam animo eximens. Dicitur autem ἀνὰ πρὶν. et πένθος, luctus.

NEPENTHES, est planta Indiae Orientalis, (Gynandr. Tetrandr.) flore apetalo, capsula oblonga, quadriloculari, quadriualui, polysperma. Planta mirabilis destillatoria *Grim*. Vtricularia vegetabilis Zeylanensium *Pluk*. Bandura Zeylanica in extremo foliorum folliculum peniformem expansum habens. *Burm*.

NEPETA, vulgo *Cattaria*, aliis *Calamintha*, est planta flore monopetaló ringente, (Didynam. Gymnosperm.) galea bipartita, barba tripartita. Species frequenter in Europae ruderatis proueniens, aut etiam in hortis culta, est *Mentha cataria* vulgaris maior *Baub*. *Neptra cataria* floribus spicatis, verticillis subpedicellatis, foliis petiolatis cordatis, dentato-serratis *Linn*. Qualitatis est subaromaticae, hircosae et amarac. Magna scatet olei aetheri quantitate, et virtute antihysterica, pellente, cephalica et anthelmintica gaudet. In infessu vehementer laudatur. Felibus an grata, an exosa, quippe quam effodere atque destrere vehementer amant? Etymologiam deducere quidam conantur a *Napus*, ex *ν*, non, et *πέδιον*, pes, quasi pedibus carens, sed non conuenit cum re. Forte *Nepera* deriuatur a Belgico idiomate *Nepre*, seu *Nipre*, vt *Cattaria* a *Katte-kruid*. *Gé. Rasennepste, Rasennung*. *G. Herbe au Chat*. *A. Nip, Nep, Car-minsi*. *B. Katte-kruid, Neppe, Nippe, Nepra*.

NEPHELAE, sunt tennes oculorum albedines. Vide *Nebula*. — Item nubeculae medio vrinae innatantes. Vide *Enacorema*. Dicuntur etiam ita maculae albae, quae in vngu-

vm superficie nubecularum speciem repræsentant. Græc. *Νέφλα* et *Νέφος*, nubes, nebula. Ge. *Eine Wolke*. G. *Ombrage*, *Nuage*. A. *Clouds*. B. *Eene Wolk*.

NEPHRITES, est prima vertebra lumbaris. Ge. *Das erste Lendenwirbelstein*. G. *La premiere vertèbre des lombes*.

NEPHRITICA, sunt medicamenta, renum morbos auferentia. A *νεφρός*, ren.

NEPHRITICVM LIGNVM, dicitur *Santalum caeruleum*. Crassum est et enode, durum, ex flauo pallidum, saporis subacris et amaricantis. Arbor est *Moringa Zeylonica*, foliorum pinnis pinnatis *Burm.* *Guilandina Moringa* inermis, foliis subbipinnatis, foliolis inferioribus ternatis *Linn.* (Decandr. Monogyn.) flore pentapetalo, legumine rhomboidea, ventricoso-compresso, uniloculari, dissepimentis transuersalibus distincto. Crescit in vtraque India, vnde id lignum ad nos adfertur. Infusum eius viribus quidem eximius diureticis gaudet, de vere lithontripticis tamen, quas nonnulli extollunt, non immerito dubitatur. Rarior eius hodie in medicina vsus est, sed eo frequentior in experimentis opticis, dum singulari qualitate huius ligni infusum, quod caeruleo colore imbutum est, pro vario oculi inspicientis positu colorem mutat. Ge. *Griekholz*, *blauer Sandel*. G. *Bois néphrétique*. A. *Nephrick wood*. B. *Nier-hour*.

NEPHRITICVS DOLOR, vide *Nephritis*.

NEPHRITICVS, est, qui renum morbo laborat.

NEPHRITICVS LAPIS, est opacus et variegatus, ex colore viridi aliisque permixtus. Raro hic lapis in se duos colores habet, semperque viriditatem ex albedine refert, alias viriditatem subflauam; interdum subcaeruleam; plerumque ex viridi albo, flauo, caeruleo nigroque colore mixtio est. Poliri exacte non potest: semper enim ipsius superficies pinguis apparet, quasi oleo inuncta fuisset. A quibusdam ad Sili- ces refertur, cum tanta sit duritie, vt chalybe percussis scintillas excitet, quod de orientali valet: ab aliis ad Gypsum vel Talcum Occidentalis est Gypsum viride semipellucidum fissile *Wall.* *Talcum nephriticum* praepoliendum, viride subdiaphanum particulis subfibrosis L. Cum Lapide serpentino et Steatite conuenit. Adfertur ex India Occidentali: in nonnullis etiam Hispaniae locis, in Saxonia, et in Bohemia reperitur, quorum tamen ille semipellucidus, hic opacus est. Vis nephritica, vnde nomen gerit, valde dubia et suspecta est, nisi forte menstruis acidis solutus aliquid praestare possit. Tanta inuenitur mole, vt pocula inde fieri possint. Ge. *Nierenstein*. G. *La pierre néphrétique*, *Jade*. A. *Nephrickstone*. B. *Graveelsteen*.

NEPHRITIS, seu **AFFECTIO NEPHRITICA**, et **NEPHRITICVS DOLOR**, est dolor ardens pungensque in lumborum regione, vbi renes siti sunt, nempe ad latera spinæ in sinistra, vel dextra parte. Hic si oritur ab inflammatione renum, abscessu, calculo, febrem inflammatoriam continuam comitem habet; quod si vero absque febre inflammatoria sit, proprie *Nepbralgia* vocatur. Nonnunquam a conuulsione partium istarum, vel rheumatismo quoque, obseruatur. Dolor in initio obscurus, sed mox acerbissimus, et sine remissione, vsque dum totus intereat: plerumque stupet alterum crus in illo latere, in quo dolor, et testiculus retrahitur. Urina saepe est flammea, vbi autem valde virget malum, est aquosa, sed vbi summum, aliquando supprimitur. Vomitus nunquam non adest, et maximus quidem, cum inexplicabili nausea, anxietate et inquietudine. Saepe etiam dolor ad inguina; aut alterum inguen, exporrigitur, descendens quasi a lumbis, iuxta situm vreteris. A *vespèrè*, ren. Ge. *Lendentstein*, *Nierenstein*, *Lendentweh*. G. *Douleur Néphrétique*, *Gravelle*. A. *Gravel*, *Nephrisick-pain*. B. *Nieren wee*, *Graveel*.

NEPHROS, est *Ren*, vtrimque in abdomine, sed extra cauum peritonæi, in huius superficie externa, cellulosa, vnus, qui circa lumbos sub hepate et liene situs est. Figura est instar Phæoli, substantia eius ex innumeris canaliculis exiguis circinnatis constat, seu productionibus et ramificationibus arteriarum emulgentium, quæ tandem in *tubulos* tenuissimos desinunt, qui *urinarii* vocantur, in octo ad duodecim papillas collectos, et in peluim hiantes, vt sic vrina a sanguine secreta per peluim, vretères, et vesicam foras eliminetur. Ge. *Nieren*. G. *Rein*, *Roignon*. A. *Rein*, *Kidney*. B. *Nier*.

NEPHROTOMIA, seu renum sectio, quando calculosi, vel vlcere affecti sunt. De hac quidem renum in regione lumbi incisione ad educendos calculos renales passim post *Hippocratem* dictum est, merito tamen, num vnquam felici cum euentu instituta sit, dubitatur. Secus se res cum abscessibus in renes vsque penetrantibus habet, qui interdum sat feliciter inciduntur et calculi eximuntur. Ge. *Der Nierenschnitt*. G. *Nepbrozomie*. A. *Nepbrozomy*. B. *Sæen-snyding uir de Nier*.

NERION, **NERIVM**, est arbulcula, visui grata, Laurum fere referens. Folia sunt oblonga, crassa, dura. Flores sunt pulcherrimi, magni, Rosis similes, coloris rubri, vel albi, monopetali, infundibuliformes, multifidi, (Pentandr. Monogyn.) Fructus est teres, fere cylindricus, compositus ex duabus thecis per maturitatem a se inuicem abscedentibus,

semina coronata pappo, imbricatim posita, placentae adnata, continentibus. Radix polita, lignosa, longa. Arbor proprie exotica est, in regionibus calidis nascens: apud nos tamen passim in hortis et hybernaculis colitur et seruatur. Qualitas suspecta est: foliorum enim decoctum et hominibus et animalibus perniciosum dicitur. Folia contusa morfui animalium venenatorum imponuntur. Siccata sternutatorium remedium suppeditant. Species huius generis est etiam *Nerium auridyseriticum* Linn. ex quo *Cortex Profluuii*, s. *Conessi*, s. *Telliberry*, obtinetur. *Nerium* vulgare etiam dicitur *Rhododendron*, et *Rhododaphne*. Sic appellari videtur, quod circa amnes crescat. *Nerium* enim est humidus. *Rhododaphnen* autem Gr. dixerunt a *Rosae* floribus et *Lauri* foliis, Barb. *Oleander*, forte quod eius folia sint instar *Oleae*, sed multo maiora. Ge. *Lorbeerrosen*, *Oleander*. G. *Laurier-rose*. A. *Oleander*, *Rosebay*. B. *Roze-laurier*, *Oleander*.

NERONICA, vel NERONIANA, VENAESECTIO, vocatur, quando plures venae vno eodemque die aperiuntur.

NERVALIA OSSA, i. q. *Sincipitis*.

NERVINA, sunt medicamenta, quae aduersus nervuorum morbos in usu sunt, aut eos roborant. Ge. *Nervensstärkende Mittel*. G. *Remedes pour les Nerfs*. A. *Remedy for the Nerves*. B. *Zenuw-Middelen*.

NERVOSA FEBRIS, vide *Neurodes*.

NERVOSAE PARTES: ita veteres non nervos solum, sed et omnes partes molles albas et tendineas, vocabant, vt tendines, aponeuroses, ligamenta, quae res variorum in chirurgia errorum causa fuit.

NERVVS, NERVI, sunt propagines e tenuissimis filamentis constantes substantiae medullaris cerebri et cerebelli, scilicet medullae oblongatae et spinalis; tunicis suis, seu vaginis, inuolutae, altera vasculosa, seu productione pia meningis, altera densiore a producta dura meninge seu potius tela cellulosa stipata, quae inde, in innumerabiles ramos distributae, tum ad omnes musculos, tum ad omnia fere puncta corporis feruntur, et praecipue sensibus et motibus inserviunt, per motum materiae subtilissimae in cerebro secretae, quae *Fluidum nervuicum* dicitur, quippe cuius motu intercepto perit, aut turbatur, nervuorum actio. *Sensorii* dicuntur *Nervi* solum ad sensoria organa accedentes, vt par olfactorium, par opticum, portio mollis paris septimi. *Motorii*, quorum filamenta quoque musculis intextuntur, cum reliquae productiones etiam sensui praesint. Intra cranium a medulla oblongata novem paria Nervuorum originem sumunt, vt Nervus

olfactorius, opticus, oculorum motorius, patheticus, gustatorius, quia ramos dat linguae, eiusque musculis, vel trigeminus, ob tres maiores ramos, in quos diuiditur, timidus, seu abducens, auditorius, par vagum, et linguae motorius, vel potius gustatorius. Intra cranium septem duntaxat paria Veteres agnoscebant, quae hoc disticho continentur:

*Optica prima; oculos mouet altera; tertia gustat,
Quartaque; quinta audit; vaga sexta est; septima linguae.*

Infra vero cranium triginta et vnum paria numerantur; nempe octo ex colli lateribus, intra quos primum par Nerusus infra-occipitalis est, quem olim neruis capitis adnumerabant, duodecim ex medulla spinali in dorso, quinque ex lumbis, et sex ex osse sacro. Nerui omnes infra cranium oriuntur a medulla spinali, qui vtrinque per lateralia vertebrarum foramina, seu potius per canales formatos ex concursu duarum incisurarum ad corpora vertebrarum sibi superiacentium, artubus et ventribus destinantur, et inde ad omnia quasi puncta corporis distribuuntur. — Nerusus, tendo et ligamentum male olim a chirurgis veteribus confundebantur. Vide *Neruosae partes*. Gr. *Névov*. Ge. *Ein Nerve*. G. *Nerv*. A. *A Nerve*. B. *Een Zenuw*. — In phytologia haec vox denotat praesongum et continuum filamentum, folia perreptans; hinc etiam botanicis *folia* dicuntur *Nervosa*, vasis simplicissimis, a basi ad apicem extensis, instructa.

NEVRITICA, i. q. *Neurotica*.

NEVROCHONDRODES, est ligamenti genus, partim latum, partim rotundum, duritiae medium inter cartilaginem et ligamentum, quale est in articulo ossis calcanei cum astragalo et vicinis partibus, et in intimo sinu ossis coxendicis, quod femoris capiti inferitur, seu proprie ligamentum articularum rotundum, vel teres: sic dictum est, quod veteres ligamenta, tendines et neruos eodem nomine denotent.

NEVRODES, FEBRIS NERVOSA, est species febris continuatae, magis, vel minus chronicae, plerumque admodum periculosa, cum calore et vrina sanorum similibus, pulsuque quoad frequentiam sano fere simili, et quoad robur non maiori, cum vniuersali tamen, vt a magno exercitio, lassitudine, sopore, animi abiectioe, capitis dolore grauatiuo, vertiginoso, et omnium functionum languida perturbatione, absque vilo visceris laesi signo. Sic vocatur, quod praecipue a turbato fluidi neruei in organa influxu, hincque omnium actionum languore, oriatur. Ge. *Ein Nervenfeber*. G. *Febre nerveuse*. A. *Nervous fever*.

NEUROLOGIA, est scientiæ anatomicæ pars, seu neruorum descriptio, agens de eorum origine, fine, fabrica, et vsu. Ex *νεῦρον*, neruus, et *λεγω*, narro, describo. *Ge. Beschreibung der Nerven.* G. *Neurologie.* B. *Beschryving der Zenuwen.*

NEVRON, i. q. *Neruus.*

NEVROTICA, sunt medicamenta, neruorum mala auferentia. Vide *Neruina.*

NEVROTOMIA, est anatomica neruorum euolutio et præparatio. Item neruorum punctura. Ex *νεῦρον*, neruus, et *τέμνω*, secō.

NEVROTOMVS, est, qui neruos scite et eleganter euoluit. Ex *νεῦρον*, neruus, et *τέμνω*, secō.

NEVTHA, dicitur pellicula, quæ in initio meatus auditorii auribus foetus accrescit, ne tympanum in vtero nimis ab aqua allabente emolliatur, aut ne auditus neonatorum nimis percellatur, quæque post partum successu temporis cur. reliqua cuticula decidere solet. Ex cuticula et mucoso cerumine constat, et cum totum meatum auditorium intus obducatur, digitabulum quasi refert. Nonnunquam etiam similis pellicula oculis accrescit, totamque faciem obtegit.

NEVTRVM, dicitur de salibus, quæ componuntur ex acido et alcalino, ea ratione simul vnitis, vt vnum præ altero non prædominetur. Vide *Sal.*

NICOTIANA, seu TABACVM, est planta, quæ habet caulem rotundum, medulla alba repletum, villosum, digiti crassitie. Folia sunt ampla, aliquantulum acuta, neruosa, sine petiolo, integra, succulenta, viscida et atrectatione manus inficientia, saporis acris, aut vrentis. Flores monopetali sunt, infundibuliformes, eorumque inferior pars tubum refert, superne in quinque lacinias diuiduntur, coloris purpurei, (Pentandr. Monogyn.) Post florem sequitur fructus membranaceus, oblongus, in duas partes diuisus, multa semina exigua et rubicunda habens. Radix est fibrosa, alba, saporis acris. Tota planta habet odorem penetrantem, et qualitatem virosam, narcoticam, drasticam, satisque acrem. Præter picam, qua nostris temporibus vsus foliorum variis additamentis mâceratorum et tritorum naribusque exceptorum, vel incensorum fumus haustus intulit, pluribusque pro habitu corporis, aut vsu tempestiuo, vel prodest, vel obest, etiam in medicina hæc planta interdum adhibetur. Extractum ad grana duo in asthma humido, vix tamen satis tuto, commendatur. Decoctum in clystere datum soporosum vehementer irritat. Fumus herbæ accensæ commodo apparatus

apparatu in intestina pulvis pertinacissimam in passione iliaca obstructionem soluit, atque vt validissimum excitans in strangulatis et submersis, lethargo, etc. commendatur. Folia contusa ulcera fordida abstergunt, et omnia insecta enecant; in scabie et tineæ laudantur. Sed et resorptionem succi, vel olei, summopere nocuisse compertum est. Vulgaris species est *Nicotiana tabacum* Foliis lanceolato ovatis sessilibus decurrentibus, floribus acutis. Crescit sponte in America, sed et ibidem atque in Europa et Asia abunde nunc colitur. Nomen obtinuit a *Ioanne Nicorio*, Regis Galliaë consiliario; cuius beneficio Gallis primum anno 1560. innotuit, quam Vlyssipone, dum legati munere fungeretur, a Belga e Florida, Americae prouincia allatam, accepit. Vnde sensim et in alias regiones translata iam passim abunde colitur, et in usum quotidianum magis, quam medicum, adhibetur. Eius variae sunt species, vt *Nicotiana maior*, vel *Nicotiana tabacum* *Linn.* *Nicotiana militaris*, vel *glusinasæ* *Linn.*, etc. *Nicotiana minor*, foliis scilicet ouatis petiolatis, seu *rustica*, prioribus qualitate et viribus longe inferior est. Vide *Tabacum*.

NICTATIO, vocatur, quando palpebrae collabi coguntur, vt oculi vix aperti retineri possint, quod somnolentis familiare est, et interdum quoque in morbis euenit. Vel etiam quando palpebrae, aut consuetudine, aut irritatione quadam, vel iusto plus, vel iusto frequentius constringuntur. *Ge. Das Wlinsen der Augen. C. Le Clignotement. B. Blikhoogen.*

NIDOR, dicitur odor foetens, et redolens partes animalis ambustas.

NIDOROSA DYSPEPSIA; NIDOROSI RVCTVS, oia putrida redolentes. Vide *Dyspepsia*. *Ge. Aufstossen des Magens. G. Reppöches nidoreuses.*

NIDVS, i. q. *Focus*.

NIGELLA, seu **MELANTHIVM**, est planta, (Polyandra Pentagyn.) quæ habet caules tenues, excavatos. Folia mediocriter lata, viridia, minutim incisa, capillacea, calyx nullus. Flores sunt polypetalii, rosacei, in medio corona elegantia reflexa, scilicet nectariis octo bilabiatis ornati. Flori succedit capsula membranacea, in quinque loculos distributa, semina angulosa, nigra, vel flaua, odoris aromatici, saporis subacris, continens. Haec planta ex Creta et Aegypto ad nos translata, nunc tum in hortis colitur, tum vberitè inter segetes prouenit. Qualitas fragrans, acris tamen et subuenerata est. Semen, quod tamen non nisi probe efficitur adhibendum est, decoctum, virtute erethica, stagogoga, emmenagoga, lactifera et anthelmintica pollet. Est

etiam species Nigellae, quae est *N. angustifolia*; flore maiore simplici caeruleo *Baub.* *Nigella Damascena*, floribus involucro folioso cinctis *Linn.* et quoque inter segetes Europae australis habitat. Semen qualitatis est subaromaticae, eiusque usus passim culinaris est. *G. Mille-épices, Toutes-épices.* — — *Papaver Nigrum* nonnullis dicitur a nigro seminis colore, inde derivatur *Gith.* *Ge. Schwarzkümmel.* *G. Nielle.* *A. Gith, Fennel-flower.* *B. Nardus, Nigelle, zuwarte Komyn, Bloempjes in 's Hair, Jufferze in 'r Groen.*

NIGRUM HISPANICUM, ex cortice suberis combusto ad pictorium usum praeparatur. *G. Noir d'Espagne.*

NIHIL ALBUM, i. q. *Pompholyx.*

NINSI, NISI, vel NINZIN, vidè *Gensing.* — *Ninfa radix* proprie ex *Sio Nituf Linn.* est, quod in Chinae montibus sponte crescit.

NITIDUM, botanici dicunt *folium* glabritie lucente.

NITRUM, siue *Sal terrae, Nitrum rusticum humosum Linn.* Nitrum terra mineralisatum *Waller.* est sal medium, formans crystallos prismaticos, sexangulares et vtrinque, instar pyramidis duplicatae, acuminatas, lapidis acris, penetrantis et singularem frigoris sensum linguae imprimentis, in aquae frigidissimae octuplo, tepidae triplo et bullientis subtriplo sui ponderis solubile; in igne aperto leni crepitatione scintillans et desflagrans, in clauso facile fusile, corporibus inflammabilibus additum in igne detonans, et in sal alcali, quod *Nitrum fixum* vocatur, abiens atque post solutionem evaporatum nullam cuticulam formans. Constat ex principio alcalino animalis, vel vegetabilis profapiae, et ex acido, quod pro proprio habetur, et *Nitrasum* dicitur, cui scilicet inflammabile aliquid coniunctum est, forte eiusdem animalis, aut vegetabilis originis; hinc etiam in parietibus caernarum, aut latrinarum, interdum efflorescit. Frequentissime vero apud nos e terris his principiis impraegnatiss, affusa aqua et addita calce viva, aut alia quadam basi alcalina, coctione et evaporatione extrahitur. Verum cum omni Nitro adhuc portio quaedam salis muriatici adhaereat, hinc ubi purius requiritur, ab hoc, solutione repetita, filtratione, evaporatione et denique crystallisatione depurandum est. Purissimum Nitrum est *Indicum*, post hoc *Russicum*, et denique nostras. Prius num purum sit naturae, an vero artis productum, vix satis constat; rarissime tamen ad nos deferitur. Praeter usum chymicum, oeconomicum, mechanicum et pyrotechnicum amplissimus quoque et fere quotidianus Nitri usus in re medica est. Gaudet enim viribus incidentibus,

resolventibus, abstergentibus, aperitiuis, diureticis, et praecipue singulari virtute temperante, refrigerante et antaphrodisiaca; hinc praestantissimum est remedium in febribus quibusuis tam continuis, quam intermittentibus, si saltem lentas et hefticas, et malignas, in quibus nimia iam humorum dissolutio adest, quodammodo exceperis, nec minus in inflammationibus, haemorrhagiis exorbitantibus, adfectibus calidis, arthriticis atque rheumaticis, feruore et ebullitione nimia bilis et sanguinis, doloribus aliisque adfectibus spasmodicis et conuulsiuis a sanguinis congestione, orgasmo, aut stagnatione, oriundis. Datur Nitrum purum in substantia, vel in pulueribus et decoctis, vel emulsionibus, a tribus granis interdum ad scrupulum vnum; et gargarismatibus summo cum fructu additur. Prostant in officinis varia e Nitro arte chymica praeparata, vt *Spiritus acidus et dulcificatus, Lapis prunellae, Nitrum fixum*, eiusque liquor, *Nitrum antimoniarum, Nitrum flammans*, vel *volabile*, in spiritu vini solubile, etc. quae pro diuersa indole et mixtione diuersis viribus pollent. E mixtione eiusdem portionis Spiritus Nitri acidi et spiritus vini generatur *Naphra Nitri*, seu liquor aethereus ad superficiem ascensens, inde separandus, et destillatione cum liquore lixiuioso facta separandus, singularibus virtutibus gaudens. Acidum Nitri cum Alcali minerali in salem concrefcit, Nitro, praeter figuram crystallorum, quae cubos refert, perfecte similem, qui *Nitrum cubicum* dicitur. Nomen Nitri deriuari videtur *ναρὰ τὸ ἰξαι*, et *τὸ ἰξαι*, quod abluendi purgandique habeat facultatem. Ge. *Salpeter, Salniter*. G. *Salpêtre, ou Nitre*. A. *Salt peter, Salt of niter*. B. *Salpeter*. — Nitrum chymicis dicitur *Cerberus, Sal infernalis, Hermes, Baurach, Algali, Sal andersonae, Anatron, Cabalarar*, etc. *Basilio Serpens terrenus*.

NIXVS, fit, dum sub valida inspiratione diaphragma deprimitur, simul vero abdominis muscoli, vt in expiratione, contrauntur. Hinc valida compressio viscerum infimi ventris oritur, et contenta, vt foeces, foetus sub parto, etc. exprimuatur. — *Nixus parturiensium* sunt idem, quod doleres, seu conatus parturientium.

NOCTAMBULO, seu **NOCTAMBVLVS**, aut rectius *Somnambulus*, est morbus e somno profundo, insomniis grauibus, et motu corporis compositus, seu hallucinatio dormientium, qua se vigilare, et varia sibi peragenda esse putant; adeo vt hic status sit proximus quidem vigiliis, sed vt somnambuli plane excitari nesciant, quae perpetrarint, vnde somnium non adesse dicendum foret, nisi oculi clausi essent,

et sensus externi omnes aboliti. Somnambuli vero aliquos musculorum motus cient, surgunt, incedunt, stant, aut alia quaedam agunt, nonnulli ad vitæ munia accedunt, et id aggrediuntur, quod vigiles non auderent. Gr. *Νυκτοβάτης*, et *Τροπάτης*. Ge. Ein Nachtwandler, Mondschläfger. G. *Noctambule*, *Promeneur de Nuit*. A. *A Person that walks in his sleep*. B. *Nachts-Wandelaar*.

NODOSVM, dicitur de certa *Arthritidis* species, quando materia tophacea articulis digitorum pedum manuumque impacta et coagmentata post varios *Arthritidis* paroxysmos, efficit, vt distorqueantur, curis aperiatur, et pereunte motu membrum incurvetur, exque ipsis tumoribus duris materia tophacea, seu calcarea, prodeat. Inueteratam vixque sanabilem indicat *arthritidem*, iamque, *Ouidio* testante, *Solucré nodosam nescit Medicina Podagram*.— Dicitur quoque de radicibus. Vocatur *radix nodosa*, quoribus oriundus ex eius latere stolo et longe lateque horizontaliter sub terra discurrens hinc inde nodos format, ita vt singuli nodi radices emittant, et gemmam contineant nouae plantae producendae idoneam, vt in Gramine canino repente, et Solano vesicario, siue Alkekengi officinarum, aliisque pluribus plantis quotidianum est obseruare. Simile quid in *Fragaria*, sed supra terram, contingit, quae longa hinc inde quasi brachia extendens plantas nodulis inclusas gerit, quae, vbi terram apprehendunt, radices emittunt, et matre non indigent. Hinc pater, stolonem, licet ex radice prodeat, immerito pro radicis parte haberi. Pleraque autem tales plantae sunt annuae, et cum caule radix perit.

NODVLVS, NODVS, Gr. *Κενοφάρυξις*, est sacculus linteus, medicamentis morbo conuenientibus impletus, qui in cantharo aquae, cereuisiae, aut viui, pleno inditur, digeritur, vel decoquitur, cuius tinctura aegris propinatur. Ge. *Säckeln*. G. *Sacken*. A. *Bag*. B. *Zakje*.

NODVS, est productio recentis sobolis ex fibris ligneis et tracheis ortae, vt exterius in noua folia et plantae surculum, seu gemmam, compingatur. G. Ein Knospe in Gewächsen. G. *Bourgeon*.

NODVS, i. q. *Ganglion* et *Nodulus*. Quibusdam etiam *Nodus* idem est, quam *Exostosis*, scilicet tumor ossium, vel minorum totalis, vel maiorum partialis.

NOLI ME TANGERE, vide *Impariens herba*.

NOLI ME TANGERE, est species Cancris, in facie, in quo praesertim supra mentum, circa os et nasum oritur tumor, vel vlcus, exulcerati cancri speciem gerens, lente in initio crescens, quasi pustula parua, sensum autem partem

vicinas depascens. Vix medelam admittit, et nomen gerit, quod quavis fere medicatione exasperetur. Ge. *Der Krebs*, der fressende Wurm. G. *Le Loup*, *Chancre*. A. *The Wolf*, *Cancer*. B. *De Vres*.

NOMAS, et NOMA, est vicus putridum et depascens, in glandulosis oris partibus, cum erosione et saepe carie; a scorbutica corporis temperie ple. umque ortum. A *vīna*, depasco: vnde apud *Herodorum vīna vauēd*, depasco cadaver. — *Nomomēna* sunt, quae excrescentem carnem exedunt. Ge. *Ein böses*, oder um sich fressendes Geschwür, Mundkrebs, Mundsaule. G. *Ulceremalin*. A. *Putrid Ulcer*. B. *Kwaad-zweer*, *Water-kanker*, *stinkende Kanker des Mond*, *ineetende Zweeren*.

NOSOCOMIVM, est domus publica, seu hospitium commune, in quo pauperes aegri recipiuntur, decumbunt, et curantur. Ex *vōōs*, morbus, et *noctus*, curam gero. — *Nosocomia* est aegrorum curatio. Ge. *Ein Siechhaus*, *Hospital*, *Krankenhauß*. G. *Hospital*. A. *Hospital*. F. *Een Gast-buis*, *Zieken-buis*.

NOSOLOGIA, idem quod *Parthologia*. Ab aliis tamen exactius *Nosologia* tantum pro parte Pathologiae, scilicet pro definitione et enumeratione morborum sumitur, sicque ab *Aetiologia*, quae de causis, et a *Symptomatology*, quae de effectibus morborum agit, distinguitur. A *vōōs*, morbus, et *logia*, et *logos*, narro.

NOSOS, i. q. *Marbus*. A *vōōs*, aegrotō.

NOSTALGIA, est genus morositatis, quo peregrini ad patrias et patriam suam reuerti tam intense cupiunt, vt, reditu denegato, moerore, agrypnia, anorexia, aliisque grauius symptomatibus dinexentur; et saepe iis tandem conficiantur. Ge. *Das Heimweh*. G. *Maladie du pais*.

NOSTOC, seu NOSTOCUM, est species Musci, vel Lichenis membranosi, *Tremella Nostoc plicata undulata Linn.* (Cryptog. Alg.) *Tremella* terrestris, sinuosa, pinguis et fugax *Dill.* substantiae apparenter vinctuosae, vel gelatinosae, coloris viridis, parum transparentis, saporis nullius: tempore aestiuo in hortis et pratis post pluuias incredibili et quasi momentanea celeritate abunde proueniens, et breui post exsiccata disparens. Hinc etiam *Muscus fugitiuus* vocatur. Foliola scilicet plantae sub forma granorum conuoluta non apparent, nisi aqua turgeant. Mira de eo Alchymici referunt, et primum principium omnium vegetabilium et caeli florem, aut folium, vocant. Nomen *Nostoc* a *Paracelso* datum est. Aqua stillatitia huius musci externe applicata summum esse remedium anodynum, et caneros, pessimaque vicia sanare

dicitur. Pariterque pulvis, ad duo, vel tria grana sumtus, externum incrementum capillorum, vt ferunt, accelerat.

NOTAE MATERNAE, l. q. *Naeuus*.

NOTHAE COSTAE, sunt costae quinque (in vtroque latere) inferiores, *Spuriae* dictae, sensim magnitudine decrefcentes. Sic vocantur, quia non, vt aliae costae, cum sterno cohaerent, sed superiores tantum tres inter se et cum vltima costa vera per substantiam cartilagineam connexae, inferiores duae extremitate anteriori partibus musculosis infixae sunt, quo liberior sic earum motus, thoracisque inferioris extensio fit. A *νοθήω*, adultero. Ge. Die kurzen, oder falschen Rippen. G. Faussees Côtes. A. The bastard Ribbs. B. De bastaard-Ribben. — Morbi etiam *Notbi* dicuntur, qui ordinariam et regularem normam excedunt, vt febres tertianae, quartanae, et quotidianae nothae: pleuritis notha, variolae nothae, etc.

NOTIALGIA, ita vocantur dolores dorsi. A *νότος*, tergum, et *ἄλγος*, dolor. Ge. Rückenschmerzen. Conf. *Notus*.

NOTVS, est Tergum, siue dorsum, quod est posterior thoracis pars. Hinc *Notialgia* est morbus, cuius praecipuum symptoma est dolor dorsi, a quacunq; demum causa oriens. A *νοτίζω*, terga do, terga verto. Ge. Der Rücken. G. Le Dos. A. The Back. B. De Rug.

NOVACVLA, est culter chirurgicus, absque cuspide, acie acutissima, tergo admodum crasso, cuius forma et magnitudo propter diuersimodam operationem variat. *Culter tonsorius* Cic. Gr. *Ξυρον, Ξυρος, Ξυρίς, Μαχαίρης, Αμμονιο, Μαχαίρα κρυκή*, eadem licentia a *Plutarcho* in *Dione* dicitur, qua *Culter tonsorius* a *Cicerone*, siquidem tondendo ratio nouaculae aliena est: aliud enim est *ξυρίσαι*, radi, aliud *κρυκίσαι*, tonderi. Ge. Ein Scheermesser. G. Un Rasoir. A. A Razor. B. Een Scheermes.

NVBECVLAE, sunt particulae leues, se mutuo, laxo amplexu comprehendentes, vrinaeque innatantes. Vide *Enaeorema*. Gr. *Νεφέλιον*. Ge. Wölklein. A. Petits nuages. A. Small, or litle Clouds. B. Wolkjes. — Aliquando vox vsurpatur de albis oculorum maculis, quae Graecis *Leucmata* dicuntur. Vide *Nephelae*.

NVBES, vide *Nubeculae*, et *Enaeorema*.

NVCAMENTA, idem sunt, quam *Iuli*, seu *Flores amentacii*. Ge. Röslein an den Bäumen. G. Châtons. B. Karrestaarjes, Bloessem van een Noozeboom.

NVCHA, est posterior pars colli, ceruix dicta, in qua

setacea excitantur. Ge. Der Nacken. G. La Nuque. A. The nape of the Neck. B. De Nek, Nek-pus.

NVCIOSITAS, i. q. *Myopia*.

NVCISTA, vide *Moscbata Nux*.

NVCLEVS, NVCLEI, sunt instrumenta chirurgica, formam dimidiatae Iuglandis habentia, ex argento, cupro, vel cornu, confecta, in medio foramine paruo pertusa, quae strabonibus ante oculos ligantur, vt affuecant per medium foraminulum videndo oculorum aciem et axin visus recto dirigere. — Item est semen nucibus, vel fructibus, inclusum.

NVDVS, botanicis dicitur *caulis* foliis et squamis destitutus, vel *folia* et *pedunculi* setis et pilis carentes, vel *verricillus*, aut *racemus*, inuolucris, aut bracteis, destitutus.

NUMERO, non solum fructus et semina metiuntur, sed et animantium partes, vt vitelli. Vulgo sic notatur, *No*: vel *Num*.

NUMMVLARIA, est species *Lysimachiae*, scilicet *Lysimachia humifusa* *Tournef.* *Lysimachia Nummularia* foliis subcordatis, floribus solitariis, caule repente *Lin.* (Pentandr. Monogyn.) Habet caulem tenuem, longum, repentem, ramosum. Folia sunt circinnatae fere rotunditatis, ex aduerso caulis repentia, viridia, saporis adstringentis. Flos monopetalus est, rotatus, multifidus, arcte cauli adnatus. Huic flori succedit capsula, vel testa rotunda, per maturitatem diffusilis, habens semina minima. Radix est parua. Haec planta crescit in locis humidis. Qualitatis est subacidae et subacris, viribusque saponaceis, subadstringentibus et vulnerariis gaudet; hinc in menorrhagia, leucorrhoea vulneribusque internis, vel succus expressus, vel infusum, insigni cum fructu adhiberi potest. Sic dicitur a foliorum rotundorum figura, nummulum referente. Ge. Wiesengeld, Pfennigkraut, Egelkraut. G. Herbe aux écus, Nummulaire. A. Monneywort. B. Penning-kruid.

NVPTIAE PLANTARVM, botanicis sunt illa actio, qua insperso polline masculino ex antheris in stigma foemininum germen foecundatur, sicque fructificatione facta species plantarum propagantur. *Publicae* sunt nuptiae, si flores unicuique visibiles sint, *Clandestinae* vero, (*Cryptogamia*) si flores oculis nostris nudis vix conspiciantur.

NVTANS, botanicis dicitur *caulis*, aut *pedunculus*, apice extrorsum reflexus.

NVTRIMENTVM, multis idem, quod *Alimentum*. Aliis vero placet hoc nomen tantum dare alimentis, postquam eosque a corpore nostro sunt mutata, vt fluidis nostris re-

stituendis et solidis reparandis sint idonea. Ge. Nahrungsmittel. B. Voedzel.

NUTRITIO, est actio corporis, qua continuum substantiae corporeae defluxum alimentis idoneis restauramus. — Item species quaedam est incrassationis, aut potius augmentationis, uti videre est in conficiendo Unguento nutrito, in Aloe, aliisque rebus. Ge. Das Gebeyen, Nahrung. G. Nutrition. A. Nourishing, Nutrition. B. Voeding. Vide Alitura.

NUX, est species doloris capitis, quae magnitudine nuci sentitur; sicut *Ouum*, *Clavus*, aliaque species. — Fructus item quosdam denotat, cortice lapideo nucleum occludentes, suis sub nominibus quaerendos. Ge. Nuss. G. Noix. A. Nut. B. Noor.

NUX INDICA; vide *Moschata nux*.

NUX MALDIVICA, vide *Maldivica nux*.

NUX VOMICA, vide *Vomica nux*.

NUX UNGVENTARIA, i. q. *Balanus myrsefica*.

NYCTHEMERVM, est tempus, denotans spatium viginti quatuor horarum. Ex νύξ, nox, et ημέρα, dies. Ge. Ein Tag und Nacht, vier und zwanzig Stunden lang. B. Een Eemaak.

NYCTALOPIA, AMBLYOPIA MERIDIANA, est affectus oculorum, quo aeger in luce magna non potest videre, noctu vero, vel circa vesperam, melius. Oritur ab incipiente cataracta in medio pupillae, vel si nimis sensibilis fuerit retina et nervus opticus, vel si pupilla nimis dilatata sit. Ex νύξ, nox, et ἀπομαι, video. Ge. Blödigkeit, Tagblindheit. G. Nyctalopie, Vue de Hibou. A. Cat-eyed, Day-blind. B. Katzen-oogen, Dagblindheid.

NYMPHAE, sunt plicae duae cutaneae in pudendo muliebri e revoluzione integumentorum natae, utrinque una, praeputia clitoridis continuae, indeque ad latus vrethrae plus, vel minus, descendentes, interiori labiorum lateri iunctae, papillis nervosis atque glandulis sebaceis refertae, et urinae ex vrethra effluentis directioni, vel vaginae in partu dilatationi inseruientes. Graec. Νύμφη, Μύρον, Ὑδραρία, Κλαυρία, Ἐπίδορα, Κόρυμβος, ubi increuerit. Item *Cavum inferioris labri*, Poll. Τόπος. — — — *Nympha* tamen etiam ab artis medicae principibus, *Paulo*, *Oribasio*, et *Aezio*, sumitur pro clitoride, nec illam confundunt cum Alis, quae a veteribus Graecis distinguebantur, et πτερυγία, μερομηλας, et ab *Eurypho* Κορυμβοι vocabantur, et vocum abusu *Nymphae* dictae fuerunt. Vide *Oestrum veneris*. Ge. Die Nymphen, Wasserlesjen. G. Les Nymphes, le Clitoris.

NYMPHAEA, seu **NENUPHAR**, *Nymphaea maior alba*, vel *lutea* *Baub.* *Nymphaea alba* foliis cordatis integerrimis, calyce quadrifido *Linu.* (Polyandr. Monogyn.) est planta, quae habet folia magna, ampla, orbiculata, crassa, carnosa, fungosa, et superficiei aquae innatantia. Caules sunt crassi, fungosi, rotundi, rubicundi, teneri, succulenti. Flores sunt rosacei, polypétali, coloris albi, vel lutei, sine odore. Calyx tetra- vel pentaphyllus. Post florem sequitur fructus obrotundus, carnosus, angustatus, apice coronatus, in plurimos loculos diuisus, qui loculi continent semina nigricantia, splendentia et oblonga. Radix est longa, crassa, in cortice nodos habens, foris ex fusco liauescens, intus pallida, fungosa, leuis, carnosa, succum viscosum continens, quae in fundo fluminum, vel stagnorum, crescit: saporisque est adstringentis, austeri, odoris nullius. Plantae huic insignis virtus refrigerans, demulcens atque anodyna tribuitur; hinc praecipue radix decoctis contra nephritidem, dysuriam et gonorrhoeam a nonnullis additur. Recentis qualitas acris et vesicatoria dicitur; sed in caritate annonae absque noxa ad panificium adhibitam esse lego. Prostat praeter radicem in officinis conserua florum, syrupus, aqua et oleum infusum. — — *Nymphaea lutea officin.* cum priori viribus conuenit. Barbarica voce, nomen sibi vindicasse videtur, quod aquosa amet loca: vel, ut ex veteribus aliqui fabulati sunt, a Nympha, quae zelotypia *Herculis* intabuít, et mortua in palustrem hanc plantam mutata est. Ge. Seeblumen, Wasserlilien. G. *Nenuphar*. A. *Water-Lilly*. B. *Plompen*, *Water-rozen*, *Meer-bladeren*.

NYMPHOMANIA, i. q. *Furor uerinus*.

NYMPHOTOMIA, est Nympharum excisio, quarum nimia protuberantia in nupturis virginibus sponfus copula quandoque frustratur, aut saltem difficulter admittitur; earum excisio *Aegyptiis* frequens erat, et *Circumciso muliebris* vocabatur. Hoc etiam nomine denotatur operatio chirurgica, qua clitoris iusto longior truncatur. Ex *ἡμῶν*, nympha, seu ala, et *τομή*, secó.

NYSTAGMVS, est vel palpebrarum, vel bulbi oculi, immo iridis, seu uuae, alternus motus rapidus et continuus, vel oculorum instabilitas. *Hippocrati* idem fere denotat, ac *Cama uigil*. G. *La Sauris*.

○ simplex, chymicis *Alumen* denotat, verum si triplex fuerit, in basi nempe duo, et in superficie vnum, ^o *Oleum* significat. Si Diametrum habeat, a dextris ad sinistrum latus, *Sat* denotat ⊖; verum a superiori ad infimam partem, *Nitrum* ⊕ erit; in superiori parte si aderit crux, *Aurimonium* ⚡, sed si in infima parte, *Cuprum* ♀, significabit; in superiori parte semilunula recumbens dorso, et in infima parte crux, *Mercurii* erit signum ♄; e vertice ad basin linea, et a dextris crux, *Vitriolum* ⊕ ⊕ denotat. Si habeat transversum telum ♂, *Mars*, siue ferrum, aut chalybs est; si in medio punctum, *Aurum*, siue *Sol* ⊙ significat.

OBELAXA, est *Sutura sagittalis* in cranio, quae anterior coronalem, posterius lambdoidem suturam attingit; fit enim ex mūtua ossium hregmatis coniunctione. Gr. ab ὀβελός, veru. Ge. Die Pfellnath. G. La Suture Sagittale. A. Arrow Suture. B. De Pyl-naad.

OBESITAS, est iusto maius volumen totius corporis cum aliquali difficultate actiones debite exercendi, oriens a nimia collectione pinguedinis in cellulis tunicae adiposae. Ge. Die Dicke, Fettigkeit, Vollenbigkeit. G. Obesité. B. Lyvigheid.

OBLATAE LAXATIVAE, et PURGANTES, sunt ex farina cum saccharo et speciebus purgantibus. Ge. Die purgierende Oblaten, Morzellen. G. Oblies laxatives. A. Laxative Wafers. B. Medicinale Oblien.

OBLIQUVM, est medium inter rectum et transversum; hinc dicitur de illis partibus, quae hoc modo decurrant, in primis musculis quibusdam capitis abdominis et oculorum. Sic *Musculus obliquus externus* abdominis, seu *Oblique descendens*, est stratum fibrarum musculationum septem, vel octo, digitationibus vtrinque a costis ultimis veris atque a costis spuris oriens, et oblique descendens aponeurossi latae margini ossis ilei et pubis, antrorsum vero aponeurossi socii iunctum *lineam albam* constituens, in inferiori parte *annulum* pro transitu funiculi spermatici in viris, in foeminis pro transitu ligamentorum uteri rotundorum formans. — *Obliquus internus*, seu oblique ascendens, *musculus* est stratum fibrarum ab osse pubis et margine superiori et anteriori ossis ilei vtrinque oriens, et oblique ad costas spurias et ultimam veram tendens, antrorsum vero in aponeurossin expansum, *Lineam semilunarem* formans, in yaginam, quae muscolum rectum includit, dehiscens, et ad *lineam albam* extensam.

Qui musculi actione sua cauum abdominis angustius reddunt, hinc et respirationi et excretioni foecum, vrinae, partus inferuiunt.— Musculi *obliqui nasi* sunt striae fibrarum ab osse maxillae superioris ad cartilagineam narium tendentes, easque dilatantes.— Musculi *obliqui capitis* vtrinque duo sunt, *superior* et *inferior*, quorum ille, ab apophysi transuersa atlantis oriens, mediae et infimae parti ossis occipitis inseritur, hic ab apophysi spinosa vertebrae secundae colli procedens apophysi transuersae primae vertebrae inseritur; qui ergo musculi mutua actione caput rotant, simul agentes extendunt atque figunt.— Musculi *obliqui oculi*, quorum alter *superior* est, alter *inferior*. Ille in intima orbita ad vaginam nerui optici oriens et inter rectum superiorem et inferiorem transiens, longo tendine trochleam, seu partem cartilagineam, ad marginem superiorem orbitae versus canthum oculi maiorem sitam transiens, retrorsumque tendens bulbo oculi inseritur: alter *inferior* a margine inferiori orbitae iuxta ductum nasalem procedens retrorsum oblique tendens posteriori parti bulbi adnascitur. Hi musculi alterne agentes bulbum oculi oblique eleuant, vel deprimunt, hincque, cum praecipue par Neruorum patheticum in eos distribuatur, *Parherici* vocantur, simul vero agentes, bulbum oculi a musculis quatuor rectis retractum, antrorsum ducunt, vt promineat, prout in attenta obiectorum consideratione, aut repentino terrore, fieri solet.

OBLIVIO, est vitium memoriae, quo vestigia rerum antea perceptarum delectur, nec pro voluntate reuocari possunt. Sed etiam a morbis memoria laedi, rerumque omnium obliuio induci potest. Vide *Letargus*. Gr. *Ἐπιλημοσόν, Λήθη*. G. *Vergeffenheit*. G. *Oubli*. A. *Forgetting*, *Forgerfulness*. B. *Vergeetelheid*.

OBOLVS, est dimidium scrupuli; pendet grana decem; olim eius signum erat S , nunc vero character iste parum in vsu est, sed potius scribitur ss . id est Scrupuli dimidia pars. Est sexta pars drachmae Atticae, siue aereolae sex. Ge. *Ein halber Scrupel*. G. *Obole*. R. *Een half Scrupel*.

OBRIZVM, est aurum ad omnibus aliis admixtis metallis depuratum, ita vt summo igne et fluxu cum antimonio nihil amplius deperdat. Ge. *Gelutert Gold*. B. *Gelouert Goud*.

OBSESSVS, dicebatur olim, cuius corpus a daemone inhabitari atque regi credebatur, sed rectius huiusmodi homines pro *Epilepticis*, vel *Maniacis*, habentur. Ge. *Ein Besessener*. G. *Obsedt*, *Demoniaque*. A. *Demoniak*. B. *Bezeten*.

OBSTETRICIA ARS, est pars medicinae, vel chirurgiae, quae docet debita manuum, vel etiam instrumentorum, applicatione partum quemuis promouere. Ge. *Die Hebammenkunst.* G. *Accouchement.* A. *Midwifery.*

OBSTIPATIO, est foecum aluinarum excretio impedita. Ge. *Hartleibigkeit.* G. *Constipation.*

OBSTIPITAS, est tonica capitis inflexio in vnam alteramve plagam, adeoque lateralis, antica, vel postica, prona, vel supina. Dicitur hinc *Caput obstipum.* Vide etiam *Scoliasis.* Ge. *Krummer Hals.* G. *Torticolis.*

OBSTRUCTIO, est canaliculorum et cavitatum a laterum tumore, callo, contractione, vel corpore impacto, aut laterum a vicinis compressione occlusio, ita vt liquor requisitus per illos fluere impediatur. Praecipue autem locum habet in vasis minimis, imprimis in extremitate arteriarum et venis minoribus. Vide *Empbraxis, Senuochoria, Thlipsis, Symphysis,* etc. Ge. *Verstopfung.* G. *Oppilation, Obstruction, Bouchement.* A. *A Stopping, or Shutting up.* B. *Verstopheid.*

OBSTRVENTIA, sunt constipantia, quae poros sudorem nimium effundentes claudunt; aut sanguinem effluentem sistunt, aut quae in genere transitum fluidorum per canales eorumque orificia impediunt. Ge. *Stopfende Mittel.* G. *Obstruktifs.*

OBTUNDENTIA, medicamenta sunt, quae acrimoniam, superposita alia inertis materia, tollunt, vt vagina respectu cultri facit; et oleosa respectu veneni, aut aliorum quorumuis acrium. Ge. *Sindernde Mittel.* B. *Verstompde Middelen.*

OBTURATOR, est instrumentum chirurgicum, lamina scilicet spongia munita, sic adaptata, vt palato, vel a natiuitate fisso, vel carie eroso, applicari, ibique detineri et sic loquelae vsum restituere possit.

OBTURATORES MUSCVLI, sunt duo musculi, quorum alter *internus*, alter *externus* dicitur. *Obturator internus*, oritur, ab ambitu interno foraminis ovalis inter os ischion et pubis siti, et a ligamento id foramen obturante, tum tendine suo inter spinam et tuberositatem ischii transiens, atque reflexus inter musculos geminos decurrens, parti superiori trochanteris maioris infigitur. *Obturator externus* ab ambitu externo eiusdem foraminis, et a latere tuberositatis ischii oriens, et inter marginem inferiorem acetabuli et tuberositatem ischii transiens, postice inter duos trochanteres inseritur. Hi musculi sunt rotatores femoris, quia

scilicet actione sua, vna cum geminis, quadrato femoris et iliaco externo, femur extrorsum circumagunt, vt calces se respiciant, digiti distent. Ge. Die verstopfende Muskeln des Schenfels. G. *Muscles Obturateurs*. A. *The bending Muscles of the thigh*. B. *De Stop spieren*.

OBTVSYM, botanicis dicitur *folium*, seu *perianthium*, intra segmentum circuli terminatum.

OBVERSA, vocantur *folia*, quorum basis angustior euadit regione apicis, sic obuerse-ouata, seu obouata, vel obverse cordata, seu obcordata, dicuntur.

OBVLVS, i. q. *Obolus*.

OCCIPVT, Gr. Ἰψλον, est posterior cranii pars. Ge. Das Hintertheil des Hauptes. G. *l'Occipus*. A. *The Hinderpart of the Head*. B. *Het Agter-hoofd*.

OCCIPITIS OS, posteriorem et inferiorem cranii partem occupat, et connectitur per futuram lambdoideam cum ossibus bregmatis, a lateribus cum ossibus temporum, posterius cum osse sphenode, et inferius cum suprema vertebra colli. Magno foramine donatum est, per quod medulla spinalis descendit. Ge. Das Hinterhauptbein. B. *Agterhoofdsbeen*.

OCCVLTA QUALITAS: sic dicebatur olim ea corporum conditio, quae quidem per varia phaenomena adesse cognoscatur, sed cuius nulla ratio, vel explicatio, dari poterat. Ge. Verborgene Eigenschaft. G. *Qualité occulte*. A. *Hidden Quality*. B. *Verborgene Hoedaauigheden*.

OCCULTI MORBI, sunt, quorum causam ignoramus: vel qui in corpore nostro latent, nec symptomatibus statim manifestantur, vt sunt cancri, lues venerea, etc. Ge. Verborgene Krankheit. G. *Maladie cachée, Inconnue*. A. *Hidden disease*. B. *Verborgene Ziekten*.

OCHEMA, est liquor, seu vehiculum aliquod, quo medicamenta siue nimis arida, vel nimis fortia, miscentur, vt tutius et commodius assumi possint. Gr. Ὀχημα τῆς τροφῆς, est vehiculum alimenti, siue serum in sanguine. Ab ὄχημα, veho.

OCHRA, est substantia terrea, seu ferri terra praecipitata, nec sulphure, nec arsenico mineralisata, coloris rubri, fusci, lutei, quae vltima *Sil*, vel *Ochra Plinii*, dicitur, in igne, ni ante rubra fuerit, rubescens, et durefcens, post calcinationem magnetem sequens, et adiecta materia inflammabili fusa in ferrum abiens; reperitur vbique fere ad acidulas martiales et in paludibus. Qualitatis est ad argillam accedentis, viribusque adstringentibus et exsiccantibus pollet; rarior tamen vsus eius in medicina externus est. Coriarii luteam Ochram ad vsum tinctorium adhibent. E solutione vitrioli Ochra

praecipitatur; hinc datur quoque *Ochra Zinzi*, quae est Terra calaminaris, et *Ochra cupri*, quae est *Viride montanum*, cum omnes calces metallorum *Ochrae* nomen gerunt. G. *Dcher. G. De l'Ocre, ou Rubrique.* A. *Okar. B. Berggeel, Oker.*

OCHRUS, est planta, flore papilionaceo, (Diadelph. Decandr.) quae habet caules angulosos, flexiles, repentes. Folia oblonga, articulata, modo simplicia, modo coniugata, in claviculam abeuntia, quibus a *Lathyro* differt. Flores ex foliorum alis erumpunt, pedunculis breuibus adhaerescunt, leguminosi sunt, et albi. Flori succedit siliqua rotunda, et cylindrica, sed in superiori parte conica, recondens femina cylindrica, Pisi minoris magnitudine, coloris obscuri flauis. Radix est fibrosa. Iuxta Ill. *Linnaeum Ochrus* ad Pisa refertur, et est *Pisum ochrus* petiolis decurrentibus membranaceis diphyllis, pedunculis unifloris: *Ochrus* folio integro capreolos emittente *Baub.* Crescit inter segetes Cretae et Italiae, sed etiam apud nos passim prouenit. Semina sunt edulia, chylum viscidum parientia. Gr. *Ἄχρεος*, *Ochrum* et *Ochra*, a luteo colore, quem medulla refert, nominatur. Ge. *Kleine Erbsen.* G. *Ochras, petit Pois.* A. *Middel-Peases.* B. *Kleine Erweten, gemeene Erweten, roudé Erweten, beere Erweten.*

OCHTHODES, sunt ulcera, quorum labia callosa, vel verrucosa sunt, non maligna tamen. Ab *ὄχθῆ*, ripa, et *ὄδῶς*, forma.

OCIMASTRUM, s. *Ocymastrum*, est Herba, et ab *Ocimo* diminutiuum. Est *Silene viridiflora* L. (Decandr. Trig.) petalis semibifidis, foliis ouatis scabriusculis acutis, panicula elongata, subaphylla. Ge. *Wilde Enchnis.* G. *Basilic sauvage.* A. *Wild Campion.* B. *Wilde Lychnis.* — Aliis vero est *Basilicum syluestre*, aliis *Circaea*. Aliis *Lychnis syluestris*, vel aquatica purpurea simplex *Baub.* *Lychnis dioica* Linn.

OCIMUM, seu **OCYMVUM**, vel **BASILICVM**, est planta, (Didynam. Gymnosperm.) quae emittit caulem densum, qui se in multos ramos lanuginosos et quadratos diuidit, foliaque Parietariae habet, sed minora, odoris fortis, aromatici, penetrantis, et grati. Flores sunt verticilli, in spicas satis longas, et in summitate ramorum dispersas congesti, odorantes, monopetali, ringentes; galea erecta, crenata, longa, quadrifida, simplex, amplior, quam barba, caua, horizontaliter porrecta. Calyx postea clauditur. Semina oblonga, nigricantia, et minima includit. Radix est nigricans, fibrosa, lignosa, annua. Essentialis character consistit in filamentorum duorum minorum processu reflexo ad basin exserto. Haec planta scaturit oleo aethereo, visibusque aromaticis, bal-

famicis, cephalicis atque cordialibus gaudet. Infusum in cephalalgia summopere laudatur, pulvis naribus exceptus errhinus est. Gratissimum quoque ciborum condimentum suppeditat. Crescit in regionibus calidis Europae, apud nos passim in hortis colitur. Dicitur ab *ὄνταος*, quod valet cito. Sed aliis, quod cito crescat. Vel quod aluum cito ciet bobus. Nonnulli *καὶ τὸς ὕδαν*, redolere, odoratum esse, deriuant. Gr. *Ὠνίσιον*, *Ὠζίμιον*, et *Ὀνίσιον*. Ge. *Basilien*, *Basilicum*. G. *Basilic*. A. *Basil*. B. *Balsam-kruid*, *Basilik*.

OCREA, vide *Tibia*.

OCTVNX, est Vnciarum octo pondus.

OCVLARES DENTES, vide *Dentes*, idem quod *Cynodontes*.

OCVLI, sunt flores et folia nondum explicata, sed in nodulis adhuc conuoluta. In arboribus et fruticibus *Gemmas* dicuntur, suntque vel foliosae, vel frugiferae. Ge. *Knospen*. G. *Boutons*. A. *Büds*. B. *Botten*, *Knoppen van de Boomen*.

OCVLI CANCRORVM, vide *Cancer*, i. q. *Lapides cancrorum*.

OCVLISTA, OPHTHALMIATER, est medicus, qui in curandis oculorum affectibus, tum per remedia chirurgica, tum pharmaceutica, peritus est. Ge. *Augenarzt*, *Oculiste*. G. *Un Oculiste*. B. *Een Oog-meester*.

OCVLVS, est organum visus externum, situm vtrinque in cavitate ossea in parte anteriori et superiori cranii, quae *Orbita* dicitur. Constat ex globo rotundo, nervo optico appenso, cuius substantiam firmam faciunt membranae, seu *tunicae*, quae formant speciem folliculi sphaerici, cuius cavum implent ita dicti *humores*. Praeter tunicam *adnatam*, seu *coniunctivam*, quae a superficie interna palpebrarum reflexa anteriorem bulbi oculi partem obtegit, adhuc tres sunt tunicae bulbum constituentés, quarum exterior est *Sclerotica*, omnium crassissima, valde dura, albicans, paucum habens vasa, vbiq; opaca, nisi a parte anteriori, vbi plagulam habet rotundam, pellucidam, paululum extra reliquum globum eminentem, quae *Cornea* vocatur, per quam radii lucis transeunt. Scleroticae parti interiori laxè applicata est *Chorooides*, vel *Choroidea*, seu vasculosa, in interiore superficie atro pigmento obducta, quae ea longe tenuior est, mollior et vasorum plenissima, et a parte anteriori, vbi ad corneae radicem venit, abit in orbiculum crassum, qui *Orbicularis ciliaris* vocatur. Hic versus axin oculi demittit *Ligamenta ciliaria*, s. *Processus ciliares*, et ab eo procedit membrana quaedam orbicularis *Vvea* dicta, quae ab anteriori parte varie colorata est, vnde *Iris* vocatur, et in medio per-

forata foramine magno, dilatabili et contractili, *Pupilla* dicto. Interne choroëidem inuestit *Retina*, quæ tenuissima, et membranarum minima est: procedit enim tantummodo a substantia medullari nerui optici expansa vsque ad marginem ligamentorum ciliarium. Diuidi autem potest in duas membranas, quarum interior vasculosa, exterior vero medullosa est. Globum hunc membranaceum implent tres ita dicti humores, *Vitreus*, s. *Corpus vitreum*: *Crystallinus*, s. *Lens crystallina*, et *Aqueus*, quorum solus Aqueus verus est humor, alii vero corpora sunt solida, e cellolis atque lamellis pellucidissimis limpidiſſimum humorem continentibus composita. Ex his *Vitreus*, qui substantia constat solida, positus est in parte postica globi oculi, solusque maiorem caui oculi adimplet partem. Ante hunc ponitur *Crystallinus*, qui etiam a similitudine lentis opticae *Lens crystallina* vocatur, et parte sua posteriori foveolam imprimit anteriori parti vitrei, in quam se dimittit. *Aqueus*, autem ante crystallinum et vitreum in anteriori oculi parte in camera anteriori et posteriori effusus hæret. Vide *Visus*. — Ad hunc globum oculi eiusque musculos pertinent arteriæ, venæ et nerui, non tantum opticus, sed etiam a tertio, quarto, quinto et sexto pari, muscoli ad mouendum, palpebrae, tunica adnata ad muniendum, glandula lachrymalis ad lubricandum, pluraque alia, quæ suis sub nominibus quaerenda. Ge. Das Auge. G. Oeil. A. The Eye. B. Het Oog.

OCVLVS DVPLEX, est fascia, qua vterque oculus deligatur. Ge. Das doppelte Auge. G. l'Oeil double.

OCVLVS ELEPHANTINVS, vide *Hydrophthalmia*.

OCVLVS LEPORINVS, vide *Lagophthalmus*.

OCVLVS SIMPLEX, idem quod *Monoculus*, s. *Monophthalmus*, est fasciæ species, qua vnus oculus deligatur. Ge. Das einfache Auge, die einaugigte Binde. G. l'Oeil simple.

ODAXISMVS, generaliter significat pruritus mordacem. Vltatius autem ita dicitur gingiuarum pruritus cum leui quodam dolore, quando dentes infantibus erumpunt. Ab ~~odaxo~~, prurio. Vide *Dentitio*.

ODONTAGRA, est instrumentum, quo dentes euelluntur. Vide *Forfex*. Ge. Eine Zahnzange, Ueberwurf, Pelikan. G. Pincette, ou tenaille pour tirer les Dents, Pelican, ou Davier, ou Repouffoir. A. Tooth-drawer. B. Een Tand-trekker. — *Odontagra* etiam vocatur species *Odonalgia* ex retrocedente materia arthritica oriens.

ODONTALGIA, siue **DENTIUM DOLOR**, est ex maximis doloribus, siue fiat in vno dente, siue in pluribus, siue

nae continuus, siue periodicus, ex affectione neruorum dentes subeuntium. Principio hic dolor solus est, deinde accedit plerumque gingiuarum tumor, et non raro inflammatio, aut abscessus. Tumor vero saepe exterius genas, aut maxillam inferiorem, visibiliter inflat, adeoque impedit masticationem et deglutionem. Sed caries dentium denique ex diuturno, aut saepius repetito, dolore consequitur, ita vt dens, vel pars eius, excidat, aut variis sinibus, iisque mire contortis, perforetur, quos si aer frigidus subit, neruulunque denudatum tangat, ingens ilico dolor suscitatur. Iam vt grauidae nonnunquam hoc dolore grauiter, atque toto gestationis tempore, laborant, ita solet hic plerumque eos afficere, qui frigus, nebulas et pluuiam aeris passi sunt, sicque ad affectus catarrhales referendus est. Inueniēs rursum dolorem, qui quietus est, si quis in aerem frigidiorē prodit, qui vero in calido loco admodum exacerbatur, praecipue si a causa sanguinea, aut rheumatica, oriatur. Alii vero aegri ne minimum frigus, vel potum frigidiorē ferunt; sunt, qui a dulcibus ore assumtis, etiam si a dolore liberi, mox eo afficiuntur. Denique cum tumor apparet, plerumque dolor solet minui, et euanescere. Ex ὀδὸν, dens, et ἀγῖον, doleo. Ge. Zahnweh, Zahnschmerz. G. Odontalgie, Mal aux Dents. A. Toorb-ach. B. Tandpyn, Tandzeer.

ODONTIASIS, i. q. *Dentitio, Odontophyia.*

ODONTICA, sunt medicamenta, quae aduersus dolores dentium adhibentur. Ab ὀδὸν, dens, Vocantur et *Odontalgica*. Ge. Mittel wider das Zahnweh. G. Remedes contre la douleur des Dents. A. A Remedy for the Toorb-ach. B. Middelen tegen de Tandpyn.

ODONTOGLYPHON, i. q. *Dentiscalpium.*

ODONTOIDES, quod denti simile est; praecipue vero sic vocatur *Processus odontoides*, vertebrae colli secundae, seu epistrophei, scilicet prolongatio eius corporis in conum obtusum, qui in anulum vertebrae primae, seu atlantis, adscendens, axin suppeditat, in quo atlas, sicque etiam caput circumagi potest. Ex ὀδὸν, dens, et ἄδος, forma. Germ. Zahnformiger Fortsatz. G. Eminence dentiforme. A. A tooth-like process of bones. B. Tandachtig Uitscheekzel.

ODONTOLITHOS, est petrosus ille tartarus dentibus accrescens, seu calculus animalis; sic etiam vocantur dentes animalium petrefacti, seu *Odontopetrae*. Ex ὀδὸν, dens, et λίθος, lapis. Ge. Weinstein an denen Zähnen. G. La chaux des Dents. A. Lime of the Tooth. B. Kalk der Tanden.

ODONTOPHYIA, idem quod *Dentitio*, siue dentium eruptio. Ex ὄδῳ, dens, et φύω, cresco. Vide *Dentitio*.

ODONTOTRIMMA. Ex ὄδῳ, dens, et τρίβω, tero. Idem quod *Dentifricium*.

ODORAMENTVM, est medicamentum odoris gratia adhibendum; componitur ex *ladano, styrace, benzoin, moscho, zibezo*, aliisque aromatis odoris fragrantis. Gr. Ἄρωμα, et Ὄσφαιρον. Ge. Lieblicher Geruch, Rûchwerk. G. Parfum, A. Sweet Scenz. B. Reuk-werk.

ODORATVS, siue **OLFACTVS**, Gr. Ὄσφαισις, non est quævis perceptio, quæ intra nares fit: nam in iis etiam dolor et pruritus perferentiscitur, per ramos nerui nasalis quinti paris: sed ille tantum sensus, quo ex motu et irritatione nervorum primi paris, nasi membranis insertorum, per effluvia odorifera, salino-oleosa volatilia, quæ per inspirationem ad omnes narium cavitates deducuntur, ideæ quaedam sensorio communi offeruntur et repræsentantur, per quas anima qualitates quasdam corporum diiudicat et odres discernit. Ge. Der Geruch. G. Odorus, Sencent. A. Smell, Saviour, Scenz. B. De Reuk.

ODORIFERVM, i. q. *Odoramentum*.

OECONOMIA, est quidem proprie rei familiaris administratio. Medicis vero dicitur *Oeconomia animalis* complexus et conspiratio omnium actionum naturalium in corpore viuo contingentium. Ex οἶκος, domus, et νόμος, distribuo. Ge. Haushaltung, Defonomie. G. l'Oeconomie. A. Economy. B. Huisbouding, Beschikking.

OEDEMA, Barb. *Vudimia*, ab *Hippocrate* nonnunquam late sumitur pro omni tumore, præter sanitatem excitato, strictè vero pro tumore, a pituita, siue viscido humore, genito, quando eiusmodi humor ob impeditum eius in vasis lymphaticis motum alicubi, in folliculis telæ cellulosæ, stagnat. Albus est, frigidus, mollis et indolens, sine pulsatione, et digitorum leni pressione facile cedens, quibus sublatis fossæ remanet. Sed si symptomata alterius indolis accedunt, vt pulsus, vel calor, vel color sensibilis, vel intumescencia, vel dolor, vel aliud quid, dicitur *Oedema calidum*, vel *phlegmonodes, erysipelatodes, scirrholders*, etc. Ab οἶδῳ, inflatus sum, tumeo. Ge. Eine wässeriarte Geschwulst. G. Enflure, ou tumeur aqueuse, Oedème, Infiltration. A. Pivuisious tumor. B. Een kout Gezwel, Slym-gezwel, Zugt-gezwel.

OEDEMOSARCA, vocatur a M. A. *Seuerino* tumor quidam anomalus, instar Oedematis quidem laxus, sed ad contactum plurima sui parte durior, et ad *Sarcoma* propius accedens.

OENANTHE, est planta, quae habet folia ampla, repentina, et Petroselinum similia: intra haec affurgunt plures caules, duos circiter pedes alti, angulosi, ramosi, striati, caeruleo-florescentes. Flos (Pentandr. Digyn.) est rosaceus, et umbellatus, plurimis scilicet petalis constans inaequalibus, cordiformibus, in orbem positus, et calyci infidentibus. Is autem abit in fructum ex duobus seminibus compositum oblongis, hinc gibbis et striatis, inde vero planis, in aliquos veluti aculeos desinentibus, quorum medius caeteris validior. Crescit haec planta in locis paludosis, et partim in hortis curiosorum colitur. Duae praecipue species maxime distinguendae sunt, scilicet Oenanthe Apii folio *Bauh.* seu *Oenanthe pimpinelloides Linn.* foliis radicalibus cuneatis, fissis, caulinis integris, linearibus, longissimis, canaliculatis, et Oenanthe Chaerophylli foliis *Bauh.* seu *Oenanthe crocata Linn.* foliis omnibus multifidis, obtusis, subaequalibus: quarum illa viribus aperitiuis et carminatiuis, haec virulentia perniciose celebris est, quippe quae imprudenter deuorata sensus perturbat, spasnum maxillae, ructus, inanes vomendi conatus, haemorrhagiam, aliaque dira symptomata excitat, non nisi hausto illico multo oleo et pinguedine aliquantum sedanda. Haec planta a quibusdam pro Cicuta aquatica *Wepferi* sumta est: eadem haec planta incaute deuorata pluribus militibus Gallicis exitialis fuit, atque non immerito, cum spasnum maxillas producat, pro *Sardoa* Veterum habetur. Vide *Risus Sardonius*. Ge. *Wasferreppich*, *Safrangelbe*, *Nebendolde*. G. *Persil de Marais*. A. *Drop wort*, *wild Parsley*, *Hemlock Dropwort*. Volunt dici *ἀπό τῆς οἴνου* et *ἀνθός*, a vino et flore, quasi flos vinosus, quod odore et quadantenus colore sit Viti similis. Malunt alii sic dictam, quod Viti similem florem ferat, vel quod cum Viti floreat. — *Oenanthes* nomen imponitur quoque *Filipendulae*, *Sphondylii*, *Iunco odorato*, aliisque plantis, etc.

OENOGALA, est compositio ex vino et lacte, vel, ut alii volunt, vinum lactei teporis, vel colostrum natum ex mixture vini cum lacte bulliente. Ex *οἶνος*, vinum, et *γάλα*, lac.

OENOIDES, est vinum dilutum, aut latex, vino analogus. Ex *οἶνος*, vinum, et *εἶδος*, forma.

OENOLAEVUM, est vini et olei commixtio. Ex *οἶνος*, vinum, et *ἔλαιον*, oleum. Ge. *Wein mit Oehl vermischt*. G. *Vin huileux*. B. *Geolyde Wyn*.

OENOMEL, est mel vinosum, siue mulsium vinosum, vel mulsium, quod ingreditur vinum. Ex *οἶνος*, vinum, et *μέλι*, mel. Ge. *Weinmeel*, *Welmest*. B. *Honig wyn*.

OENOTHERA, ita vocatur, quoniam dicunt radicem exsiccatam vinum olere. Ab *αινος*, vinum, et *τισημι*, pono. Vide *Onagra*.

OESOPHAGAEVS, est musculus oesophagi constrictor, scilicet stratum fibrarum muscularium latum, ab osse hyoide, atque a cartilagine thyroidea et cricoidea vtrinque oriens et oblique retrorsum ascendens, et cum socio coniunctum pharyngem circumdans; ab aliis pro triplici musculo sumitur, et vocatur hyo- thyro- et crico-pharyngens. Ge. *Schlundmusfel*. G. *Muscle de l'Oesophage, ou l'Oesophagien*. A. *The Muscle of the gullet*. B. *De Ring spier, Sluis spier*.

OESOPHAGVS, est canalis satis dilatabilis et contractilis, a faucibus, seu a pharynge, ad ventriculum, tendens, pone arteriam asperam situs, quo cibus in ore masticatus et saliva mixtus, ut etiam potus, ad ventriculum transit. Tunicae habet quatuor; *extimam* membranaceam a peritoneo, quo etiam ventriculus vestitur, vel potius a pleura, quia per thoracem posteriorem partem, seu mediastinum posteriorem, interit. *Secunda* est musculosa ex fibris longitudinalibus externalis, quae proprie *Oesophagacum* musculum constituunt, et orbicularibus internis composita, quae contractione sua descensum alimentorum ad ventriculum promouet. *Tertia* huic succedens est nerveo-vasculosa, infinitis numero vasculis et nervis ad glandulas mucosas hic sitas contexta. *Quarta*, seu *Intima*, quae intus crusta villosa obducitur, et vere pro quarta sumi potest. Singulas haec tunicae interstrata tela cellulosa coniungit. Arterias accipit partim a bronchialibus, partim ab ipsa aorta, quibus venae respondent, quae se in azygam venam exonerant. Nervis a pari intercostali et spinalibus magna copia prodeuntibus gaudet; sed praecipue trunci partis vagi oesophagum vtrinque amplectuntur, iuxta eum decurrunt, et insignibus ramis in orificio ventriculi sinistro distribuntur. Nomen forte habet ab *οιδος*, vimem, quia fibrae eius viminis instar contextae sunt. Vel rectius ab *οιον* fut. a *οιεν*, feram, quia omnes cibos versus ventriculum fert, et *οάγω*, edo. Vocatur item *Gula*, *λαιμος*, *σθραχος*, *λεθμος*, *Eustach. δια του λαιμου τα ορια*. Ge. *Die Speiseröhre*. Ga. *l'Oesophage, le Gofier*. A. *The Gullet*. B. *De Slokdarm*.

OESTRVM VENERIS, idem quod *Clitoris*, seu corpus exiguum, teres, rubellum, vulvae apici non ablimile, situm supra orificium urethrae, unde nomen *οβυσθης* accepisse videtur. In diuersis foeminis diuersae magnitudinis reperitur, plerumque tamen in adultis, non libidinosis, extremi articuli infantis digiti magnitudinem aequat; situ vero, figura, substantia, fabrica, erectione, coli virili satis respondet, quam-

vis ab eo exilitate, breuitate, imperforatione inprimis differat. Pars eius externa *Glandi* virili similis et hinc eodem nomine donata, haeret sub corrugata membranae, labia interiora alasque succingentis, productione, efficiente regumentum ante et retro supra glandem mobile, quod propter similitudinem et vsum, quem cum virili praeputio communem habet, *praepuzii* nomen accepit, licet supremam tantum glandis partem tegat. Interna clitoridis substantia spongiosa, s. cauernosa fit, corporibus duobus in speciem glandis desinentibus, quae bifurcato principio ab ossium pubis inferiore parte, et a tubere ossis ischii oriuntur, sub quibus vtrisque oblique delata in vnum corpus coeunt. Licet vero magnitudine a corporibus colis cauernosis differant, omnino tamen similem substantiam habent, innumerabilibus enim inter se communicantibus cauis cellulis constant, in quos arteriarum venarumque extrema oscula patent, et quibus sanguine repletis et turgidis similis fere fit, vt in viris, libidinosa clitoridis erectio, quod post sanguinis elotionem, inflatio, exsiccatio, iniectio facile demonstrant. Vocatur clitoris etiam *Columella*, quia paruo gargareoni comparari potest. Hanc particulam foemina cum plerisque quadrupedibus, et forte cum omnibus communem habet, etiam cum frigidis et nonnullis auibus. Sensus ei acutissimus est, primariusque forte vsus ad augendam voluptatem. Mira interdum in magnitudine degeneratio est, vnde etiam foeminae pro hermaphroditis et pro pueris habitae sunt, in quos virgines sint commutatae, cum sub primos menses clitoris intumesceret. Orientales populi olim hanc particulam truncare solebant. Id singulare videtur in foetu trimestri et quadrimestri clitoridem grandem esse, post eam aetatem iterum diminui, ita tamen vt etiam in foetu maturo grandis sit. In animalibus, vt penis, ossiculum habet, nonnunquam etiam in foemina humana id obseruatum esse lego. *Ge. Der Risler. G. Le Clitoris. B. Kistelaar, Vrouwelyke Roede.*

OESTRUM VENEREVM, etiam dicitur incalescentia illa partium genitalium ab affluente sanguine, qua animalia ad effundendum liquorem genitalem, sicque ad generandum incitantur. *Ge. Dit Dranst. G. Chaleur.*

OESTRVS, OESTRUM, TABANVS, est insectum dipterum, halteribus clauatis, solitariis, pone singulas alas, sub squamula propria, cuius variae species boues, ceruos, equos et oues infestant, ouula sua vel in dorsum, vel in fauces, aut nares, vel in anum, vel in vulnera horum animalium

deponendo, e quibus demum prodeuntes larvae, summopere animalia infestant. Ge. Breme. G. Oestre.

OESYPVS, Plin. *Lana succida, Vellus succidum Marr.* Ovidius Oesypum exponit succum ab immundo ovis vellere demtum. Plin. lib. 29. fordes sudoremque lanis ouium adhaerentes. Est scilicet substantia pinguis, sub coctione lanae ouium aquae supernatans, indeque despumatione ablata. Adfertur plerumque ex Gallia, eiusque vsus externus in aridura et articulorum rigiditate commendatur. Dicitur *αἰσρος*, quasi *οἶς ἴσρος*, ovis fordes, et *ἀνθρα*. Ge. Wollenfett. G. Suint, ou Oesype. A. Fat or Foky Wool of a Sheep. B. 't Ver of Smeer van der Wol der ongewassenen Schaape.

OFFA HELMONTIANA, s. *Offa alba*, est substantia quasi saponacea, seu coagulum album, natum ex mixtura spiritus salis ammoniaci cum alcohole.

OFFICINA, est locus, in quo medicamenta, tum galenica, tum chymica, simplicia atque composita, praeparantur, atque publice diuenduntur, estque proprie officina *pharmaceutica*. Sed etiam alia est *Chirurgica*, in qua res ad chirurgiam pertinentes tractantur. Gr. *Ἐργασίον*. Ge. Apotheke, Barbierstube. G. Laboratoire, Boutique. A. A Shop, a Warehouse, Work-house. B. Een Winkel, Werk-plaats, Werk-buis.

OFFICINALIA, vocantur *medicamenta*, tam simplicia quam composita, quae in officinis pharmaceuticis iuxta receptas pharmacopoeas, aut dispensatoria, prostant, et a medicis ad usum aegrorum praescribuntur, vnde etiam vocantur *Vsualia*.

OFFICIUM, vocatur omne id, quod alicui agendum incumbit. Sic medici *Officium* est, sanitatem praesentem conseruare, amissam restituere. Partibus etiam corporis humani *Officium* tribuitur, et tunc idem denotat, quam actio, vel vsus.

OLAMPI GYMMI, est Gummi ex America allatum, quod cum Arabico satis conuenit, pallidi coloris saporisque subdulcis, parum adstringentis. Ge. Olampharj.

OLEA, est Arbor mediocriter magna, cuius cortex est politus, coloris cineritii, lignum solidum coloris subflauo, saporis amari. Folia sunt oblonga, angusta, Salicem referentia, acuta, crassa, dura, carnosa, in superiori parte viridia aliquantulum, in inferiori albescentia, non lanuginosa, caulibus breuibus adhaerentia, sibi inuicem opposita. Flos est monopetalus, quadrifidus; calycem habens monophyllum quadridentatum, ex quo pistillum egreditur, vnde inde fit fructus oblongus, ovalis, viridis, carnosus, succa-

lentus, qui fructus *Oliua* dicitur. Sapor eius est amarus, acer, acerbus, in acetariis tamen satis gratus, in se includens putamen osseum oblongum, uniloculare, quod continet semen eiusdem figurae. Haec arbor crescit in regionibus calidis Europae. A Gr. *Ἐλαια*, unde quoque *Oliua*, a *λαῖος*, laevis, quod cutis eius quasi glabra sit et niteat, vel ab ipso fructuum succo pingui, glabro et laevi. Vide *Oleum*. Ge. *Olivenbaum*, *Dehlbaum*. G. *Olivier*. A. *Olives*. B. *Olyfboom*.

OLEAGINOSVM, dicitur de seminibus, quae multum olei essentialis unguinosi seu pinguis in se continent, et propterea ad emulgendum apta sunt, ut amygdalae, pineae, pistaciae, nuces, etc.

OLEANDER, vide *Nerion*.

OLEASTER, est *Olea sylvestris*. Vide *Erymon* in *Olea*.

OLECRANVM, siue **ANCON**, **PROCESSVS ANCONAEVS**; est protuberantia ossea in parte superiori ulnae, vel cubiti, quae cum protuberantia inferiori, seu coronoidea, cavitate semilunarem format, qua cubitus cum osse humeri firmissime per ginglymum articulatur. Idem ergo, quod patella in genu, praestat, et non male patella fixa, prout patella, olecratum mobile, dicitur. Ab *ἄλκων*, cubitus, et *ἄκρον*, caput. G. *Der Ellenbogen*. G. *Le Coude*. B. *Elleboog*.

OLECRANVS, i. q. *Anconaeus*.

OLENE, est *Cubitus*, siue *Focile manus*.

OLEVM; Gr. *Ἐλαιον*, est substantia liquida, id est, teni calore fluida, ad sensum homogenea, non tamen simplicissima, tota inflammabilis, et aquae non permiscibilis; resinae consistenti condensari potens, praecipue adiecto acido, tumque tenacissime adhaerens: ex fructibus, aut seminibus, proprie expressa, ut est *Oliuae*, *Palmae*, *Amygdalorum*, *Rapaeum*, etc. *Oleum*; atque haec dicuntur *Olea essentialia expressa, unguinosa*. Vel est destillata ex aromatibus, ut ex *Cinnamomi cortice*, *Caryophyllis*, *Anisi semine*, etc. qualia vocantur *Olea essentialia aetherea*; vel magno caloris gradu ex subiectis extorquentur, et haec sunt *Olea empyreumatica*, multum abindole simplicis, e quo extorta sunt, diversa, ut oleum *Cornu cerui*, et reliquarum partium animalium. Dantur etiam *Olea infusa et cocta*, dum scilicet olea expressa variis speciebus infunduntur, aut cum iis decoquantur, siquae praecipue e harum viribus imbuuntur. Olea aetherea et empyreumatica in genere viribus magis, vel minus, calefacientibus; commouentibus et nervinis, unguinosa vero dentulcentibus; emollientibus et lubricantibus possunt. — Liquida quoque

alia spissiora improprie *Olea* dicuntur, vt *Oleum virrioli*, *Oleum zarsari per deliquium*. Ge. Dehl. G. Huile. A. Oyl. B. Oli.

OLEVM AEGIRINVM, est Oleum, quod veteres e gemmis Populi nigrae infusione, vel solo oleo, vel cum vino simul, parabant, et quod ad leniendos dolores arthriticos et nephriticos adhibebant.

OLEVM ANIMALE, quod a *Dippelio* inuentore dicunt, obtinetur, si oleum destillatum empyreumaticum crebra destillatione foetore, nigrore et spissitudine orbatur, atque ad maximum subtilitatis gradum euehitur. Fragrantissimum est et sapore dulci aromatico praeditum. A nonnullis in neruorum morbis et epilepsia vehementer laudatur. Ge. *Dippelsöhl*.

OLEVM BALSAMI, i. q. *Opobalsamum*.

OLEVM BARBADENSE, s. *Pissellacum Indicum*, offic. Angl. est Petrolaeum ex Insula Barbados dicta allatum, colore ex nigro rubescens. Ex fontibus quibusdam colligitur. A. *Barbadoes Tar*. Vide *Petrolaeum*.

OLEVM CALCIS, est residuum in destillatione salis ammoniaci cum calce viva, seu *Sal ammoniacum fixum* vulgo dictum, in aere deliquescens. Ge. *Kalchöhl*.

OLEVM CANANGAE, est Oleum expressum gratissimi saporis ex squibus et foliis arboris Indiae orientalis paratum. Ge. *Canangeöhl*.

OLEVM HYPO, est Oleum expressum Americanum, cui, si abdomini externe illinitur, anthelminthica vis tribuitur. Ge. *Hypoöhl*.

OLEVM LATERINVM, s. **PHILOSOPHORVM**, est Oleum empyreumaticum, quod obtinetur, si vel lateres igniti in oleo oliuarum extinguuntur, vel cum calce viva destillantur. Externe ut mundans et neruinum laudatur. Ge. *Ziegelöhl*.

OLEVM MARTIS, est deliquium residui in praeparatione solorum salis ammoniaci martialium. Vide *Martis oleum*.

OLEVM PALMAE, est Oleum expressum fructus Palmae oleosae, quae est Palma foliorum pediculis spinosis, fructu pruniformi, autem oleoso, *Sloan*. spissioris consistentiae, odoris fragrantis. Arbor ex Africa in Americam translata ibidem nunc laete colitur. Olei vsus externus contra spasmos, luxationes et perniones commendatur. Incolis cullarium quoque esse lego.

OLEVM PALMAE CHRISTI, vide *Ricinus*.

OLEVM PETRAE, vide *Petrolaeum*. Ge. *Bergöhl*. G. *Petrole*, ou *Huile de Petrole*. B. *Aard-oli*.

OLEVM PHILOSOPHORVM, vide *Oleum laterinum*.

OLEVM RICINI, vide *Ricinus*.

OLEVM TARTARI PER DELIQUIVM, est Sal Tartari alcalinum in aere deliquescens. Ge. *Zersflohenes Weinsteinfels*.

OLEVM TEMPLINVM, est Oleum ex ligno Pinus sylvestris destillatum empyreumaticum.

OLEVM TERRAE, est pellucido-rubicundum, odoris fortis Petrolaeum aemulantis, sed gratioris. Ex India orientali affertur, ubi ex monte quodam effluere dicitur: sed est ut plurimum Oleum ex Nuce Cocos expressum atque terris medicatis commistum. Vide *Naphtha*, *Petroleum*.

OLEVM VINI, est Spiritus vini maxime rectificatus.

OLEVM VITRIOLI, est acidum vitrioli condensatum acerrimum, quod a spissitudine oleum, sed male, vocatur; si in crystallos congelascit *Oleum vitrioli glaciale* dicitur. Ge. *Vitriolöl*. G. *Huile de Vitriol*. A. *Oil of Vitriol*.

OLFACTORIVS NERVVS, siue *Processus mammillaris* veterum, est primum par nervorum cerebri, quod e cruribus medullae oblongatae iuter corpora striata et thalamos nervorum opticorum ortum ducens, sub cerebri basi anteriori protenditur vsque ad os ethmoides, vtrinque ad latus cristae galli, per cuius foramina, in plurimas fibrillas divisum, cranio egreditur, per omnes partes membranae, narium caua inuestientis, distribuitur, et actionem particularum volatili-vm salino-oleosarum inspiratione haustarum ad sensorium commune propagando, olfactui inseruit. Ge. *Geruchnerve*. G. *Nerfs Olfactifs*. B. *Reukzenaw*.

OLFACTVS, i. q. *Odoratus*.

OLIBANVM, vide *Thus*.

OLIBANVM SYLVESTRE, est resina *Abiesis*, vel *Pini*.

OLIGOPHOROS, est vinum tenue, paucis spiritibus gaudens. Ex *άλγυν*, paucum, et *φειν*, fero.

OLIGOTROPHIA, est imminuta nutritio. Ex *άλγυν*, paucum, et *τροφειν*, alimentum.

OLIGOTROPHVS, est cibus minus nutriens, cui opponitur *Polytrophus*. Ex *άλγυν*, paucum, et *τροφειν*, nutritio.

OLIVA, est *Oleae* fructus, qui immaturus aceto conditus et ex Europa australi ad nos allatus in deliciis habetur, primasque vias abstergere et appetitum excitare creditur. E maturo fructu pressione oleum oliuarum elicitor. Ge. *Ölben*. G. A. *Olive*. B. *Olyve*.

OLIVARIA CORPORA, vocantur duae prominentiae in medulla oblongata; scilicet medulla oblongata a ponte Vajoli continuata quatuor eminentibus columnis inscribitur, quarum exteriores aliquanto breviores, medullares, obtusae,

ob aliquam similitudinem *Oliuaria corpora* dicuntur, a quorum latere multiplici fibrarum serie nervus octavi paris utrinque ositur, paulisperque ascendens per foramen proprium e cranio egreditur. G. *Corps Olivaires*.

OLOSTEVM, vide *Holostemum*.

OLVS, ab alendo dicitur, quod oleribus alerentur homines, antequam fruges repertae essent. Ge. *Rüchenfrant*, *Gartenfrant*. G. *Herbage*. A. *Potberbs*. B. *Moerskruid*. Vide *Lachanum*.

OLVS ATRVM, vide *Hippofelinum*.

OLVS AUREVM, est *Arriplex officinarum*.

OLYRA, est frumenti species, affinis Zeae. An *ὄλυρα*, quasi corruptior Zea. Ex *ὄλωω*, perdo, corrumpto.

OMASVS, vide *Abomasus*. Ge. *Blättermagen*, *Waltersbudy*. G. *Feuiller*, *Millar*.

OMENTVM, RETE EPIPLOON, RETICVLVM, siue *Intestinorum operimentum*, est membrana duplicata, intus caua, verum sacculum formans, intestinis instrata, deorsum plus, vel minus, alte descendens, ibique libera, superius vero cum arcu maiori ventriculi, intestino colo, liene, et hepate connexa, pinguedine et vasis sanguineis arteriosis a coeliacis, et venis ex vena portarum, gastro-epiploicis ductis, copiose adiustar retis piscarii intertexta, ut intestina calore suo fovent, dum haec pinguedine subtilissima, vna cum vapore rorido ex tenuissimis vasculis exhalante, illiniat, ne vel areferent, vel motu peristaltico attererentur, vel cum inuicem concreverent. Quae ventriculo et colo adhaeret portio, *Omentum maius*, s. *gastrocolicum*, vocatur, illa vero, quae inter hepar et ventriculi minorem curuaturam reperitur, *Omentum minus* dicitur. Vide *Epiploon*. Habet laetea quaedam vasa et lymphatica, item sacculos adiposos perplures, in quibus adipem colligit pro tempore, et aliquando in maxima copia, quem venae versus hepar tendentes resorbent, ut vna cum sanguine e liene per venam splenicam redeunte mixta inferuat generationi bilis. Gr. *Ἐπιπλοῶν*. Ge. *Das Net*. G. *l'Epiploon*. A. *Cawl*, *Omentum*. B. *Her Net*.

OMOGRA, est dolor arthriticus humerum afficiens. Ex *ὄμος*, humerus, et *ἀγρέω*, capio, quasi humeri captio. Ge. *Sicht in der Schulter*. G. *La Goutte dans l'épaule*. A. *The gout in the Shoulder*. B. *Shoulder stercyn*.

OMOPLATA, siue HOMOPLATA, Lat. *Scapula*, est os latum et tenue, non tam ad costarum dorsalium strelatum, quibus scuti instar incumbit, quam claviculae, et praecipue

humeri, tutam articulationem comparatum. Figura triangulum exhibet scalenum, id est tribus inaequalibus lateribus comprehensum, longiore latere in basin porrectum. Angulum habet superiorem et inferiorem, loco tertii anguli colulum et condylus adest cavitate glenoidea caput ossis humeri excipiens; intus concauum est, extus gibbum, vtrinque musculis humerum mouentibus testum. Processus obtinet tres; nempe *Spinam*, *Coracoïdem* et *breuem*, seu *Acromium*, quo claviculae adnectitur. Superficies externa per spinam oblique ascendentem in duas partes inaequales diuiditur, quae cavitates supraspinata et infraspinata vocantur, et musculus eiusdem nominis continent. Ex ὤμος, humerus, et πλάτος, latus, quia humeri latitudinem constituit. Barbaris *Spazula* dicitur. Ge. Das Schulterblatt. G. l'Omo-plat, Paleron. A. The Shoulderblade. B. Schouder-blad.

OMPHACIVM, est succus ex visis immaturis expressus. *Agresta* officinis dicitur. Gr. Ὀμφάκιον. Ge. Aqrest, East von unreifen Trauben. G. Du Verjus. A. Verjuice. B. Verjuis. — Item, s. *Omphacinum oleum*, est oleum immaturum, seu ex oliuis immaturis expressum.

OMPHALOCARPOS, ita Aparine vocatur, ab umbilici nempe similitudine, quam semen eius refert. Ex ὀμφαλός, umbilicus, et καρπός, fructus.

OMPHALOCELE, est *Hernia umbilicalis*, quando nempe omentum, vel intestina, per umbilici anulum, aut proxime ad ipsius ambitum, elapsa circa umbilicum prouerberant: quod fit relaxatione, vel ruptione peritonaei: illud enim hic ob regressum vasorum umbilicalium est tenue, veluti quoque est in exitu vasorum spermaticorum, verum caeteroquin ubique in abdomine in superficie externa densiori tela cellulosa stipatum est, adeoque viribus prementibus intestina inaequalis resistentia contrahitur. Contingit hoc haerinae genus plerumque in mulieribus pinguisimis, laxissimae structurae et aetatis senescentis; rarius in viris, sed et his pariter pinguisimis et laxis; si macilentis accidat, a causa violenta externa fuit industum, alias nunquam: itidem euenit in laxis infantibus, praecipue in neonaris, vehementer clamantibus, aut umbilico negligentius obligato. Si vera ruptione peritonaei adsit, vocatur *Omphalorixis*. Minus proprie etiam tumores circa umbilicum, ab excrescentia, aut aqua, aut aere contento, nati vocantur *Sarcophaloccele*, *Hydrophaloccele*, *Pneumophaloccele*. Ex ὀμφαλός, umbilicus, et κελύκη, tumor. Ge. Ein Nabelbruch. G. Hernie du Nom-

bril, Omphalocete, sortie du Nombriil. A. A Rupture of the Navel. B. Nez-breuk, Navel-breuk.

OMPHALOS, vide *Umbilicus*.

ONAGRA, vel OENOTHERA, olim ex America ad nos translata, nunc etiam passim sponte apud nos proueniens, est planta cuius plures dantur species. Maxime vulgaris species est *Oenothera biennis Linn.* (Octandr. Monogyn.) foliis ouato-lanceolatis planis, caule muricato-villoso *Linn.* *Lysimachia lutea corniculata Bauh.* quae ex America allata passim copiose colitur, et cuius radices in acetariis estrantur. Ge. *Thapontick, Französischer oder Rüb-Kapünzel. G. Herbe aux ans.* — — Nomen gerit, quod bestias feras, maxime asinos, mansuetos reddat. Ab *ὄνος*, asinus, et *ἀργεῖον*, laboro: laboro enim et ferendo defatigantur. Nonnulli huic plantae discutientem et abstergentem vim tribuunt.

ONCOTOMIA, est incisio abcessuum. Ab *ὄγκος*, tumor, et *τομή*, secō.

ONEIROCRITICVS, vocatur ille, qui de insomniis iudicium ferre potest. Haec scientia etiam ad medicum pertinere potest, quatenus scilicet saepe insomnia de vndis, stagnis, effusione sanguinis, etc. a corporis statu pendent, eumque denotant.

ONINIVS CORTEX, vide *Maffoy cortex*.

ONISCI, vide *Millepedes*.

ONITIS, est *Origani species*, et quidem *Origanum onites Linn.* (Didynam. Gymnosperm.) spicis oblongis aggregatis, hirsutis, foliis cordatis, tomentosis. Habitus est *Maioranae*, sed lignosus. Crescit in Sicilia. Sic putatur dicta, quod ab asinis impetretur, ac in cibo gratum sit: *ὄνος* enim est asinus.

ONOBRYCHIS, est leguminis species. *Hedysarum Onobrychis Linn.* (Diadelph. Decandr.) foliis pinnatis, leguminibus monospermis aculeatis, corollarum alis calyce brevioribus, caule elongato. *Onobrychis folio Viciae, fructu echinato maior. Bauh.* Habet caules rubicundos, repentes; folia vero *Galegam* referentia, sed minora, in parte superiori viridia, in inferiori alba et villosa, acuta, bina costae adhaerentia, Flores sunt dense spicati, ex alis foliorum erumpentes, papilionacei, seu leguminosi, rubicundi, raro albi. Flori succedit siliqua brevis, cristata, vel echinata, subrotunda, vnico articulo constans, foeta semine reniformi. Radix longa, mediocriter crassa, extus nigra, intus alba. Vfus huius plantae maxime oeconomicus est, dum in solo quouis maxime sterili, dummodo non sit humidum, optime proficit, et per plures annos subsistit, eiusque esu et equi et armenta

egregie nutriantur, et eam maxime appetant. Decoctum plantae resoluens et diureticum est. Distam volunt ab asini rugitu, quod eo depasto fremant asini. Ab *ὄνος*, asinus, et *βέρυξ*, frendo, strideo, vel, quasi ab *ἀνὰ βέρυξιν*, quod sursum vna cum scaturiginibus erumperet, vocatur. Ge. *Hahnensamm*, heilig Heu, Spanischer Klee. G. *Esparsesse*. A. *Cockshead*. B. *Hane-kammekens*.

ONÓLOSAT, est vox Arabica, significans obolum, vel scrupulum dimidium.

ONONIS, vide *Anonis*.

ONOPORDON, seu *Carduus tomentosus offic.* est *Onopordon acanthium* Linn. calycibus squarrosis, squamis patentibus, foliis ovato-oblongis sinuatis. Planta biennis ad vias et in locis ruderatis crescens, cuius herba recens et succus expressus in carcinomate, inprimis vero faciei, externe applicata, egregiam virtutem ostendit.

ONYX, vide *Vnguis*. — *Onyx* dicitur etiam lapis quidam sat pretiosus, praecipue olim sculpturae veterum inferuiens; species Achatis, scilicet Achates vix semipellucida, fasciis, aut stratis, diuerse coloratis, ornata. G. *Onyx*. G. *Onice*.

OPALVS, s. *Lapis elementarius*, est Achates fere pellucida, colores pro situ spectatoris mutans. G. *Opal*, *Elementstein*. G. A. *Opal*. B. *Opaal*.

OPERARIUM, chymicis dicitur illa pars furni, in qua vasa materias mutandas continentia, collocantur.

OPERATIO, Gr. *Ἔργασια*, *Ἐργασία*, est labor non tantum chirurgis familiaris, vt operationes circa lithotomiam, herniam, etc. sed et chymicis, qui suos processus etiam *Operationes* nuncupant, suntque illae mutationes corporum, per instrumenta artis, in finem, lege huius artis definitum. Ita et pharmacopoei suas habent operationes. — Medicamentorum quoque in corpore nostro effecta appellantur a medicis *Operationes*. Ge. *Wirkung*. G. et A. *Operation*. B. *Werking*, *Verrigting*, *Uitvoering*.

OPHTHASIS, est capillorum morbus, quo extenuati, hinc inde spatii intermissis, macularum serpentis instar, decidunt. Ab *ὄφθις*, serpens, et *ὄφθ*, simile. Hic morbus cunctis animantibus communis est, in quo scilicet pili animantium, capilli hominum, plumae volatilium, epidermisque omnium decidunt. Alia etiam est *Ophthalmia*, quae incipit ab occipite, duorum digitorum longitudinem non excedit, ad aures duobus capitibus serpit, quibusdam etiam ad frontem, donec duo se capita in priorem partem committant, et quae infantes maxime afficit: in ea etiam cutis superficiali-

ter excoariatur, color cutis mutatur, et si pungatur, serofus sanguis exit. *Sauv.* Vide *Alopecia*.

OPHIOGLOSSVM, siue **LINGVA SERPENTINA**, est planta ad Cryptogam. Filices pertinet. Habet in singulis petiolis, seu caulibus, folia Betae minimae, sed crassiora, recta, polita, carnosae, et angusta, aliquando ampla et rotunda. Saporis viscosi est et dulcis. Caret haec planta floribus conspicuis, sed ex alio caulis erumpit fructus figura linguae compressae, seu linguae serpentinae, in plures cellulas bino ordine per longitudinem diuisus, quibus sponte transuersim disruptis vtrinque denticulatus fit; hae cellulae includunt puluisculum minimum seminum. Radix est fibrosa. Crescit in pratis et locis humidis. Plantae huic vires exsiccantes et traumaticae tribuuntur. Et hepatis morbis mederi, et oleo infusa eximium balsamum vulnerarium largiri creditur. Ex ὄφις, serpens, et γλῶσσα, lingua. G. Natterwurzel, Natterzungenlein, Einblatt. G. Herbe sans Couzure, Langue de Serpent. A. Adders-tongue. B. Adders-tong, Speer-kruid.

OPHIOXYLVM, est Lignum serpentinum, vel serpentum. Ab ὄφις, anguis, et ξύλον, lignum. Ge. Schlangenholz. G. Bois de serpent.

OPHIOSCORODON, siue *Allium anguinum*, est *Allii* species, scilicet *Allium alpinum latifolium*, *Baub.* cuius caulis obscure rubicundis, seu nigris, maculis commaculatur; vel est alia *Allii* species, cuius caput cum suprema caulis parte serpentis in modum contorquetur. Ex ὄφις, anguis, et σκόροδος, allium. Ge. Waldknoblauch. G. Ail serpentain. A. Serpens Garlick. B. Serpent-look, Berg-look.

OPHITES, idem quod *Serpentinus lapis*: est species *Smectitis*, seu *Lapis ollaris* solidus virescens, maculosus, durus, polituram admittens. *Waller.* scilicet lapis marmoris similis, colore viridi saturato, dilutis eiusdem coloris maculis quasi aspersus. Sed et alium constituunt colore cinereo, et eadem duritie, nec non nigriculis maculis variegatum. In igne aperto albescit, in clauso igne stavescit. Vfus praecipue est mechanicus ad conficienda varia vascula. Frustra conuexo-concaua (Ge. Wärmsteine) aquae feruidae immerguntur, tumque in doloribus colicis abdomini imponuntur. Veteres Ophitae genera fecerunt, *nigricans, durum, cinereum, punctis distinctum*; lineis quibusdam candidis interstinctum, candidum, molle. Hinc apparet, veterum Ophitem a nostratibus esse diuersam et marmoris speciem forte fuisse. — *Serpentinus lapis* inuenitur in Suecia, nec non in variis aliis Europae locis, imprimis in Misnia prope Zoeblium.

Ge. *Ophrys*. Ge. *Serpentinstein*. G. *Pierre Serpentine*. A. *Serpentin-stoue*. B. *Serpentyn-steen*.

OPHRIS, OPHRYS, est planta, (Gynandr. Diandr.) quae habet caulem rotundum. Folia sunt Plantaginis latifoliae foliis similia, duo in qualibet planta, quandoque tria, sibi inuicem opposita, altero ex alterius sinu prodeunte, saporis visceris et quodammodo dulcis. Spathae vagae; spadix simplex; perianthium nullum; germen florem proferens. Flos est polypetalus, anomalus, constans e petalis quinque, oblongis, sursum coniuventibus, aequalibus; duobus horum exterioribus, et nectario petalis longiori, dependente, postice carinato, quo fit, ut galeam quodammodo aemuletur, inferiori capitato et quasi anthropomorpha. Calyx autem abit deinde in fructum, seu vtriculum unilocularem, trigonum, tribus fenestris peruium, quibus adhaerescunt valvae, seminibus foetae minutissimis instar scobis. Crescit in vallibus humidis, viribusque abstergentibus et vulnerariis gaudet. Planta haec est *Ophrys bifolia* Linn. (quam alii quoque vulgo *Bifolium* dicunt) cuius datur varietas foliis tribus. Ge. *Zweyblatt*, *Stattenschwanz*. G. *Double feuille*. A. *Tway-blade*. B. *Tweeblad*. — *Ophrys* Ill. Linnæo denotat plantae generis plures species comprehendens, ab aliis ad Orchides relatas.

OPHTHALMIA, OPHTHALMOPONIA, quam *Celsus* *lipitudinem* vocat, est tunicarum oculi inflammatio, cum dolore analogo, ac si spina esset oculo intixa, qui tam grauis est, ut aegri lucem ferre nequeant; cumque copiosis et feruentibus lachrymis aliisque humoribus affluentibus, qui successiue crassiores facti in lemam mutantur. Dolor et lucis intolerantia sunt praecipua ophthalmiae symptomata; rubedo in ophthalmia externa tantum est. Pro diuersitate causarum et partis adfectae quam plurimae dantur *Ophthalmiae* species, magis, vel minus, periculosae, aut sanabiles. Ab *ὀφθαλμιάς*, oculus. Ge. *Das Augenweh*. G. *Ophthalmie*, *Mal aux yeux*. A. *An Inflammation of the Eyes*. B. *Onsteking der Oogen*, *Ooggezwel*.

OPHTHALMIATER, est Medicus ophthalmicus. Germ. *Augenarzt*.

OPHTHALMICA, sunt medicamenta aduersus oculi mala. Ge. *Augenmittel*. G. *Remedes pour les yeux*. A. *Remedy for the Eyes*. B. *Oog-middelen*.

OPHTHALMOPTOSIS, vide *Exophthalmia*, *Hydrophthalmia*.

OPIATA, et OPIATVM, siue *Electuarium*, medicamentum internum est, quod consistentia Opiatae officinali (vt *Theriacae*,

vel *Mitbridatio*) simile, ex variis rebus, melle, vel syrupo, exceptis, in plures doses est concinnatum. Generaliter sumitur pro omni electuario, sed specialiter pro iis tantum, quae Opium, a quo denominatio, recipiunt, uti pro *Theviata*, *Mitbridatio*, *Diascordio*, *Philonio*, *Requie Nicolai*; etc. Ge. Ein Opiat, Latwerge. G. Une Opiaze. A. An Opius. B. Een Opiaaz, een gecomponeerde Conserf.

OPIOLOGIA, est Opii descriptio. Ab *ὄπιο*; succus, et *λόγος*, narro.

OPISTHOCYPHOSIS, i. q. *Cyphosis* et *Opisthotonos*.

OPISTHOTONVS, TETANVS OPISTHOTONICVS, RAPTVS POSTERGANEVS, TETANVS DORSALIS, est tetanus, siue tensio, aut conuulsio capitis, ceruicis et spinæ versus posteriora, contractis sursum pedibus, cum difficili respiratione, deglutione et rigore aliquamdlu perseverante. Plerumque a venenis deleteriis, aut vulneribus, oritur. Ex *ὄπισθεν*, a tergo, pone, et *τείνω*, tendo. Ge. Der Rückenkrampf. G. Convulsion du col & de l'Epine en arriere. A. Cramp of the neck. B. Agterwaartse Spanning.

OPIVM, est succus Papaueris, et quidem proprie illius speciei, quae vocatur: *Papauer somniferum* calycibus capsulisque glabris, foliis amplexicaulibus incisus *Lin.* Papauer hortense semine albo, vel nigro, *Baub.* inspissatus, gummeo-resinosus, duriusculus, nigricante colore, sapore acri et amaro, et viroso odore præditus. Sunt, qui Opii ac Meconii nomen confundunt, et hæc pro vno eodemque habent; sed male. *Opium* enim lacryma est, quae stillauit ex capitibus papaueris, dum maturecebant, leuiter incisus. *Meconium* e contra succus est ex iisdem expressus. *Opium* vero est triplex: *Album* adfertur ex Cairo, quod et forte *Thebaicum* vocatur et *Meceri*. *Nigrum* et durum venit ex Syria et Alexandria. Tertium flauescens magis et mollius, ex Cambaia et Decan mittitur. Turcae illud ex albo colligunt Papauere. *Opium*, quod in magnis frustis foliis Papaueris inuolutis ad nos adfertur, nigrum est, amarum et graueolens, forsan nihil aliud erit, quam *Meconium*, quod lauanenses *Poust* vocant, et eo vtuntur infimæ sortis homines. Sed quod ex ipsis capitibus stillat, *Affion* et Turcis *Maslac* dicitur, et a ditioribus tantum usurpatur, qui illud in deliciis habent; præsertim si eo uti assueti sunt. *Opium* gaudet viribus narcoticis, phantasticis, dementantibus, exhilarantibus, antispasmodicis, anodynis, omnes excretiones, præter cutaneam, sistentibus, quas omnes vires forte vnice exlerit parte sua subtilissima in materiam nerveam agendo, sicque et sensibilitatem et irritabilitatem immi- nuendo.

tuendo. Remedium igitur est summe efficax, cuius quidem vsus intempestiuus, aut abusus, summe noxius, tempestiuus vero summe proficuus esse solet, et, quod in cassum ab aliis remediis exspectatur, leuamen fert. Plura in officinis prostant remedia composita, quae opium ingreditur, variae quoque eiusdem, sub varia forma, praeparationes, pro quantitate ipsius opii ingredientis plus, vel minus, actiuae. Datur etiam in substantia ad granum vnicum. Soporem nimio vsu inductum optime acida vegetabilia discutunt. Gr. *Ὀπιο.*
Ge. *Mohnsaft.* G. A. *Opium.* B. *Heuljap, Slaapjap.*

OPOBALSAMVM, vide *Balsamum.*

OPOBALSAMVM GERMANICVM: ita vocant nonnulli extractum spirituosum ex oculis, s. gemmis *Populi albae Linn.* paratum, cui eximias virtutes in morbis pulmonum et laesione partium tendinosarum tribuunt.

OPOCHRISMA, OPLŌCHRISMA, tale dicitur vnguentum, quo siensis, aut aliud instrumentum vulnerans, illinatur, vlnus adactum sua sponte sanari creditur. Ex *ὄπια*, arma, et *χρῖμα*, vngo. Ge. *Wassensalbe.*

OPODELDOCH, nomen est alicuius emplastri vulnere et vlcera sanantis: istius descriptiones inueniuntur apud *Paracelsum, F. Würtz, Mindererum*, aliosque autores. Nomen est chymicum fictitium, a *Paracelso* excogitatum, nihil significans. Species est emplastri stictici. Ge. *Stichpflaster.*
B. *Sreek-pleister, Wond-pleister.*

OPOPANAX, est succus gummi-resinosus ex herbae umbellatae plantae radicibus et caulibus sauciatis stillans, ac concresecens, primo est albidus coloris, sed post siccationem flauum et quasi croceum acquirit colorem: odor est grauis, sapor amarus: friabilis est, intus albescit, et granulatum saepe inuicem adhaeret. Planta, e qua exstillat, est *Panax* costinum *Baub. Panax opopanax* foliis bipinnatis *Linn.* Planta umbellifera, (Pentandr. Digyn.) in regionibus calidioribus proueniens. Id gummi ex Turcia, aut India orientali, in granis, aut massis, ad nos adfertur. Gaudet viribus resoluentibus, balsamicis, neruinis, eccoproticis, carminativis et emmenagogis; hinc vsus eius sat frequens est tum externus in vnguentis et emplastris, tum internus in pilulis. Plura praeterea medicamenta composita officinalia ingreditur. Ge. *Wanaxgummi.* G. *Opopanax.* B. *Sap van het Panace-kruid.*

OPPILATIO, i. q. *Obstructio.*

OPPOSITA, botanicis dicuntur folia, aut caules, aut pedunculi, per paria decussatim e regione collocata.

OPPRESSIO, dicitur de cordis et praecordiorum anxietate in febribus ardentibus, ob sanguinis liberum transfusum per vasa pulmonalia impeditum oriunda. Ge. *Üeängfigung*. G. *Oppression*.

OPTICA, est doctrina de visu, et radiorum lucis in oculum actione. Ge. *Optick*. G. *Optique*.

OPTICA, *Medicamenta* vocantur, quae visum acuere valent.

OPTICVS NERVVS, siue visorius, in fundo bulbi oculi substantia sua medullari explicitur, et *retina* dictus, excipit radios lucis, vario modo per corpora, tunicas et humores oculi refractos, hincque rerum supra retina depictarum ideae in cerebro ad sensorium commune deferuntur. Vtriusque nerui origo ex thalamis neruorum opticorum prouenit, postea hi nerui in sella turcica coeunt, quod *Coniugatio neruorum opticorum* dicitur, et cranium egressuri ab inuicem seinguntur, atque per foramen rotundum ossis sphenoidis ad oculos veniunt. Ab *ὀπτική*, video. Ge. *Der Sehenerve*. G. *Le Nervf optique*. A. *Optick Nerves*. B. *De Oogzenuw*, *Gezichtzenuw*.

OPUNTIA, planta est ex America ad nos allata, cuius plures species in hortis nostris coluntur, quae nunc ad *Cactos* referuntur, et *Cacti opuntiae* compressae articulis compressis vocantur. Peruenit planta ad altitudinem magnae arbutulae. Folia sunt magna, longa, crassa, viridia, dura, tuberculis spinosis instructa, succo plena, viscosa, nervosa. Flores sunt rosacei, (Icosandr. Monogyn.) flauis, aut rubris, petalis plurimis in orbem positis constantes, innati apici ovarii, numerosissimis staminibus praediti. Ovarium, cuius apex in ambitu speciem caliculi refert, fit fructus carnosus, umbilicatus, unicapularis, excavatus, continens pulpam medullosam, rubram, saporem dulcem habens, foetus seminibus annulatis, saporis non ingrati. Huius plantae solum folium terrae mandetur, crescit, datque nouam plantam. Tota haec planta foliis constat, fertque in calidioribus fructus edules, sat quidem esu gratos, sed urinam rubro colore tingentes; ob fructuum, magis vero foliorum, similitudinem quoque *Ficus Indica* dicitur. Est quoque huius plantae species, quae *Coccionellam* fert, seu potius hoc insectum alit, scilicet *Opuntia*, vel *Cactus cochinillifer* articulato prolifer, articulis ouato-oblongis subinermibus *Linn.* Tuna mitior, flore sanguineo, cochinillifera *Dill.* *Ficus indica* maior, laeuis, s. spinosa, vermiculos proferens. *Pluk.* *Opuntiae* nomen habet ab vrbe Opunte. Ge. *Indianische Feigen*. G. *Figuier d'Inde*, *Raquezette*, *Cardassé*. A. *Prickly Pear-Tree*. B. *Indiaansche Vyg*.

ORBICVLARE OSSICVLVM, est auris internae paruum rotundumque ossiculum, incudis processui adnatum, quod articulatur cum stapede. Nonnulli *squamosum*, *cochleare*, idem *quartum ossiculum* vocant, licet proprie tertium sit. Ge. Das runde Beinlein im Ohr.

ORBICVLARIS, siue **CREPITVS LVPI**, est Fungi species; sunt vel rotundi, vel semirotundi, sed incertae magnitudinis. Nascuntur in campis desertis, nullum habentes pediculum, intus spongiosi sunt, et, si recentes fuerint, aquam, siccati vero spongiosam et puluerulentam continent materiam instar ochrae subnigrae, quae semen est; extus pellicula obducuntur eiusdem fere coloris: vtuntur iis chirurgi in sanguine sistendo. Vide *Lycoperdon*. Ge. *Boviss*. G. *Vesse de Loup*. A. *Wolfs-farr*. B. *Wolfsveest*, *Bovist*.

ORBICVLARIS LABIORVM, vide *Sphincter oris*.

ORBICVLARIS PALPEBRARVM, **CONSTRUCTOR PALPEBRARVM**, est stratum fibrarum muscularium tendine satis valido a cantho oculi interno ad processum nasalem ossis maxillaris superioris orientium, ad marginem orbitae superioris et inferiorem decurrentium, et ad angulum externum sese decussantium. *Orbicularis minor*, seu *ciliaris*, ipsis palpebrarum marginibus superiacet. Vterque musculus actione sua palpebras constringit, arteque oculum claudit. Ge. Der ringförmige Muskel, oder Schließmuskel der Augenheder. G. *Muscle orbiculaire des paupieres*.

ORBITA OCULI, est antrum, siue cauitas conica, vtrinque in parte superiori et anteriori faciei collocata, bulbum oculi excipiens atque recondens, ex concursu septem ossium formata, scilicet ossis frontalis, sphenoidi, vnguis, partis ethmoidi, iugalis, maxillaris et palatini, et retrosum variis foraminibus pro transitu neruorum et vasorum ad oculum eiusque musculos accedentium pertusa. Ge. Die Augenhöhle. G. *l'Orbite*.

ORCHIS, est plantae genus flore sex-vel polypetalo anomalo, (Gynandr. Diandr.) Habet folia ex radice erumpentia, simplicia, liliaceis similia. Caulis est rotundus; finis pedunculi exit in ovarium oblongum, uniloculare, trialuc, tribus fenebris peruium, continens puluerulenta seminula: apici ovarii insidet flos, in quo sparhae vagae, spadix simplex, perianthium nullum, germen florem sustinens; corolla habet petala quinque, tria exteriora, duoque interiora sursum conuenientia in galeam; nectarium monophyllum, a latere inferiore inter diuisuram petalorum receptaculo affixum; labio superiori erecto, breuissimo, labio inferiori magno, patente,

lato; tubo pendulo, corniformi, pone prominente, vt adenos flos nunc hominem nudum, modo papilionem, fucum, columbam, simiam, lacertam, aut muscam, repraesentare creditur. Radix est rotunda, carnosa, ruberosa, in testiculorum, vel carnosam palmatam formam formata, succulenta, albida, paululum compressa, viscosa, subdulcis odoris seminalis. Haec planta crescit in locis humidis. Est *Satyrium*, Latinis *Testiculus*; sic dicitur, quod eius radices ex duobus, aut tribus consistunt globulis, quasi tot testiculis, qui pro varia forma apud Veteres varia quoque obtinuerunt nomina, vt *Cynosorchis*, *Tragosorchis*, etc. Huius generis numerosae dantur species. Quae in officinis sub nomine *Satyrii* prostat, cuiusue radix in usum medicum adhibetur, est *Orchis alba bifolia minor*, calcari oblongo. *Baub.* *Orchis bifolia*, bulbis indiuisis, nectarii labio lanceolato integerrimo, cornu longissimo, petalis patentibus *Linn.* Qualitatis est hircinae, mucilaginosae, singularis tamen ei tribuitur virtus aphrodisiaca, analeptica, anodyna, inuisicans et lubricans, hinc in anaphrodisia, sterilitate, atecnia, tabe et dysenteria commendatur. Prostat electuarium, vel confectio *diatyrium*. — Alia adhuc *Orchidis* species praecipue in dysenteria et vt egregium nutriens laudatur. Vide *Salab.* *Ge. Ruabentraut*, *Etendeltraut.* *Ga. Couillon de Chien*, *Satyrium.* *A. Dogstones.* *B. Hondkens-kruid*, *Standel-kruid*, *Kullekens-kruid.*

ORCHIS, est testiculus, cuius substantia in viris nihil aliud est, quam minutissimorum vasculorum alborum, ordinatoque inflexu in quibusdam dissepimentis locatorum, semen conficientium congeries. Sunt ea vascula productiones ex arteriis seminalibus, hic tramite recto in vasa angustissima desinentibus, dum per laterales ramos et anastomoses suum sanguinem venis infundunt, et nerui quamplurimi, vti et lymphatica copiosa, hic terminari in vasculis quibusdam videntur. Figurae est ovalis, tunica propria densa albuginea et laxiori vaginali inclusus, cui superius incumbit supereminens corpus, *Epididymis* dictum, testis continuatio, inque *Vas deferens* terminatum, per quod semen praeparatum in vesiculas seminales effunditur. Viris plerumque duo, raro pauciores, aut plures, sunt testiculi, scroto reconditi. Vide *Scrotum*. Foeminis improprie testiculi tribuuntur. Vide *Ovaria*. *Orchides* etiam vocantur *Testes*, *Colei Cic.* et *Mart.* *Vasa Plauto*, *Ὀρχαῖς*, *Διδυμοί*, *Μέζα* *Hesiod.* *Μήδια* *Homer.* *Ὀρχαῖδα*, *Ὀρχαῖς* *Oppiano.* *Ge. Hoben*, *Höblein.* *G. Testicules.* *A. Testicles*, *Stones.* *B. Kloorjes*, *Zaadballen.*

ORCHOTOMIA, est testiculi excisio. Vide *Orchotomus*.

ORCHOTOMVS, est, qui testiculos excindit, qua operatione animalia castrantur, ne cum aliis coeant: inde *Orchotomia*, siue testiculorum excisio. Ex *ὄρχη*, testiculus, et *τομή*, seco. Ge. Ein Verschneider. G. *Châcreur*. A. *Gilder, or Stone Cutter*. B. *Een Lubber*.

ORDEOLVM, barbaris i. q. *Crisbe* et *Hordeolum*.

OREOSELINVM, est Apium, seu Selinum montanum. Apium montanum nigrum *Baub.* *Asbamanza oreoselinum*, foliis diuaticatis *Linn.* (Pentandr. Monogyn.) Planta umbellifera; habitat in Germaniae, Galliae et Angliae collibus apricis. Qualitatis est resinosae subaromaticae, eximiisque viribus resoluentibus, diureticis et pectoralibus pollet. Semini est virtus emmenagoga. Vide Ill. *Schmidellii* *Diff. de Oreoselino*. Ex *ὄρεος*, mons, et *selinum*, quali *Perroselinum*. Ge. *Bergpeterlein*, *Grundheil*. G. *Perfil de montagne*. A. *Mountain, or Stone Parsley*. B. *Berg-eppe, Kroonjes-kruid*.

ORÆXIS, est ordinarius cibi appetitus, qui proxime oritur a tritu ventriculi, cuius neruola iuga tenui villosa crusta obducta, inque ventriculum pendula, super se inuicem contrahantur, quae pendet tum a propria fibrarum ventriculi contractione, tum ab actione septi transuersi et musculorum abdominis. Augeri praeter naturam potest ab acrimonia acida, lumbricis, aliisque irritantibus. Ab *ὄρεξις*, cupio. Ge. *Hunger, Begierde zu essen, Lust zur Speise*. G. *Faim*. A. *Appetite of meat, Hunger, Famine*. B. *Honger, Eerlust, Graagheid*.

ORGANICA PARS, est, quae ex variis partibus, quarum natura et efficacia diuersa est, constat, vti musculus constat ex carne, membranis, tendinibus, variisque vasis, etc. et functioni cuidam praestandae congruum organum existit: ei opponitur *Similaris pars*, de qua suo loco. Ge. *Werkzeug des Körpers, Organischer Theil*. G. *Partie Organique*. A. *Organick-parr*. B. *Een Organizeerde deel*.

ORGANICI MORBI, sunt, qui mutatione figurae, magnitudinis, numeri, vel situs, partium organicarum functionem impediunt, et opponuntur morbis similaribus, qui in fibris, membranis, vel vasis simplicissimis, obtinent, fibrarumque eas constituentium cohaesionem mutant. Ge. *Organische Krankheiten*. B. *Werkruigige Ziekten*.

ORGANVM, est pars e pluribus aliis partibus similaribus composita, quae ad sui constitutionem, actionesque perficiendas, rectam et determinatam conformationem requirit, vt brachium, musculus, cor, etc. Inprimis de organis sensu-

riis, vt aure, oculo, etc. adhibetur. Ge. *Werkzeug*. Ga. *Organe*. A. *Organ*. B. *Een Werktuig*.

ORGASMVS, est impetus et incitatio motus sanguinis, cum pulsu magno et celeri, vel spiritu, vt si quando spiritus animales cum impetu in neruos ruunt. Sic etiam dicitur *Orgasmus* seminis. Ab *ὄργασμα*. Ge. *Aufwallung*. G. *Orgasme*. A. *Quick Motion*. B. *Drift*.

ORGYALIS, botanicis est mensura caulium, aut foliorum, quæ longitudinem homini æquat. Ab *ὄργυρα* mensura sex pedum. ORICHALCVM, vide *Aurichalcum*.

ORIFICIUM, notat extremitatem meatus cuiusdam apertam, et ad fines vasorum applicatur; inprimis vero de ventriculo, (qui duo *Orificia* habet, *cardiam*, seu stomachum, per quem cibi potusque ingrediuntur, et *pylorum*, per quem exeunt,) de ano, vtero, etc. dicitur. G. *Mündung, Defnung*. G. *Orifice*.

ORIGANVM, est plantæ genus flore monopetalo ringente, verticillatum, (Didynam. Gymnosperm.) Habet caulem durum, quadratum, villosum. Folia maiora Calamintham referunt, minima Maioranam, villosa sunt, odorata, saporis aromatici acris. Flores in spicas squamosas, foliolis ouatis coloratis compositas, ex squamulis propriis provenientes, congeruntur, monopetali, labiati; horum labium superius sarrectum est, subrotundum, bifidum, inferius vero tripartitum. Ex calyce surgit pistillum, posticæ floris parti ad instar clavi infixum, ac veluti quatuor embryonibus stipatum, qui abeunt in totidem semina subrotunda, minima, in capsula, quæ floris calyx fuit, recondita. Radix est fibrosa, minima, lignosa. Crescit in montibus. Inter plures huius generis species duæ præcipue in vsum medicum adhibentur, scilicet 1) *Origanum sylvestre Bauh.* *Origanum vulgare*, spicis subrotundis, paniculatis, conglomeratis, bracteis calyce longioribus ouatis *Linu.* et 2) *Origanum creticum Bauh.* *Origanum creticum* spicis aggregatis, longis, prismaticis, rectis, bracteis membranaceis calyce duplo longioribus. Pollet vtraque qualitate calida, spirante, subaromatica, viribusque neruinis, roborantibus, resoluentibus et excitantibus. Vius est in decocto, balneo atque fomento. Oleum essentielle insigne est remedium in odontalgia a carie proveniente. *Origanum* dici volunt, quod montibus gaudeat, *ἄσθ τῶ βρυς*, a monte, et *χαρῆς*, gaudio, sed alii, quod visum exacuat, ab *ὄργαν*, videre, et *γανῶ*, clarifico, quasi aciem oculorum illustrans. Nonnulli nomen ex aduerso datum putant, a *ὄργαν*, quod est algeo, fieri *ὄργανον*, quasi rigens, censent, et tandem adscita littera principe O, in *Origanum* esse confectum,

contrario tamen sensu, quod minime refrigeret. Ge. *Dosten*, *Wohlgemuth*, *Bergmünz*. G. *Origan*. A. *Origany*. B. *Orego*, *grove Marjolein*.

ORIGINALIS, dicitur de morbis idiopathicis, inprimis illa phthisis species, quae a mala pulmonum dispositione, ut prima causa, pendet, *Morrone* vocatur *Originalis*.

ORLEANA TERRA, est secula, seu sedimentum exsiccatum coloris e rubro fusci, odoris violacei, saporis subamari et subadstringentis. Arbor, e cuius fructu siliquoso contuso infusione, maceratione, colatione haec secula praeparatur, est procerā, densa, flore rosaceo, (Polyandr. Monogyn.) Vrucu *Marogr*. *Bixa Orleana* Linn. Aethiob. *Indor*. Crescit atque colitur in America australi. Vfus maxime tinctorius est, sunt tamen, qui *Orleanam* ob vires refrigerantes, roborantes et stomachicas in haemorrhagiis aliisque profluviis commendant. Ge. *Orlean*. G. *Roucou*.

ORMINVM, vide *Horminum*.

ORNAMENTVM FOLIACEVM, dicitur extremitas tubae Fallopianae veteri muliebris fimbriata, eum in modum comparata, ut in oestro venereo rigescens quasi tot digitis ovum, ex ovario prodiens, comprehendat. Ge. *Die gezackten Enden der Muttertrompeten*. G. *Frange membrancuse*, ou le *Pavillon de la Trompe de Fallope*. B. *Her Loofwerk*. — Vocatur hoc Ornamentum foliaceum etiam *Morsus diaboli*.

ORNITHOGALVM, est planta, flore liliaceo, (Hexandr. Monogyn.) quae habet folia longa, angusta ut Graminis, mollia, repentia, excavata, lineam albam in longitudinem habentia. Caulis est rotundus, nudus, tener. Finis pedunculi ex caule membranula est longa, tenuis. Flos est liliaceus, ex petalis sex in orbem positis compositus, cuius singulis intus ad superiora adnascitur stamen. Ovarium tuba longa, apice sphaerico instructa, donatum, fit fructus subrotundus, angulatus, trilocularis, triualuis, foetus seminibus subrotundis, nigris. Radix bulbosa, aut tuberosa. Bulbus est fere, ut in Narcisso, seu ut in Porro, ita ut totus habitus ad Porrum accedat. Eius vix in medicina vsum est. Vnius tamen speciei, quae est Ornithogalum angustifolium medium *Bauh.* radici eximia virtus sialagoga et diuretica tribuitur. Ornithogalum, quasi diceret *Lacanium* compositum est, ex *Yenc*, auis, gallina, et *γάλα*, lac. Ge. *Feldzwiebel*, *Ackerzwiebel*, *Stern von Bethlehem*. G. *Churles*, *Ornithogale*. A. *Dogs onion*, *Star of Berblbeem*. B. *Veld ajuin*.

ORNITHOGLOSSVM, siue *Lingua auis*: sic vocatur semen

Fraxini arboris. Ab *ἔφυς*, auis, et *γάρσος*, lingua. Vido *Fraxinus*.

ORNITHOPODIUM, s. ORNITHOPVUS, est planta, flore papilionaceo, (Diadelph. Decandr.) quæ habet plures caules flexiles, debiles, ramosos, fere repentis, rotundos, villosos. Folia Coluteæ foliis minora, sibi inuicem opposita, et iuxta vnam costam disposita. Calyx monophyllus, quinque-dentatus. Flores sunt exigui, leguminosi, in spicas in summitate ramorum congesti. Flori succedit siliqua oblonga, articulata, sulcata, incuruata, singulo quoque articulo continens semen vnum, rotundum. Siliquæ vero ad vnum pedunculum, et eundem exortum, crescunt multæ simul. Radix est parua, et alba. Hæc planta crescit in pratis, et in locis arenosis. Eius decoctum eximii viribus aperitiuis, diureticis atque antinephriticis gaudere, cataplasma vero herniis conducere dicitur. Ornithopodium est auis pes; sic vocatur, quod eius siliquæ pedem auis cum suis digitis et articulis referant. Ex *ἔφυς*, auis, et *πῦς*, pes. Ge. *Vogelfuß*. G. *Pied d'oiseau*. A. *Birdsfoot*, *Birds-claw*. B. *Vogel-voot*.

ORNUS, est Fraxini species, (Polygam. Monosc.) et quidem Fraxinus humilior, minore et tenuiore folio *Baub. Fraxinus ornus*, foliolis serratis, floribus corollatis *Linn.* An ab ornatu, ob elegantes rubicundos fructus? an ab Hebraica voce Oren? Ge. *Wilder Eschendaum*, die blühende Esche. G. *Frêne Sauvage*, *Frêne à fleurs en grappes*. A. *Wild-Asb*, *Flowering Asb*. B. *Haver-Essche*, *Qualster*, *Lyfter-bezie*, *Quartel-bezie*, of *Quaal-boom*.

OROBANCHE, est plantæ genus flore monopetalo ringente, (Didynam. Angiosperm.) cuius species maxime frequens est *Orobanche maior Linn.* quæ habet caulem rectum, spongiosum, cylindricum, aut rotundum, fistulosum, fragilem, pallidum, villosum. Folia non habet, nisi in principio quaedam exigua, angusta, spongiosa, cito cadentia. Flores in calyce monophyllo, semiquinquesido, erecto, colorato, persistente, iuxta summitatem caulium nascuntur, a se inuicem distantes, villosi, coloris purpurei, pallidi, flauis, aut viridis, odorantes. Post florem apparet fructus oblongus, unilocularis, per maturitatem dehiscens in duas valuas, foetus seminibus minutissimis, et albescens. Radix est bulbosa, obrotunda, squamosa, pollicis crassitiei, extus nigra, intus albescens, aut flavescens, tenera, suocum viscosum amarum habens, per siccitatem fit adeo dura, ac os. Caules decocti et inter acetaria, vt Asparagi, esistantur. Puluis radices colicam flatulentam tollit. A tauris deuorata, in his

libidinem excitare dicitur. Crescit in locis arenosis, at etiam inter segetes et legumina, quae tamen suffocare creditur. Hinc nomen habet ab ὄροβον ἔρχειν, quod Orobum strangulet. Ge. Sommerwurzel, Hanfwurzel, Hanfmannlein. G. *Orobanché*. A. *Broomrape*. B. *Smeer-kruid*.

OROBIDES, est hypostasis, siue vrinarum subsidentia, eruis, aut orobis, similis. Ex ὄροβος, eruum, et ἄιδος, forma. Ge. *Mehlichter Satz im Urin*. B. *Erwachtinge of Erwien gelykende Pis*.

OROBUS, est Leguminis species, scilicet planta flore papilionaceo, (Diadelph. Decandr.) cuius species officinalis est Orobus siliquis articulatis, semine maiore *Baob*. *Eruum ervilia* germinibus vndato-plicatis, foliis impari-pinnatis *Lin.* Habet caules exiguos, repentes. Folia sunt oblonga, bina coniugata, adnata costae in mucronem abeunti. Calyx monophyllus, quinquedentatus. Flores in spicas congesti, sunt leguminosi, coloris purpurei, aut albi. Flori succedit siliqua teres, obrotunda, nigra, erecta, foeta seminibus subrotundis, angulosis, ouatis, fuscis, saporis paululum amaricantis et ingrati. Haec planta passim in Europa australi colitur. Esca columbis gratissima. Semen virtute aperitiua, diuretica et antinephritica pollet. Farina eius inter quatuor farinas resoluentes in officinis refertur.— Sunt tamen etiam aliae plantae, quae *Orobis* vocantur, ex quibus Cl. *Linnaeus* singulare genus, (Diadelph. Decandr.) constituit, inter cuius species *Orobis vernus* et *tuberosus* maxime vulgares sunt. In syluis apud nos crescunt. Ge. *Waldwicke*, *Fasanfraut*. G. *Orobe*. A. *Woodpease*.— *Orobis* nonnullis ab *Eruo* derivatur, aliis dicitur κατὰ τὸ ἐρπεισθαι ὑπὸ τῶν βοῶν, quod boues ea vescantur et faginentur. Ge. *Erwien*. G. *Ers*. A. *Bitter Vetch*. B. *Erven*, *Erwien*.

ORTHOCOLON, est articuli rectitudo. Ex ὀρθόν, rectum, et μέλον, membrum.

ORTHOPNOEA, est species Asthmatis, siue impedita respiratio, qua aegri, ne suffocentur, non nisi ceruice erecta respirare possunt, cuius causam esse potest omne id, quod aut liberum aeris in pulmones ingressum, aut sanguinis per vasa pulmonum transfusum, repente impedit. Ex ὀρθόν, recta, et πνοή, flatus, spiritus, spiratio. Ge. *Schwerer Athem*. G. *Asthme*, *Orthopnée*. B. *De Adembaaling, die alleen recht opzittende geschieden kan*.

ORTHOSTADIVS, vocatur infirmus, scilicet qui morbo quodam laborat, neque tamen adhuc lecto affixus est.

ORVALA, est Horminum sclarea.

ORVIETANVM, scilicet Electuarium, est electuarium ex quamplurimis ingredientibus alexipharmacis compositum, quod ergo olim omnibus quibuscunque venenis resistere credebatur. Huius variae passim prostant compositiones. Inuentum est cuiusdam agyrtae, aut circumforanei, ex vrbe Italiae *Oruiceto* oriundi, et inde *Orvietani* dicti, cuius nomen fuit Hieronymus Ferrantes: is enim primus ausus fuit in publico foro deglutire ignotum sibi quodlibet toxicum.

ORYZA, planta est culmifera, cerealibus similis, (Hexandr. Dign.) ferens culmos articulatos trium, vel quatuor pedum longitudine, sulcatos, minus fragiles, folia longa, arundinacea, carnosa; gluma est vniflora, bialuis, corolla bialuis, aristata, tandem semini adnascens, quod est oblongum, obtusum, compressum, vtrinque bisfriatum. Abunde in terris humidis Indiae Orientalis, nec minus in Europa australi, colitur, indeque semen triturationum ad nos adfertur. Qualitatis est farinosae, subdulcis, viribusque eximiis nutritibus gaudet, hincque vsus eius maxime cibarius est. Ge. *Reisf.* G. *Ris.* A. *Rice.* B. *Ryft.*

OS, Gr. *ὄστρον*, est substantia totius corporis animalis durissima, compactissima, siccissima, alba, ex variis fibris et membranis lamellatim sibi incumbentibus, et firmiter sibi applicatis, perreptantibus mediis vasis contexta, vt sic corporis stabilimentum, eiusque motum facilem reddat, et in munimentum quibusdam partibus se praebat. Ossium corporis humani numerus a variis variis constituitur: nonnulli a 250 ad 360 numerant. Numerus tamen incertus est, quia ossa infantum ab adultis differunt propter epiphyse, quae cum osse in vnum continuum corpus concresecunt, vt inde infantibus maior sit ossium numerus. Item quod ossa sesamoidea et dentes in ipsis adultis et senibus certo numero non determinantur. Variant ossa figura, cum quaedam rotunda, plana, acuta, obtusa, concaua, spongiosa, solida, oblonga, triangularia, etc. pro diuersitate situs et vsus sint. Gr. *ὄστρον*. Ge. *Ein Bein.* G. *Un Os.* A. *A Bone.* B. *Been.* — Os etiam est primus alimenti introitus, qui duobus clauditur labiis, vel totum illud spatium, quod inter labia et fauces interiacet, et membrana communi tegitur. Primum vocatur Os externum, alterum internum: Gr. *Στρωμ.* Ge. *Der Mund.* G. *Bouche.* A. *The Mouth.* B. *De Mond.* — Sumitur etiam anatomicis eodem sensu, quo orificium, et in primis ad aperturam vteri applicatur. Vide *Osculum vteri*, Ge. *Der Muttermund.* G. *l'Orifice de l'Uterus.*

OS DE CORDE CERVI, vocatur portio quaedam aortae e corde egredientis, quae in cervis annosis, neque minus in bobus, in substantiam fere osseam degeneravit. Huic singulares virtutes cardiacas et antiepilepticas tribuit credulitas. Ge. *Hirschtreu*. G. *Os du coeur de Cerf*.

OSATIS, vide *Isaris*.

OSCHEOCELE, idem est, quam *Hernia scrotalis*. Sed quibusdam tantum est intumescencia scroti a collectis ibidem fluidis. Vide *Hernia, Enterocele*. *Κήλη* enim Graecis est *Hernia*, et *Όρχαον* scrotum significat. Ge. *Hodensackbruch*. B. *De Zakkbreuk*.

OSCILLATORIVS MOTVS, proprie ille vocatur, qui aequitemporaneis itibus ac reditibus rotarum motum in horologio dirigit. Adplicatur vero ad medicinam, diciturque a *Borello* locum habere in sanguine, cui aer in inspiratione admittus elasticitate sua motum oscillatorium perpetuum inducit. Recentiores similem motum adscribunt partibus solidis, scilicet fibris debita elasticitate gaudentibus, quo functionibus suis, quibus inferuire debent, continuandis idoneae euadunt. Alii similem oscillatorium motum a cordis motu diuersum in vasis minimis existere volunt. Ge. *Schwappende Bewegung*, *Springen*. G. A. *Oscillation*.

OSCITATIO, est expansio omnium fere musculorum voluntariorum simul, maxime autem maxillarum, et explicatio ampla pulmonis, vnde quam plurimum aeris cum magno oris hiatu quasi spastico lente et sensim inspiratur, qui aliquamdiu retinetur, et rarefactus iterum lente et sensim expiratur. Ea febrium quoque ordinarium symptoma est, sub initio incidens. Attamen et alibi, praecipue a cruditatibus primarum viarum, euenit, et iis quoque, qui sani utrunque habentur, dum e lecto surgunt, maxime si somno non sint expleti, aut quando pleno stomacho dormitauerint. Imo adeo frequens omnibus est Oscitatio, adeoque ei assueuimus, ut merito dictum sit: *Oscitante vno, oscitat et alter*: hinc qui imbecilles, pigri, lassii, defatigati, valetudinarii, et ii maxime, qui a morbis reconualescunt, saepius de die solent, aut sponte sua, aut aliorum exemplo velut excitati, oscitare. Dicitur et *Oscedo*. Gr. *Χέου*, et *Χέουσα*. Ge. *Das Gähnen*. G. *Baillement*. A. *Gaping*, *yawning*. B. *Geeuwig*, *Gaping*.

OSCVLA, sunt extremae vasorum aperturae, denotantque tunc idem, quam *Ora*, vel *Orificia*.

OSCVLVM VTERI, est illud foramen partis inferioris uteri, per quod semen ex pene virili eiectionum intrat in uterum,

quodue partus tempore dilatatum foetum transmittit: ex eo etiam menstrua fluunt. Prominet in vaginae capacitate; atque Tinciae piscis ori, vnde et *Os tinciae* nonnullis dicitur, aut, vt *Galenus* maualt, glandi virili perfimite est. Rimam habet transversam, in vaginam patulam, quae, facta conceptione, magis contrahitur et mucro oblitur; in virginibus osculum illud exiguum, at in mulieribus, quae saepe pepererunt, maius euadit. Si nimium laxetur, vel exulceretur, cicatrice obducatur, vel humidum nimis fiat, sterilitas sequitur. Ex huius orificii sensim fiente dilatatione praecipue signa vera instantis partus desumuntur, hique dolores *aperientes* vocantur. Ge. Der Mund der Bärmutter, Muttermund. G. l'Orifice interne de la Matrice. A. The Mouth of the Womb. B. De Mond van de Moeder, de Roze, de Kroon.

OSMYNDA, est Filicis species, (Cryptogam. Filic.) epiphyllisperma, quae dicitur *Regalis*, vel *Filix florida*, *Paku-striis*, *Aquatilis*, etc. habetque caulem viridem, striatum, ramosum, se in latum extendentem. Folia sunt ampla, satis angusta, parua, disposita supra vnam costam in vnum foliolum terminatam. Summitas caulis se in multos diuidit ramos, qui singuli sustinent multos racemos fructus minimos, seu foliola minima conuoluta, habentes. Singuli racemi habent capsulas membranaceas sphaericas, quae horizontaliter in duas partes apertae fundunt semina quaedam oblonga. Radix est nigra, et longa. Crescit in locis aquosis et humidis. Plantae, vel combustae, vel coctae, vsus passim mechanicus et oeconomicus est. Sed etiam eximiis viribus aperitiuis, antihypochondriacis et anthelminticis pollet, eiusque infusum in herniis infantum summopere laudatur. Ge. Wasfersarn. G. Osmonde, ou Fougere aquatique. A. Osmond royal, Water-ferne. B. Water-varen.

OSSA, dicuntur et *Officula*, suntque duri et lapidei cortices fructuum, qui nucleos circumdant. Conf. Os. Ge. Die Steine in Früchten.

OS SEPIAE, l. *Fiscis sepiae* os candidum est, oblongum, angustum, compressum, superna superficie durum et laeue, inferiori autem fungosa quasi medulla eiusdem coloris repletum, in dorso huius piscis reperiendum. Est vero *Sepia* animal marinum ad Vermes mollusca pertinens, cui brachia sex interius adspersa cotyledonibus, praeter duo tentacula longiora, quibusdam; os inter brachia, terminale; oculi infra tentacula versus corpus, corpus vagina excipiens pectus, ecaudatum, marginatum. Id os manus circiter magnitudine, pollicis crassitie, substantiae fungosae et quasi friabilis est,

et qualitate absorbente et adstringente pollet; hinc a nonnullis in gonorrhoea et fluore albo commendatur. Frequentissimus usus in pulvere dentifricio est. Gr. Σύνιον, quia intra vesiculam in corpore liquor ater, ac si esset putridus, reperitur, quo effuso piscis se occultat: nam σύνιον significat putrescere. Ge. Fischbein, Blackfisch, Blackttiel. G. Sèche, ou Bouffron. A. The Cuttlefish. B. Zeeschuim.

OSSICULA BERTINI, sunt ossicula parua in naribus internis retro os ethmoideum, quae sinus sphenoidales anteriorius claudunt, et cum osse sphenoido, palatino, ethmoideo, etc. concresecunt. Nomen habent a Cl. Bertin qui ea primum ut distincta ossa nomine ossium turbinatorum sphenoidalium (*Cornets sphenoidaux*) descripsit. Vix tamen operae pretium est, his ossiculis numerum ossium capitis multiplicare.

OSSIFICATIO, dicitur de partibus naturaliter mollibus, in duritiem osseam degenerantibus, qualis in vasibus senum sanguineis, aliisque partibus, saepius obseruata fuit. Sed et *Ossificatio* naturalis est, qua in foetu partes molles, seu membranae ossium primitivae, appositis sensim particula terreis, in ossa compinguntur atque durefcunt, ut in *Fontanella* distincte videtur. *Punctum ossificationis* vocatur ille locus in membrana ossea, ubi ossificatio incipit, et inde a centro ad peripheriam extenditur, quod in ossibus parietalibus infantum facile apparet. Vide *Osteogenia*.

OSSIFRAGVS LAPIS, i. q. *Osteocolla*.

OSTAGRA, est *Volsella*, seu forceps, qua ossa eximuntur, vel omnino loco mouentur. Ex ὄστρον, os, et ἄγρα, capio.

OSTEOCOLLA, est lapis albo cinereo colore, ossisque figuram aemulans, intus, cauus aut srobe ligni repletus, friabilis, substantiae arenaceo-calcariae. Est proprie petrificatum vegetabile radices arborum, vel plantarum *Wall. Tophus osteocolla* calcarius, subcylindricus, perforatus. Inuenitur copiose passim in Germaniae locis arenosis, ubi a superficie lat profunde, multis ramis descendit. Temere olim creditum est, posse hoc remedio febres intermittentes, aut leucorrhoeam, tolli, vel etiam ossa cito conglutinari, et callo abduci, si intus sumatur, et emplastris admisceatur. Ge. Beinbruch, Beinwell. G. *Osteocolle, Pierre des rompus*. A. *The Bone-binder*. B. *Walsteen, Beenlym*.

OSTEOCOPVS, vel OSTOCOPVS, est dolor constans et notabilis ossium, seu illa doloris, vel lassitudinis, species, in qua partes corporis profundae tali molestia afficiuntur, quae aegris videtur in ipsis ossibus, vel circa illa, haerere; sed tales sensationes proprie sunt dolores periosteï, aut neruorum

ossa subeuntium; ossa enim quatenus ossa, non sentiunt. Talis vero sensus inter symptomata luis venereae et scorbuti recensetur! Ex *ὄστω*, os, et *ἄλγος*, labor. Ge. Schmerz in den Knochen. G. Douleur des Os. A. Pains in the Bones. B. Pyn der Beenen.

OSTEOGENIA, est illa pars anatomiae, quae generationem ossium in foetu humano exponit. Ge. Erzeugung der Knochen. G. Formation des Os.

OSTEOGENICA, vel *Callum generantia*, medicamenta dicuntur, quae in ossibus impedimentum tollunt, quod obstat, quo minus ossa succo affluente debito modo conglutinentur et consolidentur, ne humor in iis concresecat. Ge. Weinmachende Arzeneien. B. Beenmaakende Middelen.

OSTEOLOGIA, est de ossibus enarratio, seu descriptio: haec duplex, theoretica, quae conformationem et usum ossium inuestigat; et practica, quae skeleton componere docet. Ex *ὄστω*, os, et *λόγος*, narro. Ge. Beschreibung der Knochen, Knochenlehre. G. Osteologie. B. Beschryving der Beenderen.

OSTEON, vide Os.

OSTEOSARCOSIS, RACHIALGIA OSTEOSARCOSIS, *Emollitio ossium*, est morbus, cuius praecipua symptomata sunt dolores totius corporis, praecipue vertebrarum lumbarium, cum successiva ossium omnium dissolutione, flexilitate, et corporis decurtatione, oriens ab acrimonia peculiari, maxime rachitica, quae gluten destruit, quod partes terreas, duritiem ossium efficientes, figit, seu nutritionem ossium laedit. Ge. Weichwerden der Knochen. G. Carnification des Os.

OSTRACODERMATA, vocantur illa animalia, quae testam pro cute habent, unde etiam vocantur *Testacea*, ex quibus medicamenta, *Absorbentia* dicta, desumuntur.

OSTREVM, OSTREA, est testa animalis marini ad Vermes testacea pertinentis; animal est Tethys, testa est bivalvis, inaequivalvis, subaurita; cardo edentulus fossula caua, ouata, striisque lateralibus transuersis; vulua anusque nullus. Species edulis, quamue plerique in deliciis habent, est *Ostreum vulgare Gualt.* *Ostrea semiorbiculata* membranis imbricatis vndulatis, valuula altera plana integerrima. Habitat in Oceano Europae. Testarum pulvis vi absorbente et, additis acidis, vi diuretica pollet. Testae exustae calcem largiuntur, aquam superfusam longe praestantioribus viribus lithontripticis, quam calx mineralis, imbuentem. Ge. Muschel. G. Huitre. A. Oyster. B. Oester.

OSTRVTIVM, vide *Astranzia imperatoria*.

OSYRIS, est *Linaria*, et quidem *Linaria vulgaris lutea*, flore maiore *Baub.* *Antirrhinum linaria*, foliis lanceolato-linearibus confertis, caule erecto, spicis terminalibus sessilibus, floribus imbricatis *Lin.* Sed illud nomen etiam aliis herbis a quibusdam datum est, vt *Chenopodio*, *Chrylocomae*, etc.— Ill. *Linnaeo Osyris* est plantae genus frutescens, flores et fructus in diuerfis speciebus ferens, (*Dioec. Triandr.*) flore apetalo, bacca globosa, vniloculari, umbilicata, semine osseo globoso, pericarpium replente. *Casia Tournesf.*

OTALGIA, est aurium dolor, qui in omni quidem auris parte deprehenditur, maxime vero de eo dicitur, qui in partibus internis est. Is saepe est grauissimus et lacerans, atque adeo nonnunquam, vt non modo somnum omnem impediatur, sed delirium inducat. Iam vt hic dolor non sit sine inflammatione, quae aliquando exterius conspicua est, ita frequenter in abscessum transit, pure ex auribus fluente. Aliquando iste dolor per vices affligit, et coniunctam habet odontalgiam, imo tinnitum et surditatem. Oritur etiam quandoque a catarrhis, vel illapsis insectis, aut intrusis peregrinis corporibus, cerumine indurato, etc. Auditus plerumque vel iusto acutior est, vel suppressus. Ab ὤ, auris. et ἄλγος, doleo. Ge. *Dhrensmerz.* G. *Oralgie, douleur d'Oreille.* A. *Pain in the Ear.* B. *Oorpyin.*

OTALGICA, dicuntur medicamenta varia causis *Oralgiae* accommodata, quibus haec tollitur. Ge. *Mittel gegen das Dhrenweh.* G. *Remedes Otalgiques.*

OTENCHYTA, seu *Clyster auricularius Celsi*, αὐλὴ *Aegin.* est siphunculus, quo medicamenta auribus immittuntur. Ab ὤ, auris, et ἔγχυσις, infundo. Ge. *Eine Dhrspritze.* G. *Siringue d'Oreille.* A. *An Auricular Clyster.* B. *Een Oorspuyr.*

OTICA, sunt medicamenta, quibus auditus laesus restituitur; suntque vel interna, quae plerumque etiam sunt cephalica, quoniam in morbis aurium aequae ad caput, quam ad aures ipsas, respici debet; vel externa, quae auri ipsi immittuntur, vel specie fumi ad eam diriguntur, vel prope eam illinuntur. Ab ὤ, auris. Ge. *Mittel gegen das schwere Gehör.* G. *Remedes Otiques.* B. *Genees-middelen voor de Ooren.*

OTORRHOEA, est purulentus aurium fluxus, frequenter *Oralgiam* sequens. Ab ὤ, auris, et ῥοή, fluere. Ge. *Dhrensfluß.* G. *Otorrhée, Flux des Oreilles.*

OVA, sunt capsulae, seu thecae, omnium animalium et vegetabilium prima rudimenta includentes; in iis enim continetur hominis, brutorum, vt et vegetabilium, primum

stigma, accedente causa excitante magis et magis evolutum et solidescens in corpus eiusdem speciei abit : vel in foeminis sunt sphaerulae, quae deprehenduntur in superficie ovariorum sub membrana cingente, inferne per calycem crassiusculum concretae ipsi substantiae ovarii, pellucidae, humore lymphatico, ad ignem concrefcente, repletæ, binisque membranulis concentricis, sibique inuicem arctissime nexis, hinc difficillime separabilibus, constantes, Chorion scilicet et Amnion. Bullulae vero hae calyce suo adhaerent finibus minutissimis vasorum ad ovaria euntium, post usum veneris fere tantum apparent, sensim tumescunt, pedetentim magis pellucent, crassescunt in membranulis suis, membranam ovarii eleuant, extendunt, in formam papillae sic dilatant, ut emineant, a pedunculo suo pendeant, inde separentur, cicatricem cavam, *Corpus luteum* continentem, relinquunt in substantia et membrana effracta ovarii, sensim iterum coalescentem. Hinc nullum est dubium, in his ovis conceptum fieri, eaque esse habitacula eius primordii, quod in animal adolefcit, etc. *Ge. Ein Ey. G. Un Oeuf. A. Egg. B. Een Ei.* — — Ova auium, imprimis domesticorum, in nutrimentum nobis cedunt. *Ouorum testae* ex ovis gallinarum ut absorbens medicamentum exhibentur, calcinatae vero, ut omnes calcareae terrae, lithonthropicam vim habent. — *Ouorum oleum* ex vitello ouorum cocto pressione elicitur, et externe in cutis, papillarum, etc. fissuris adhibetur. *Ge. Eyeröhl.*

OVARIUM, *Testis muliebris* dictus, situm habet in intima cavitate abdominis in pelvi: utero ad distantiam binorum circiter pollicum vtrinque lateraliter annectuntur, per ligamenta, lata valida duo Ovaria, quae et ope membranarum aliarum a peritoneo ortarum obuoluta firmantur, et per alas vespertilionum cum tubis Fallopii vniuntur; in non gravidis eandem occupant altitudinem cum fundo uteri, in gravidis paulo depressiora sunt. Haec corpora sunt scabra, fere ovata; in superiori tamen parte magis plana, quam gibbosa, apparent, in horum superficie, sub membrana cingente, reperiuntur sphaerulae, siue bullulae, *Ova* dictae. Ovariorum varia magnitudo est pro aetatis et temperamenti ratione: etenim in libidinosi et aetatis flore constituti laeviora et molliora sunt, in vetulis vero exsucca, parva, quasi corrugata, nunquam tamen evanescent, in infantibus adhuc minor, quam in decrepiti. Substantia eorum membranosa est, fibrosa, plurimisque intertexta vasis, spermaticis scilicet et hypogastricis. Hinc etiam sat frequenter hydatides his in partibus, vixque sanabiles tumores oriuntur, quae hydrops
ouarii

ouarj dicuntur. Germ. Eyerstock. Gall. Ovaire. Belg. Eierstock.

OVATVM, OVALE, botanicis dicitur *folium*, vel *spica*, cuius diameter longitudinalis superat transuersalem, basi segmento circuli circumscripta, apice angustiore, vel vtraque extremitate rotundata, aequali.

OVIDUCTVS, i. q. *Tuba Fallopiana*.

OVIPARVM, est Epitheton animalis, quod ad propagandam suam speciem oua excludit, e quibus incubatis foetus euoluitur. Distinguitur a *Viuiparo*, quod foetus viuos in lucem edit, qui scilicet iam in vtero euoluuntur.

OVIS, est animal quadrupes ad Mammalia pecora perti-
nens, quibus scilicet dentes primores superiores nulli, infe-
riores sex, aut octo, a molaribus remotissimi; pedes vngu-
lati, mammae inguinales: oui sunt cornua concaua, retror-
sam versa, intorta, rugosa; dentes primores inferiores octo;
laniarj nulli. Est *Ouis aries L.* cornibus compressis lunatis: ha-
bitat in siccis apricis calidis: cum Ariete veruece agnoque
edit inprimis Festucam ouinam, in aruis Bursam pastoris;
laeditur a Pruno spinosa, Equiseto, Flammula, Antherico,
Kalmia, Myosotide aquatica, Anemone nemorosa. Parum
bibit; ab aqua stagnante vermes duodeni et hepatis contrahit;
scil. *Fasciolam hepaticam*; praecaueretur muria; mutat aerate den-
tes; fert lanam; laetificat pascua; timida pellit hostem calci-
tratione, vrina: mas vnus sufficit viginti foeminis, grauidis 150
diebus. Infestatur hippobosca, pediculo, oestro, acaro. Laborat
vertigine, hydrope, phtisi, ictero, hepatitide. *Liun.* Stercus
rusticis contra icterum et ambuga in vsu est. Conf. *Oesfpus*.
Ge. Das Schaaf. G. *Brevis*. A. *Sheep*. B. *Schaap*.

OVVM, est species doloris capitis, qui sentitur magnitu-
dine oui: et sic a figura, quam ouum occupat, denomina-
tionem accepisse videtur. Ge. Hauptweh so groß wie ein Ep.
B. *Hoofd-pyn in de Grootte van een Ei*.

OVVM PHILOSOPHICVM, seu CHYMICVM, est vitrum
inferius rotundum, quod in superficie fistulam ex eadem
materia oblongam habet: hisceque vruntur ad circulandos
er exaltandos liquores: dicitur et *Vas Hermeticum*. Ge.
Philosophisch Ep. G. *Oeuf Philosophique*. A. *A Philosophi-
cal Egg*. B. *Een Philosophisch Ei*. — *Ouum philosophicum*
etiam dicitur *Minera maris solaris*, vel Terra martialis, quae
in Hassia sub forma oui passim in argilla reperitur; coloris est
nigricantis, interspersis punctis pyritaceis micantibus, saporis
virsiolici, qualitatis adstringentis. Hinc tum in substantia,
tum sub forma tincturae, vt eximium remedium stomachicum,

anthelminthicum et antihypochondriacum commendatur.
Ge. Kieffvugeln.

OxALIS, est *Acerosa*. Ex ὄξυ, acidum.

OxALME, est mixtio Aceti et Salis veteribus usitata. Ab ὄξυς, acetum, et ἅλας, sal.

OxELAEVM, est mixtio aceti cum oleo. Ab ὄξυς, acetum, et ἔλαιον, oleum.

OxyACANTHA, est Berberis; sic dicitur ab acidis baccis, et spinis; ergo ab ὄξυ, acidum, et ἄκανθα. Vide *Berberis*.

OxyACANTHA, est *Spina acuta*, siue *Vularis*, aut *Sepiularis*, vel *Crataegus Linn.* (Icosandr. Digyn.) foliis obtusis subtrifidis ferratis; Mespilus Apii folio sylvestris *Baub.* Crescit in Europae pratis apricis. Fructus austerus subadstringens est; hinc in debilitate intestinorum atque diarrhoea cum fructu adhibetur. Nomen a ὄξυς enim est acutum, et ἄκανθα, spina. Ge. Hagenborn, Beißdorn, Mehlsätschen. G. Aubespine. A. Hawthorn, Whize-born. B. Haag-doorn.

OxyCEDRVS, siue acuta Cedrus, quod Cedri folia in acutam desinant aciem, est species *Iuniperi*, (Dioc. Monadelph.) et quidem *Iuniperus Oxycedrus Linn.* foliis ternatis patentibus mucronatis, bacca brevioribus, baccis Auellanae magnitudine. Crescit in Europa australi. Gummi ex hac arbore extillans vera *Sandaraca* est. Ex ὄξυ, acutum, et Cedrus.

OxyCOCCVS, est planta ab aliis ad *Vaccinium*, (*Vaccinium Oxycoccus Linn.*) relata, calyce minimo, quadrifido, corolla monopetala, quadrifida, reuoluta, bacca globosa, umbilicata, quadriloculari. Crescit in syluis humidis et umbrosis. Baccae, qualitatis acidulae, viribus roborantibus et abstergentibus gaudent. Ge. Moosbeeren. G. Canneberge, Couffinet des Marais. A. Cranberries, Mossberries, Moorberries.

OxyCRATVM, est aceti cum aqua mistio, *Pusca*, vel *Posca*, dictum. Ab ὄξυς, acetum, et κρατῆρ, misceo. Ge. Frank aus Wasser und Esig, Oxycrat. G. Oxycrat, l'Eau melle avec du vinaigre. A. Vinegar mixt with Water. B. Wasser en Edik, Azynwater.

OxyCROCEVM, est emplatri cuiusdam nomen, quod ex croco et aceto mixtum, pice aliisque rebus componitur. Ex ὄξυς, acetum, et κρόκος, crocus. Ge. Cassanpflaster. G. A. Oxycroce. B. Saffraan-pleister.

OxyDERGICA, sunt medicamenta visum acuentia. Ex ὄξυ, acutum, et δερμα, video.

OxyGALA, est lac acidum. Ex ὄξυ, et γάλα, lac.

OXYLAPATHVM, est Lapathum acutum. Ex ὄξύ, acutum, et Lapathum. Vide *Lapathum*. Ge. *Episiger Sauerkampfer*, *Mengelswurz*, *Grindwurz*, *Zitterwurz*. G. *Parville*. A. *Dock*. B. *Parich*, *Peerdig*.

OXYMEL, est compositio in forma syrupi, ex aceto et melle: est vel simplex, vel cum aceto scillitico factum, quod *Scilliticum* dicitur. Eximiis viribus refrigerantibus, resolventibus et abstergentibus utrumque pollet; frequentissimo hinc in usu est. Ab ἔξο, aceturum, et μέλι, mel. Ge. *Sauerhonig*. G. A. *Oxymel*. B. *Honing Azyn*. Vide *Apomeli*.

OXYNOSEMA, i. q. *Morbus Acutus*.

OXYREGMIA, est acidus e ventriculo ructus: Ab ὄξύ, acidum, et ῥέγω, ructo. Ge. *Saures Aufstossen*.

OXYRHODINVM, est acetum rosaceum. Ab ἔξο, acetum; et ῥόδον, rosa. Ge. *Rosenschig*. G. A. *Vinaigre rosar*, *Oxyrhodine*. B. *Rosen-azyn of edik*.

OXYs, *Oxalis Linn.* (Decandr. Pentagyn.) est planta, quae habet caules longos, flexiles, teneros, rotundos, purpureos, aut rubicundos. Folia sunt terna, cordiformia, eidem pedunculo adnascencia, mollia, succulenta, saporis acidiusculi et grati. Flores sunt campaniformes, monopetali. Post florem sequitur fructus membranaceus, quinquelocularis, oblongus, foetus seminibus rubicundis, calyptra elastica involutis, eiusque vi cum impetu dissilientibus. Radix est crassa, squamosa, fibrosa, alba, aut rubicunda, fibris longis et albis. Haec planta habet odorem gratum, sed non penetrantem, saporem acidum, vimque refrigerantem. Prostat in officinis conferua et sal essentielle. Dicitur quoque *Trifolium acetosum*, *Alleluia*, et *Panis cuculi*, vel quod Cuculus avis ea vescatur, vel quia, ea erumpente, Cuculus vocem suam edere incipiat. *Oxy* vero vocatur ab acido sapore. Vide *Acetosella*, *Oxytriphylum*. Ge. *Sauertlee*. B. *Koekkoeks-brood*, *Zuure Klaver*.

OXYsACCHARVM, est compositio ex aceto et saccharo. Nonnunquam in aceto prius infunditur vitrum antimonii, vel scilla, et tunc dicitur *Vomitorium*, *Scilliticum*. Ex ἔξο, acetum, et σάκχαρον, saccharum. Ge. *Siggucker*. G. *Oxyfaccharon*, *Vinaigre sucré*. A. *Oxyfaccharum*. B. *Azynige Suiker*.

OXYTARTARVS, ita *Terra foliata tartari* vocatur, quae ex aceto et sal calcalino paratur.

OXYTRIPHILLVM, est *Trifolium acetosum*. Ex ὄξύ, acidum, et τριφύλλον, trifolium. Vide *Oxy*. Ge. *Sauertlee*, *Buchtee*, *Buchampfer*, *Ruckuckstlee*. G. *Alleluia*, *Pain a Coucou*. A. *Wood-sour*, *Wood-sorrel*. B. *Klaver-zuurig*, *Koekkoeks-brood*, *Koekkoeks-look*, *Zuure Klaver*.

OZAENA, est ulceratio interioris nasi, tetrum odorem spirans, ossicula nasi et tunicam palati serpendo erodens, vixque sanabilis, oriunda ex lue venerea, scorbuto, polyppo exulcerato, vel catarrhis acribus. Ab ὄζω, olfacio. Ge. Ein stinkend Nasengeschwür. G. Ozène, Punais, Poupe. A. *Sinking Ulcer of the Nose*. B. *Een stinkende Neus-zweer*.

P.

P simplex medicis *Pugillum* significat, imo et aliquando *Pondo*, vel π, aut II, vel π simplex. Adhibetur plerumque in determinanda florum mensura, et aequat drachmam unam.

P. AE. vel Part. AEQ. denotat *Partes Aequales*.

P. N. idem est quod *Praeter Naturam*.

PAR. significat *Paria*, Ex. g. Rec. No. par.

PART. AEQ. vide *Supra*.

PABVLM, proprie pecoris nutrimentum, latiori sensu saepe idem denotat, quam *Alimentum*. — *Pabulum ignis* hinc est omne id, quo ignis alitur.

PACHEABLEPHAROSIS, PACHEABLEPHARA, PACHYTES, est incrassatio palpebrae a tuberculis, verrucis et excrescentiis, grandinibus, hordeolis, vel atheromatis limbo palpebrae adnatis. Σαυ. A παχύω, incrasso.

PACHYNTICA, sunt medicamenta incrassantia, e particulis facile cohaerentibus constantia, quae dum succis tenuioribus permiscuntur, partes eorum coniungendo, et inter sese connectendo, crassiorem et stabiliorem consistentiam ipsis tribuunt, ut farinacea, glutinosa, etc. A παχύω, incrasso. Ge. *Verdickende Arzeneien*. G. *Remèdes incrassans*. B. *Verdikkende Middelen*.

PADVS, vide *Laurocerasus*.

PAEDARTHROACE, cariem ossis significat; est scorbuti, saepe etiam rachitidis, symptoma. Ex παις, puer, ἄρθρον, membrum, et πᾶν, malum: nam pueri hoc malo plerumque afficiuntur, verum et adultis quoque accidit; confunditur cum *Spina ventosa*. Nihil aliud est, quam caries ossium, maxime circa puerorum rachiticorum articulos, cum dolore obscuro et apparente tandem articuli tumore coniuncta, orta a materia acri, dissolvente et corrosiva: ab ossium medulla incipiens, ulterius serpendo ulcera sinuosa et maligni moris fistulasque in vicinia producit. Vide *Caries* et *Teredo*. Ge. *Weinfress, Weinfresser*. G. *Gangrene de l'Os*. B. *Been-vreser*.

PAEDOTROPHA, est pars Hygieinae, spectans ad puerorum regimen. Ex παις, puer, et τροπος, ratio, modus, vel a τροφή, nutritio. Ge. Medicinische Erziehung der Kinder. B. Opvoeding der Kinderen.

PAEONIA, est planta flore rosaceo, (Polyandr. Digyn.) quae habet caules rubicundos, in multos ramos diuisos, folia ampla, polita, splendentia, in parte superiori lanuginosa, caulibus rubicundis adhaerentia. Calyx est persistens, pentaphyllus. Flores sunt rosacei, pentapetali, aut polypetali, rubentes, saporis fatui, odoris nullius. Pistillum floribus ab initio in fructum multis siliquis vniuersis constantem, in inferiori parte coniunctis, in superiori a se mutuo secedentibus per maturitatem, unilocularibus, longitudinaliter introrsum dehiscens, repletis seminibus crassioribus, oblongis, rotundis, nigris, lucidis, sub cortice crassiusculo, membranaceo, includentibus pulpam albam, saporis subdulcis, odoris nullius. Radix est oblonga, crassa, tuberosa, foris fusca, intus pallida, saporis, tum recens est, subacris, cum laevi quadam amaritiae, odoris, si recens est, grauis, volatilis, Papauer quasi spirantis. In exsiccata vero sapor et odor perit. Huius plantae duae varietates prostant, Paeonia foliis oblongis Linn. Paeonia folio nigricante, splendido, quae *Mars-Baub.* et Paeonia communis, vel *Foemina Baub.* — In officinis reperitur radix, (quam superstitioso ritu effodere credula plebs iubet) eiusque foetula, florum conserua, syrupus atque tinctura et semina. Planta est qualitatis tetrae et foetidae, insignes tamen et ab omni fere tempore vires antispasmodicae, anodynae, hypnoticae, pellentes et emmenagogae ei tributae sunt. Hinc in morbis praecipue conuulsivis, eclampsia et epilepsia summopere commendabatur et, adhuc dum radix contra epilepsiam adhibetur. Num tamen planta haec graueolens, et adeo prope similitudine ad Helleboros accedens, salutaris adeo et non potius noxia sit, non immerito dubitatur. Habitat in Alpibus Heluetiae, et passim apud nos in hortis colitur. Gr. Παιωνία, et Γλυκύσιδη, quod grana Mali punici acinis similia sint: nam *Sida* Mali punici grana a Boeotis nominantur. Paeonia a Poeone inuentore dicitur, qui ea Plutonem ab Hercule, vulneratum curasse perhibetur. Latini *Herbam Cassiam* vocant. Ge. Paeonien, Sictrosfen. G. Piuoine. A. Peiony. B. Peoni.

PALAE TYRVS, est caseus vetus. Ex παλαιός, vetus, et τυρός, caseus, a τυρός, siccus. Caseus enim est lac siccatum.

PALATVM, est superior oris interni pars, leuiter concaua, vnde et oris coelum appellatur, constans maxima parte

osse maxillari superiore, et dein duobus ossiculis proprie palati dictis, quae omnia obuoluuntur membrana crassa, glandulosa, rugas versus posteriora determinatas habente, et ad finem ante aperturam pharyngis instar veli deorsum pendente. Hinc quoque in *Palatum osseum* et *Palatum molle*, seu *Velum palatinum* diuiditur. Item vocatur *Περσών*, *Ούρανός*, *Ούρανίσιος Galeno*. Ge. *Der Rachen*, *Saumen*. G. *Le Palais*. A. *The Palate*. B. *Her Verhemelte des Mond*.

PALIMPISSA, vide *Pix*.

PALINDROME, est morbus recidiuus. Ex *πάλλιν*, iterum, et *δρόμος*, cursus. Ge. *Ein Rückfall*. G. *Recidive*. B. *Eene wederkomende Ziekte*.

PALIVRVS, *Rhamnus Paliurus Linn.* aculeis geminatis, inferiori reflexo, floribus trigynis: *Rhamnus* folio subrotundo, fructu compresso *Baub.* est arbuscula ad altitudinem arboris quandoque crescens. Rami sunt longi et spinosi, sed spinæ foliis proximæ sunt minores, et minus noxiæ, quam aliae. Folia sunt parua, obrotunda, acuta, coloris viridis, obscuri, quasi rubicundi. Calyx est monophyllus, pentaphylloides. Flos flauus, monopetalus, quinquefidus, margine membranaceo cingente baccam, staminibus quinque praeditus. Ouarium in fundo calycis sit fructus cyperiformis, ossiculo foetus fere globosæ, in tria loculamenta diuiso, in quibus adsunt nuclei eiusdem formæ. Crescit in terris incultis Europæ australis. In hortis nostris commode ad sepes adhibetur. Decoctum radicis et foliorum eximiis gaudet viribus subadstringentibus, diureticis et expectorantibus. Sunt, qui etiam vires nephriticas laudant. Dicitur quoque *Spina Christi*, quoniam ex eius ramis coronam contextam fuisse olim crediderunt, quæ Christo imposita est. Alia est species *Paliuri*, quam Ill. *Linnaeus* ad *Ceanothum* refert, (Pentandr. Monogyn.) calyce monophyllo, corolla pentapetala, bacca sicca, tricocca; in America septentrionali nascens. Huius radix ad drachmam vnam in sesquilibra aquæ decocta, non abiecta spuma maxime efficaci, quotidie sumta praestantissimum in gonorrhoea et lue venerea dicitur remedium. Nomen habet quasi *πάλλιν ἕρον*, vrinam moueo. A *πάλλιν κάλος*, vel dicitur quasi *πάλλιν ἕρος*, iterum vrina, id est, his mingens. Ge. *Stechdorn*, *Judendorn*, *Christdorn*. G. *Porte-chapeau*, *Argalou*. A. *Prickly bramble*, *Whize-thorn*, *Christ-thorn*.

PALLIATIO, siue CVRA PALLIATIVA, est Therapia, qua morbi incurabiles, quantum fieri potest, mitigantur, dum scilicet saltem symptomata maxime yrgentia, aut molesta,

leniuntur, intacta ipsa morbi causa, quae tolli non potest.
Ge. *Linderung*. G. *Soulagement*.

PALMA, est interior manus pars, *Vola* dicta. Ge. *Die flache Hand*. G. *La Paume de la main*. A. *The Palm*. B. *De Hand-palm*.

PALMA, in vegetabilibus dicitur maius Vitis flagellum, unde nascuntur uvae.

PALMA, Gr. *Φολίξ*, arbor Asiatica et Africana, dicitur, quod comam in cacumine habeat circumtentam, et ramos in digitorum modum protensos. Hodie hoc sub nomine intelligitur integer ordo plantarum, vel arborum, flores a fructibus separatos, vel in eadem specie, vel in diuersis, ferentes, foliaque ut plurimum, vel fiabelliformia, vel coniugata, habentes. Plurimae quidem species in regionibus calidis proveniunt; in medicina vero duae potissimum notantur: Palma dactylifera, Palma maior, *Palma Phoenix* Linn. Vide *Dactylus* et *Palma oleosa*, Palma foliorum pediculis spinosis, fructu pruniformi, luteo, oleoso *Raii*. An *Cocos nucifera*. L. — Vide *Sagou*. Ge. *Palmbaum*. G. *Palmier*. A. *Date-tree*. B. *Dadel-boom*.

PALMA CHRISTI, est *Ricinus*; sic appellatur, quod scilicet eius folia in humanae manus effigiem articulentur, ideoque etiam *Pentadactylum* vocatur. Vide *Ricinus*.

PALMA CHRISTI, MINOR, est *Satyrium* foliis linearibus *Roy*. *Satyrium nigrum* Linn. (Gynandr. Diandr.) bulbis palmatis, foliis linearibus, floribus resupinatis, nectarii labio indiviso, ovato, acuminato. Habitat in Alpibus Helveticis et Lapponicis, Arabibus *Bucheiden*. Auicennae *Digini citrini*; nomen inuenit a similitudine, quam eius radix cum humana habet manu.

PALMA DACTYLIFERA, vide *Palma*.

PALMARIA, est *Cotyledon minus*.

PALMARIS MUSCULVS, *Longus* est et *Breuis*. Prior oritur a condylo ossis humeri interno, format ventrem gracilem, qui ilico abit in tendinem longum, planum, tenuem, oblique in priora descendentem ad ligamentum carpi internum, cui et interdum accrescit, latetens expandit se per volam manus, abique in quatuor portiones aponeuroticas, ad singulos digitos procedentes, tandemque in pinguedine euanescit. Musculus hic dum agit, cutem volae leuiter contrahit et carpum in interiora flectit. Ge. *Der lange flache Handmuskel*. G. *Le Cubital grele, ou le long Palmair*. B. *De groote Palmspier*. — Posterior, siue *Breuis*, qui etiam *Curaneus*, vel *Caro quadrata*, dicitur, est expansio carnea mox

sub integumentis, exorta a ligamento carpi interno iuxta pollicem, et principio aponeurosis Palmaris longi, inde quatuor, quinque, vel et pluribus fasciculis carneis ex transverso procedit versus digitum minimum, eiusque abductorem, ibique iterum dictae aponeurosi inneditur. Quum agit, principium volae contrahit, et cutem corrugat. *G. Der kleine flache Handmüffel. G. Le Palmaine Cuzané. B. De kleine Palm-spier.*

PALMARIS, botanicis est mensura longitudine manus transversae, dicitur quoque de radicibus, petiolis, foliis.

PALMATA, botanicis dicuntur *folia* diuisa ultra dimidium in lobos subaequales; radices vero *Palmarae*, quae carnosae et lobatae sunt.

PALMITES, dicuntur, quae e stirpibus ac furculis quotannis prodeunt; sic nominatae, quod in modum humanarum palmarum virgulas quasi digitos edunt. *Palmites* etiam dicitur liquor gratus acidulus, et quasi vinosus, ex ramis Palmae minoris vulneratis in vasa subiecta copiose satis exstillans, qui in India Orientali in deliciis habetur. *Ge. Palmentwein. G. Vin de Palma.*

PALMVLA, vide *Costae*, et *Palma*.

PALMVS, a πάλω, vibro, quatio. Vide *Palpitatio*.

PALPEBRAE, Gr. Βλέφαρα, sunt integumenta bina, oculis claudentia et tegentia. Constant ex cute externa in se ipsam reflexa, et introuersa in tunicam oculi adnatam, vel coniunctiuam, abeunte, membrana cellulosa, pinguedine tamen destituta, ne nimis crassae, sicque ad motum minus aptae essent, et fibris muscularibus orbicularibus intertextis. Margines palpebrarum substantiae cartilagineae, *Tarsi*, pilique ibidem collocati *Cilia* dicuntur. Palpebrae oculum defendunt atque tegunt, et praeterea palpebra superior alternatim perpetuo a musculo eleuatore proprio eleuata, et a constrictore depressa, corneam abstergit, eiusque nitorem conseruat. *Ge. Die Augenslieder. G. Les Paupieres. A. Eyelids. B. De Oog-leden.*

PALPITATIO, seu PULSATIO CORDIS, est motus vehemens et quasi conuulsuus, non arteriarum, sed cordis. Nam licet violenter et perturbato motu contrahatur, extendaturque, in carpo minus manifeste sentitur, sed aegri ipsi id percipiunt, non sine molestia aliquando maxima. Saepe manu pectori applicata, palpitatio dignoscitur, et cum maxima est, sonitum edit, quem e longinquo audimus, aut, vti nonnulli se obseruasse asserunt, ipsae costae diffringuntur, vel, si ossa mollia sint, extrorsum cedunt. In ipso vero corde et auriculis, aut altera tantum, vel principio arteriae, saepe

maxima extensio et aneurisma inducitur. Palpitatio tamen gradus habet, neque semper adeo violenta est, vnde per periodos incidit. At motu corporis, vel animi perturbatione, aestu, vino, etc. intensior fit, quiete vero et somno lenior. Cum dyspnoea, scorbuto, cachexia, chlorosi, etc. plerumque iungitur, aut hi cum ista. Oritur a depletione ventriculorum cordis impedita, cuius causae saepe sunt cordis debilitates, vnde repetitis contractionibus defectum virium supplere annititur, aut eius obstrukciones a sanguine coagulato, ossiculis, polypo, valvulis cartilagineis, vel ossibus, arteriae initio angustato, abscessus in corde, excrescentiae cordi, vel pericardio, adnatae, etc. Ge. Das Herzklopfen. Ga. *Palpitation de Coeur, Treffaillement & Tremblement de Coeur.* A. *Panting of the Heart.* B. *Hert-klopping.*

PALPITATIO, significat etiam motum arteriarum in locis, in quibus naturaliter non sentitur, qui inter signa inflammationis, quae in suppurationem transit, recenferur. Ge. Das Klopfen der Schlagadern. G. *Palpitation des arteres.*

PAMPINI, sunt frondentium ramusculorum comae colliculique fructum fouentes et ab impendente vindicantes iniuria. Praecipue tantum de vite vinifera dicuntur. Hinc *Pampinare*, est pampinos superfluos ex vinea detrahere, posteaquam frondit.

PAMPINIFORME CORPVS, siue VARICOSVM, aut PYRAMIDALE, sunt arteriae et venae, ad testiculos euntes, et innumeris anastomosis inter se communicantes, quae communi tunica includuntur, et corpus referunt pampinis crispatis simile. Vide *Varicosum Corpus.* Ge. Die Vermischung der Saamengefäße. G. *Corps, ou Vaisseaux pampiniformes.* B. *Wyngaardsrank gelyke Lighaam.*

PANACEA, est medicamentum vniuersale, omnes morbos indifferenter curans. Plura quidem medicamenta specioso hoc nomine passim laudantur atque prostant, non tamen veram dari posse Panaceam, ex ipsa morborum, eorumque causarum, diuersitate facile cognoscitur. Ex πάν, omne, et ἀκούω, fano, medeor. Ge. Eine allgemeine Arzenei, die alles heilet. G. A. *Panacée.* B. *Een al-genees-middel.*

PANACEA ANGLICA, s. SOLVTIVA, est *Magnesia.*

PANACEA GLAUBERI, vel HOLSATICA, idem quod *Arcanum duplicatum.*

PANACEA LAPSORVM, ita *Arnica* vocatur.

PANACEA MERCVRIALIS, vide *Mercurius.*

PANACEA SOLVTIVA, vide *Panacea Anglica.*

PANARITIVM, i. q. *Paronychia.*

PANATELLA et PANATA, est pultis genus, aegrotis vtile, ex medulla panis triticei, vel secalini, cum aqua, vel iusculo tenui, in pultis formam coctum. Melioris nutritionis gratia ova interdum admiscunt. Saepè femina Melonum, vel Pineae, adduntur, vt magis sit refrigerans et nutriens. A pane nomen sumisse videtur, licet Italica sit vox. Ge. Brodbrühe, Panade. G. Panazelle, Panade. A. Panada. B. Brood-pap, Water-pap.

PANAX, vel PANACES, est planta Pastinacae latifoliae species, et quidem Panax coffinum *Baub.* Panax heracleum *Morif.* *Pastinaca opopanax Linn.* (Pentandr. Digyn.) foliis decompositis pinnatis. Vide *Opopanax*. Variæ etiam aliae plantae Panax, addita voce *Coloni*, *Asclepium*, *Chironium* dicuntur — Panax quoque est genus plantae umbelliferae, apud *Linn.* cuius species est *Panax quinquefolium*, in America habitans, cuius radix pro radice Nini Americana habetur. Vide *Genfing* et *Ninfi*. Dicitur ἐπὶ τῷ πᾶν ἀνίσθαι, hoc est, a sanandis omnibus morbis.

PANCHRESTVM, dicitur medicamentum, quod ad plurimos, aut omnes, morbos sanandos vtile creditur.

PANCHYMAGOGA, veteribus dicebantur medicamenta purgantia, quae omnes vitiatos humores, scilicet aquam, phlegma, bilem flauam et atram, e corpore exturbare credebantur. Prostat sic in officinis et frequenti adhuc in vsu est extractum Panchymagogum Crollii. Ex πᾶν, omne, χυμῶς, succus, humor, et ἄγω, duco. B. *Een algemeen buikzuiverend Middel.*

PANCOENVS, i. q. *Pandemius*.

PANCRATIVM, plantae nomen, quod dictum videtur a profligandis et vincendis morbis omnibus. Ex πᾶν, omne, et κρατῶ, vinco, fortiter teneo. Vide *Scilla*.

PANCREAS, *Pancration*, *Pancreon*, *Callicreas*, *Callicreon*, et *Lactes*, Synonyma sunt. Gr. Πάγκρεας. Est glandula conglomerata in abdomine, sub posteriori ventriculi parte transversim sita, et duodeno intestino alligata, vsque ad hepatis et lienis regiones extensa, cuius munus est, succum lymphaticum volatilem et insipidum, leniter salsum, in esurientibus, animalibus, salivae maxime analogum, insigni quantitate, per proprium ductum, qui *Ductus Pancreaticus*, s. *Virfingianus*, vocatur, et in totius glandulae medio iuxta longitudinem decurrit, ad duodenum, vltioris chyli solutionis, subtractionis, nec non bilis subiugationis et attemperationis gratia, ablegare. Glandula haec maxima est in toto corpore, in hominibus mediocris, simplex, octo, vel nouem pollices longa, duos digitos lata, vnum crassa. Ex πᾶν, omne, fo-

tum, et *ἄσπετος*, caro, quasi diceret totum carnosum. Vido *Callicreas*. Ge. Gefrößdrüse, die große Magendrüse, Rücklein. G. *Le Pancreas*. A. *The Pancreas, or Sweet bread*. B. *Alvesib, Buikklier-bedde, de groote Klier*.

PANDALEA, idem fere quod electuarium solidum, nisi quod *Pandaleon* integrum remanet. Etenim saccharum rite coctum pyxidi infunditur, ac solidescere finitur. Aeger vero fractam partem accipit instar eclegmatis. Hinc *Pandaleon* a rotulis, morsulisue, non nisi forma differt.

PANDALYTIVM, barbare, i. q. *Panarietium*.

PANDEMIUS, siue morbus communis, est morbus eiusdem speciei, qui in vna regione plures simul inuadit. Ex *παν*, omnis, totus, et *δημος*, populus. Ge. Eine allgemeine Krankheit, eine Seuche. G. *Maladie commune, ou pandemique*. A. *A common Disease*. B. *Eene algemeene Ziekte*.

PANDICVLATIO, Gr. *Σχοδίασμός, Σχοδίασμα*, est motus fere inuoluntarius et coactus brachiorum in altum sublato- rum sub certa figura, ac nonnihil versus lumbos contracto- rum, vnde etiam ipsi lumbi nonnihil conuelluntur, inflexo et ad latus alterutrum commoto corpore, imo etiam collo, vt facies quoque ad latus spectet, caputque versus dorsum inclinetur. Hic motus contractiuus musculorum extensorum in brachiis, trunco, cruribus, fugax, transitorius, periodi- cus, qui partim a libertate, partim a natura, pendet, eoque sine videtur institui, vt perspiratio excitetur, torpor corporis et animi discutatur, musculique ad agendum aptentur. Torpentes praecipue, at etiam febricitantes, aut hystericas, inuadit. Pandiculatio saepe cum oscitatione vna incidit, aut oscitationem excipit pandiculatio, vel haec istam, et ple- rumque mutuae vicissitudines fiunt inter oscitationem, pan- diculationem et horrorem, rigoremque sese excipientes, aut alteram cum altera complicantes. Ge. *Das Dehnen*. G. *Extension, Pandiculation, Tiraillement*. A. *Stretching*. B. *Vittrækking*.

PANDVRIFORMIA, botanicis dicuntur *folia* oblonga, la- teribus inferne coarctata.

PANICVLA, dici potest, quidquid sublonga, vel subro- tunda effigie tumet, vt quae pender a picearum ramis. La- nosam quoque comam in Milio, Panico, Arundine, et qua- lem in aruis complures herbae et in palustribus lunci gerunt, Latini *Paniculam* dixere. Proprie vero *Panicula* ea est flo- rum seminumque cerealium plantarum dispositio, qua non in spicam colliguntur, sed latius diffunduntur, dum scilicet

flores sparsi in pedunculis diuerse diuisi sunt. Sic etiam *Calinus panicularus* dicitur, ramis varie subdivisis.

PANICVM, est Milii species, cuius spica ex innumeris crassis, rotundis, albis, aut flavescentibus seminibus in spicas minores digestis conflatur. Est Milium semine luteo et albo *Baub. Panicum miliaceum Linn.* (Triandr. Digyn.) panicula laxa flaccida, foliorum vaginis pubescentibus. Olim ex India ad nos adlatum, nunc abunde in agris nostris colitur. Qualitatis est farinaceae et insipidae, vique nutriente, at simul flatulenta, pollet. Gr. Ἐλωμος, ab ἔλος, palus, quia locis paludosis gaudet, vel ab εἶλω, inuoluo, quia multum seminis inuoluit. Ge. Hembelschenel, Fuchsschwanz, Fensch, welscher Hirse. G. Panis. A. Panick. B. Panik-koorn.

PANICVS TERROR, s. PANOPHOBIA, est repentinus terror et consternatio, absque causa sufficiente externa: dicitur a Deo Pan, qui minatus terrorem immittit: Pan Pastorum nomen olim fuit.

PANIS CVCVLI, vide Oxys.

PANIS CYDONIORVM, est succus cydoniorum cum saccharo in consistentiam spissam coctus, qui in scatulas effusus asseruatur. Viribus roborantibus gaudet. Ge. Quittenbrod. G. Corignac.

PANIS PORCINVS, vide *Cyclamen*, et *Lathyrus tuberosus*.

PANNICVLVS ADIPOSVS, idem est quod *Tela cellulosa*, scilicet congeries multarum cellularum sub cute immediate positarum, membranarum tenuissimis constantium, totum corpus ubique ambientium, ubi cutis est, et alae inter musculos eorumque fasciculos descendendum, in quibus ex vasis sanguiferis huc decurrentibus deponitur oleum sanguinis, quod ibi per tempus itagnare potest, verum a maiori sanguinis motu per ductus suos in venas sanguineas iterum resorbetur et circulationem subit. Potest haec congeries cellularum in obesitate continere quamplurimum pinguedinis, in macilentis parum. Ge. Das Fetthäutlein. G. Panniciale adipeux. B. Het Vlies, daar 't vet in bewaart wordt onder de huid en tusschen de spieren.

PANNICVLVS CARNOSVS, Gr. Τὴν Σαρνώδεα, est stratum pertenuae fibrarum muscularium varia directione decurrentium, sub panniculo adiposo situm, et corpus vestiens, ut pro quarto integumento habeatur. Sed in brutis tantum reperitur, eiusque beneficio cutem mouent, et muscas abigunt. In hominibus ad certa tantum quaedam loca eiusmodi musculosae fibrae subcutaneae adsunt, imprimis in facie, fortasse, quia homo, utpote vestibus instructus, iis aliis in corporis locis non ita indigebat. Ge. Das fleischichte Häut-

lein. *G. Pannicule charneux.* A. *The Fleshy Membrane.* B. *Her Vleeschig Klies.*

PANNVS, PTERYGIUM PANNVS, oculi morbus est, quando vasa sanguinea ad angulos oculorum in tunica adnata excurrentia, propter obstructionem, siue inflammationem, sanguine turgent. Postea crescente hoc malo, tela quasi carnosâ oculum, vel ex parte, vel in rotum in superficie, obducit, adeo vt oculi a lumine maxime offendantur, et plane rubeant, ipseque visus fere aboleatur. Ge. *Stell auf dem Auge.* G. *Especie d'Ongles, Drapeau.* B. *Een Oog-lap.*

PANNVS, notat *Maculam*, vel *Nacuum*, in cute, siue ex lue gallica, siue ex alio morbo maligno, dependentem, et diutissime persistentem. Est macula grandior palmarum interdum magnitudinis, coloris subflaui, vel rubicundi, fusci, vel subnigri, in facie saepius proueniens, et sexum sequiorem deformans. Pertinet ad *Ecchymomata*. Ge. *Die Honigflecken, Sonnenbrand.* B. *Honig-vlekken, Zonnebrand.*

PANOCHIAE, sunt Bubones, vel tumores in Inguinibus; orti ab inflammatione, vel malo venereo, etc. Vide *Bubos* Ge. *Beulen.* B. *Klap-ooren.*

PANOPHOBIA, est morbus, vel potius symptoma, saepe conuulsionum, aut delirii, praenuncium, latentibus familiare, in quo somno sepulti febricitant, sudant, gemunt, aut subtilim euigilando clamant, tremebundi et perterriti. Ge. *Auffahren im Schlaf.* G. *Terreur panique.*

PANVS, PANIS, est species bubonis sub axillis, faucibus, auribus et inguinibus, in partibus scilicet glandulosis. Sumitur etiam pro *Phygeslo*, et est furunculus erysipelaceus, diffusus, cutaneas glandulas oblidens, difficile suppurans, calore deurente et mordaci stipatus. Ge. *Achselfdrüsenge-schwulst.* B. *Kliergezweel onder de Oxelen.*

PAPAVER, est plantae genus flore rosaceo, (Polyandr. Monogyn.) quod habet caulem ramosum. Folia sunt oblonga, ampla, dentata, crispata, albescencia, vel ex atro viridia. Calyx bifolius, valde caducus. Flos est rosaceus, quatuor plerumque petalis in orbem positis constans. Ex huius calyce bifolio surgit pistillum, quod deinde abit in fructum, seu testam ouatam, vel oblongam, capitello ornatam, sub quo in quibusdam speciebus series spiraculorum in circuitu aperitur in fructus cavitatem, variis per longitudinem foliis munitam, seu lamellis, quibus tanquam placentis adhaerent semina rotunda vt plurimum et minutissima, alba, vel nigra, et valde oleosa. Plures huius generis species partim sponte proueniunt, partim ob florum elegantiam in

hortis voluntur. In vsum medicum duae praecipue species adhibentur: Papauer hortense semine albo et nigro *Baub.* *Papauer somniferum* calycibus capsulisque glabris, foliis amplexicaulis incisis *Lin.* in Aegypto et India orientali nascens, apud nos in hortis culta, et Papauer erraticum maius *Baub.* *Papauer rhoeas* capsulis glabris globosis, caule piloso multifloro, foliis pinnatifidis incisis *Lin.* Abunde inter segetes apud nos prouenit. Qualitas et vis vtriusque amariuscula est et narcotica, in omnibus plantae partibus residens, semine excepto, quod tantum oleo vnginoso scater, et in emulsionibus adhibitum demulcet. Reperiuntur in officinis e Papauere hortensi syrupus, oleum e seminibus expressum, et syrupus diacodium e capitibus excoctum. Succus ex hac planta exstillans et induratus Opium dicitur. **Vide Opium.** — Papaueris rhoeados flores, conserua, syrupus et tinctura prosunt. Infusum florum, additis alcalinis, non in viridem, sed purpureum colorem abit. Gr. *Μήλον* dicitur a *μη* *ουλή*, non ministrando, quod suis fungi muniis vescentes non patitur. *Papauer* dicitur nomen habere a formoso puero Papauere, in florem sui nominis verso: alii detriuant a *papo* lacteo infantum, vel quod eius semen infantum lacti admiscetur, vel quia eius folia lac fundunt. Ge. *Wohn.* G. *Pavot.* A. *Poppy.* B. *Heul, Maankop.*

PAPILIONACEVS FLOS, dicitur corolla irregularis polypetalata, petalo inferiore cymbiformi, quod *Carina* dicitur, superiori ascendente et conuexo, quod *Vexillum* est, et lateribus, seu *Alis* solitariis. Dicuntur etiam hi flores *Leguminosi*, quia praecipue legumina huiusmodi flores ferunt. Ge. *Schmetterlingsblumen.*

PAPILLA NERUEA, est parua eminentia, in quam neruulus quidam, sensui inferuiens, desinit. Constat ex tela cellulosa, neruis et vasis sanguiferis. Tales imprimis in lingua et extremitate digitorum conspiciere licet. Ge. *Nervenwärtchen.* G. *Papilles nerveuses.* B. *Zenuw-sepeltje.*

PAPILLA, est prominentia rubra, teres, oblonga, fungosa, valde sensilis, in medio mammarum consista, cuius ostia recipiunt omnes tubulos lactiferos, hic angustatos, a glandulis mammariis et sinibus atque lacunis prodeuntes. Constat ergo e tubulis hisce lactiferis XII—XVI. interstrata substantia cauernosa-spongiosa, et tenerrima cute rectis, hinc grato sugentis infantis contactu turgescit. Gr. *Θηλ.* Ge. *Brustwärtlein, Wärtlein.* G. *Le Mammelon; le bout de la Mammelle.* A. *The Nipple of a breast.* B. *Borstsepels.*

PAPILLAE INTESTINORVM, sunt protuberantiae exiguae, quibus intima intestinorum tunica referta est, ex ductibus glandularum, sinibus nervorum, et lacteorum vasorumque exhalantium et resorbentium contexta.

PAPILLARE OS, i. q. *Sphenoides*.

PAPILLARVM PROCESSVS, vel *Processus mamillares*, sunt productiones binae substantiae medullaris medullae oblongatae a corporibus striatis oriundae, teretes, oblongae, utrinque ad os cribrosum antrorsum tendentes et ad latera cristae galli sitae, quam plurima filamenta nervea emittentes, quae per foramina ossis cribrosi transeunt in narium distribuuntur, et proprie olfactui inserviunt. Vix adeo recte hi processus pro primo pari nervorum, seu olfactorio, sumuntur, cum sint verae productiones substantiae medullaris, e quibus demum numerosissima filamenta nervea in nares produciuntur. Ge. *Die Geruchnerven*. G. *Les Mamelons des Nerfs de l'Odorat*. B. *De repelwyze Uirsteckfels der Reukzenneren*.

PAPILLOSVM, botanicis est *folium* tectum punctis carnosis.

PAPPVS, tam Graecis, quam Latinis, lanugo ex floribus et fructibus decidua est. Sic etiam lanosi quidam villi, qui deflorescentibus aliquot herbis circum semen remanent, et postmodum vna cum semine in auras evanescent, pappusque ut in Senecione, Soncho, et plerisque aliis fit. Pappus ergo est corona seminis pennacea, vel pilosa volitans. Ge. *Die Flügel des Saamens*. G. *Aigrette*.

PAPVLAE, idem quod *Pustulae*. Vide *Exanthemata*. — Item species sunt morbillorum, quae etiam *Boa sudamina*, *Ferridae eruptiones*, et *Rubicundae cutis aspredines* dicuntur. Sunt in genere tubercula facta, colorata, inflammata, quae vix in suppurationem abeunt, sed aliquid humidi apice reiciunt, deiq; in squamas furfuraceas mutantur. Ge. *Zittermaal*. *Hitzblätterlein*. G. *Pustules*, *Bourgeons*, *Boutons*. A. *Pimples*, *Blisters*. B. *Rood-jong*, *Rood-bond*, *Rood-jonk*, *Rood vonk*.

PAPVLOSVM, botanicis dicitur *folium* tectum punctis vesicularibus.

PAPYRVS, est *Arundinis* species niloticae, siue *Cyperus* omnium maximus *Papyrus* dictus *Mich*. *Cyperus Papyrus Linn*. (Triandr. Monogyn.) culmo triquetro nudo, umbella simplici foliosa, pedunculis simplicissimis vaginatis, distiche spicatis. In Aegypto aliisque regionibus calidis nascitur. Huius olim liber, seu cortex membranaceus, ad scribendum adhibitus est. A *Papyro* cognomen *Papyrii*, *Παπυριος*, deductum

est, a quo Papyriana tribus, estque res et vox Aegyptiaca, quia radice utebantur pro ligno ad ignem struendum. Dicitur itaque possit a *πάρις*, et *πύρις*, quod ignis pabulum esset. Ge. *Papier*, *Aegyptisch Rohr*. G. *Papier*. A. *The Paper-Reed*. B. *Papier Rier*.

PAR, dicitur de duobus nervis, in utroque latere, sibi inuicem correspondentibus. Talia numerantur nouem, quae ex cranio, triginta vero et unum, quae ex medulla spinali exeunt.

PARABOLICA, botanicis dicuntur *folia* versus apicem sensim angustius rotundata.

PARACELSISTICA MEDICINA, i. q. *Hermetica*.

PARACENTESIS, siue *Punctio*, est perforatio thoracis, vel abdominis, per acum triquetram e cannula caua prominente. In thorace fit, quando repletus est pure vel aqua, et punctio instituitur, ad latitudinem sex digitorum transversorum a processu spinæ posteriori, in latere dextro inter tertiam et quartam costam inferiorem, in latere sinistro inter secundam et tertiam; in abdomine vero, cum illud hydropo ascito intumet, ad latus lineae albae abdominis, in muscularis rectis et oblique ascendentes. Aqua effluente, abdomen fasciae latae, aut manuum, ope sensim constringatur, vel comprimatur, ne, visceribus uno momento laxatis et collabentibus, sanguis nimia copia in horum vasa non resistentia ruat, et partes superiores eius affluxu orbentur. Operatione perfecta, emplastro adstringente et conglutinante vulnus obturandum. Si viscera corrupta sint, et aqua educta cadauerosum foetorem spiret, a Paracentesi leuamen exiguum, vix ullam medelam expectare oportet. Paracentesis quoque interdum urgente necessitate in hydrocephalo interno, (sed semper cum sinistro euenta) in oculo hydropo laborante, in vesica vrinaria, vel seroto in hydrocele, instituitur. Etiam Perinaeum, si emissio vrinæ et immissio catheteris fieri non possit, acu triquetra, aut reusius scalpello, perforatur, quae operatio *Paracentesis*, vel *Punctura perinaei* dicitur. A *παράκεντρο*, compungo. G. *Bauchstich*, *Bruststich*, *Paracentese*. G. *Paracentèse*, *Ouverture du Ventre*. A. *Perforation of the Belly*. B. *Buik-opening*, *Buik-steeking*.

PARACENTICA ACVS, est acus triquetra, quae e cannula caua prominet, et quae in paracentesi ad aquarum eductionem adhibetur. G. *Dreieckichte Nadel*. G. *Troiscarr*, *Trois-quart*, *Trocar*.

PARACHETEVESIS, i. q. *Deriuatio*.

PARACMASTICA, est *Febris* continua decrescens. Item *aetas* declinans. A *παράμαστις*, decreasco. Ge. *Ein abnehmendes*

mendes Fieber, oder das abnehmende Alter. B. Een afgaande Koorts, of afgaande Ouderdom.

PARACME, vide in *Acme*.

PARACOPE, est leue delirium in aestu febrili. Ge. Irre-
reden. G. *Radozer*.

PARACVSIS, SYRIGMVS CEPHALICVS *Sauuag*. OBAV-
DITIO, est sonitus aurium, qui in grauitate, aut dolore interno
capitis, cum obscuritate auditus et graui susurro accidit, quan-
doque accedente vertigine, vnde merus debilis cophoseos,
epilepsiae, aut apoplexiae, aut crisis per parotides, haemor-
rhagiam: grauis est congestio, fluxiove in cerebri vasis, si
grauis sit morbus: leuior et fugax, vt in vomitione, insola-
tione. *Sauu*. Ge. *Sausen der Ohren*. G. *Bruiffemenz*. —
Aliis vt *Sauu*. *Paracusis* est i. q. *Auditus confusio*.

PARACYNANCHE, est inflammatio cum febre continua
et respiratione difficili, in musculis laryngis exterioribus
excitata. Ex *παρά*, de, *κύων*, canis, et *ἀρχή*, ang. Vide *Angina*.

PARACYSMA, i. q. *Auditus confusio*.

PARADISI GRANA, vide *Cardamomum*.

PARAGLOSSE, GLOSSOCELE, est linguae motu de-
glutitorio in fauces reuolutae, vel ore extrusae, exundan-
tis, exsertae estopia, imminuta, vel aucta, ipsius magnitudi-
ne. Accedunt symptomata alia, in speciebus variis varia.
Sauu. G. *Avalemens*, *Cbâte*, *Renversemens*, *Sorrie de la Langue*.

PARAGVAY, PERAGVA HERBA: hoc sub nomine folia
denotantur arboris in Aethiopia et America meridionali ha-
bitantis, quae est *Cassine Peragua Linn*. calyce quinqueparti-
to minimo; corolla monopetala, quinquepartita, patente;
bacca subrotunda, triloculari, umbilicata, seminibus solitariis
subouatis, foliis oblongis ferratis; Phillyrea capensis, folio
Celastris *Dill*. Infusum aquosum foliorum contritorum ama-
ricans est, eique magnas vires cardiacas et alexipharmacas
tribuunt incolae, hinc frequentissimi vsus est. Largiori vsu
inebriare dicitur. Ge. *Jesuitterthee*. G. *Thé du Paraguai*.
— Aliis vt *Linn*. in *Amoenitat. Acad. Vol. VII. p. 244*. Pri-
nos glaber planta esse videtur. Minus recte a quibusdam
hoc sub nomine *Botrys ambrosioides*, vel *Viburnum cassinoides*,
intelligitur, licet harum plantarum folia etiam Theae loco
in America vsurpentur.

PARALAMPSIS, est Leucoma albugo resplendens, Lati-
nis *Margarita*. Vide *Leucoma*. G. *Perle*.

PARALYSIS, siue RESOLVTIO, est mouendi impotentia,
magis, vel minus constans, in his, aut illis musculis, qui ar-
bitrio nostro sunt subiecti. Nullus adest dolor, vel sensus

in parte, aliquando hic tamen est leuis cum stupore, vel specie punctionis. Semper sunt membra flaccida, (in quo differt a Catalepsi, in qua aegri se etiam non mouent, sed cum rigiditate partium superabili), saepe etiam macilentia, et ad tactum frigidiora; subinde sanguis quoque ablatu est, aut vermes quasi repentes in partibus percipiuntur. Oritur hic morbus ab omni causa, quae impedit influxum fluidi neruei in neruos partibus affectis dicatos, vel quae prohibet introitum sanguinis arteriosi in musculos partes eas mouentes. Aliis morbis nonnunquam succedit, inprimis Apoplexiae et dolori colico, quae proprie *Paresis* dicitur. Si in utroque latere fit in omnibus partibus infra caput, visceribus vitalibus exceptis, *Paraplegia* dicitur: si in vno, *Hemiplegia*. Si in hoc, aut illo membro, proprie *Paralysis* appellari solet. A παραλῶν, resoluo. Ge. Lähmung. G. Paralyse. A. The Palsy. B. Lammigheid.

PARALYSIS HERBA, seu PARALYTICA, dicitur vulgo *Primula veris*, et *Betonica alba*, quod vti olim credebant paralyticis morbis medeatur.

PARAMESVUS, est digitus medio proximus, minimoque vicinus, qui *Medicus* et *Annularis* dicitur. Ex παρα, et μέσος, medium. Vide *Digitum*.

PARAPHIMOSIS, et PERIPHIMOSIS, PHIMOSIS CIRCUMLIGATA, est penis vitium, in quo glans a retracto praeputio tegi non potest. Contingit hoc malum illis, qui nimis angustum a natura praeputium habent, quod si retractum fuerit, et penis dein rigescat, eiusque glans intumescat, iterum reduci nequit. Est etiam inter symptomata Luis venereae, licet rariora, dum praeputium a materia virulenta penem inficiente et rodente inflammatione affligitur. Ex παρα, de, et φημίω, obliquo. Ge. Spanischer Kragen. G. Le Paraphimosis.

PARAPHONIA, est vitium vocis, seu insuauitas, scilicet impotentia vocem suauem edendi, tum in cantu, tum in loquela, ita vt vox sono suo aures laedat, aut defatiget. Ge. Unangenehme Stimme. G. Vice de la Voix.

PARAPHRENITIS, PARAPHRENESIS, est delirium cum febre continua ex inflammatione diaphragmatis, vel membranarum illud cingentium, aut partium vicinarum, tum in thorace, tum in abdomine oriunda, cum sensu cinguli praecordia stringentis, oppressione graui pectoris et dolore intolerabili pectoris ob membranas neruofas, qui immaniter increfcit in respiratione, tussi, sternutatione, vnde aegri incidunt in spasnum cynicum, quo genarum musculi correpti

efficiunt risum sardonium, et breui conuulsionibus et furore pereunt; hinc est morbus peripneumoniae et pleuritidi affinis, illa tamen maior; vel est proprie morbus inflammatorius pectoris cum delirio aut symptomatice, aut ex metastasi ad caput orto. Ex *παρα*, ex, et *φρενιτις*, phrenitis. Germ. *Entzündung des Zwergfells*. G. *Paraphrenesie*. B. *Bastaard razende Koorz*.

PARAPHROSYNE, siue DELIRIVM, est leuis quaedam imaginationis et iudicii alienatio, orta ab inflammatione aliquam partem corporis occupante cum febre continua, a quibus in consensum trahitur cerebrum. Aliis dicitur insaniam acuta, periodica, fugax, cum, vel sine febre, unde a mania, melancholia, aliisque morbis constantibus, nec non a phrenitide, paraphrenesi, synocho et typho, quorum saepe comes est, vt pars a toto discrepat. Oriri potest ab ebrietate, venenis, narcoticis, febre, etc. Ex *παραφροσυνη*, mente sum alienus. Ge. *Bewirrung des Verstandes*. G. *Aliénation de l'esprit*. Vide *Delirium*.

PARAPLEGIA, PARAPLEXIA, est summa debilitas sensus et motus, vel alterutrius, in dimidio corporis transuersim sumti, vulgo extremorum inferiorum, cum enuresi continua, anaphrodisia, etc. Causa est immeabilitas fluidi neruei per imam spinalem medullam circa imum dorsum, vel lumbos, compressam, aut quouis modo laesam; inde fit, vt homo lecto semper affixus maneat, unde, quantum differat ab hemiplegia, facile apparet; si tamen imperfecta sit paraplegia, aeger pedibus paulisper insistit et claudicando progreditur, nec urinam inuoluntario emittit. Ex *παρα*, de, iuxta, et *πληγω*, percussio. Ge. *Edämung des Leibes*. G. *Paralysie de tout le Corps*. A. *Universal Palsy*. B. *Lamheid des ganschen Ligbaams*.

PARAPLEXIA, i. q. *Paraplegia*.

PARARHYTHMVS, est pulsus alterius indolis, quam aetas fert. Ex *παρα*, praeter, et *ρυθμος*, modulus. Ge. *Ein Puls, der nicht mit dem Alter, oder der Krankheit, übereinkommt*. B. *Een Puls, die tegen de gemeene Regel slaat*.

PARARTHRYMA, i. q. *Subluxatio*.

PARASTATAE, idem quod *Epididymis*. Ex *παραστης*, iuxta sit.

PARASTREMA, est distortio oris conuulsua, vt in spasmo cynico, aut risu sardonio, fit. Ge. *Verdrehung des Mundes*.

PARASYNANCHE, est inflammatio musculorum ipsius pharyngis, seu faucium, cum febre saepe continua, exiguae respirationis, sed maiori deglutionis impedimento. Ex *παρα*, praeter, *συν*, cum, et *ἀγγον*, strangulo. Gr. *Τάσση*.

seu *Angina porcina Aureliano*, quod suisbus familiare sit majum. Ge. Entzündung des Schlundes. B. Keelontsteeking.

PARATRIMA, est Excoriatio, Intertrigo. Vide *Erythema*.

PARDALIANCHES ACONITIVM, sic vocatur, quod pantheras necet et pardos. Α *πάρδος*, pardus; et *ἀγρῶν*, stragulo. Vide *Aconitum*.

PAREGORICA, sunt medicamenta mitigantia dolorem, tollendo effectum acrimoniae laedentis. Quae defumuntur ex emollientibus, obtundentibus, leuemque somnum producentibus. Α *παρηγογίον*, lenio, mitigo Ge. Besänftigende Mittel. G. *Paregoriques, Remedes qui calment les douleurs.* B. *Verzagende of pynstillende Middelen.*

PARAIREIRA BRAVA, est radix plantae Brasiliensis, pollicem crassa, multis nodulis ornata, extrinsecus nigrescens, interius ex fusco lutea, saporis ad Liquiritiam accedentis, sed simul subamari. Planta copiose in America meridionali proveniens est Clematis baccifera, glabra et villosa, rotundo et umbilicato folio Plum. *Cissampelos pareira Linn.* (Dioec. Monadelph.) foliis peltatis, cordatis, emarginatis. Ab incolis pro eximio remedio habetur. Gaudet viribus resolventibus atque diureticis. Datur vel in substantia ad scrupulum vnum, vel in decocto ad drachmas plures, et pro specifico in colica nephritica, dysuria, hydrope et gonorrhoea habetur. *Pareira brava* idiomate Lusitanico idem est, ac *Vitis sylvestris*. *Buzua* enim, *Ambutua*, aut *Brutua*, teste *Lochnero*, qui hanc radicem descripsit, alia est, et ab hac distinguenda. Ge. *Amerikanische Stiefmürzel.*

PAREMPTOSIS, est casus, vel coincidentia. Α *παρεμπίπτω*, incido. Est hic terminus antiquae pathologiae, *Pythagorae* et *Erasistrati*. Hi docebant, febrem fieri, si sanguis suos fines egressus incideret in vias spirituum. Scilicet in arteriis contineri spiritum, seu aerem, credebant, in venis sanguinem, quae duo inter se reciproco aestu, maris instar, incurrant. Si igitur sanguis incidat in arterias, hoc dicebant *Paremprosin*.

PARENCEPHALOS, idem quod *Cerebellum*. Ex *παρά*, iuxta, post, et *ἐνέφαλος*, cerebrum. Gr. *Παρεγκεφαλις, Herophilo, Έρχεανον, Galeno, Έπιχεανος, Poll. Ότιδιος Έγκέφαλος.* Vide *Cerebellum*.

PARENCHYMATA, sunt viscera, quae elaborant aliquid, quod vsui communi totius corporis inseruit. Rectius tamen sub *Parenchymatis* nomine intelligitur intima cuiusque visceris substantia conflata ex vasorum aduehentium et reuehentium extremitatibus, et vasorum secermentium originibus. Olim pro substantia glandulosa et cellulosa arteriolarum et venarum in-

teriecta habebatur. Α παρυσχόν, transfundo. Ge. Bestandtheil eines Eingeweides. G. A. Parenchime. B. Ingewanden, daar het bloed door vliet.

PAREISIS, est laxa et imperfecta, sensim inquadens impotentia mouendi musculos, motui animali inferuientes, praecipue extremitatum superiorum et inferiorum, vel paralyticos species, quae post dolorem colicum, et maxime colicam siccam, seu Pictonum, sequitur, aut eam comitatur, pendens ab affectione Nerui intercostalis, vel sympathici magni, per neruos spinales ad neruos extremitatum propagata. Α παρίσις, laxo, soluo. Vide *Paralysis*.

PARIETALE OS, i. q. *Bregma*; vel *Sinciput*.

PARIETARIA, MYRALIVM, est plantae genus floribus hermaphroditis et foemininis, (Polygam. Monoec.) plures species, etiam exoticas, sub se comprehendens. Species apud nos maxime frequens, et in ruderatis nostris proueniens, inque vsum medicum adhiberi solita, est *Parietaria officinalis* Linn. foliis lanceolato-ouatis, pedunculis dichotomis, calycibus diphyllis. Habet haec caules rotundos, rubicundos, fragiles. Folia, oblonga, acuta, villosa, aspera, vestibus facillime adhaerentia. Flos ad alas foliorum glomeratim nascens est apetalus, quatuor plerumque staminibus constans, ex calyce quadripartito surgentibus, nunc campaniformi, nunc infundibuliformi, modo rotato. Pistillum autem abit in semen, vt plurimum oblongum, in capsula, quae floris calyx fuit, reconditum. Ex hac herba in vsum praepreparatis veniunt folia, quae propter vim emollientem et leniter diureticam ad expurgandos renes a sabulo laudantur. Adhibentur interne et externe, et in officinis inter quinque herbas emollientes numerantur. Gr. Έξις, et Πεδινιον. Sic vocatur a parietibus, et muris, quibus accrescat, vel iuxta proueniat. Ge. Tag und Nacht, St. Peterskraut, Glaskraut, Mauerkraut. G. Paritaire. A. *Pellitory of the wall*. B. *Glas kruid*.

PARIS HERBA, seu VVA LVPINA, et VVA VERSA, est planta, (Ostendr. Tetragyn.) quae habet caulem mediocriter crassum, rotundum, solidum, in parte superiori viridem, in inferiori rubicundum. Folia sunt in crucem disposita, oblonga, ampla, venosa, rugosa, aliquantulum acuta, nigricantia. Calyx quadrifolius, radiatim expansus. Flores sunt tetrapetali, cruciformes, octo staminibus, stylis quatuor donati. Flori succedit bacca mollis, globosa, quatuor tubis instructa, in quatuor loculamenta diuisa, coloris

obscuri, odoris ingrati, continens semina oblonga, exigua, alba, gemino ordine incumbentia. Radix longa, parua, nodosa, repens. Haec planta crescit in syluis vmbrosis, qualitatibus est nauseosae et foetentis. Vires ei tribuuntur cephalicae, resoluentes et anodynae; suspectus tamen ob vim stupefaciunt est vsus internus. Folia bubonibus pestilentialibus applicantur. Ge. Wolfsbeer, Einbeer, Dollmurg. G. Ratsin de Renard. A. Herb Paris. B. Wolfs-bezie, Dolwortel, Wolfs-wortel, Spinne-kop.

PARISTHIA, siue AMYGDALAE, ita dictae, quia a lateribus faucium Amygdalarum specie nonnihil protuberant, sunt glandulae duae, in ore ad faucium initia sitae, ex plurimis folliculis compositae, qui inter sese connectuntur. Vfus praecipuus est, materiam quandam mucosam, siue pituitosam, in fauces et os effundere, sicque deglutitionem promouere. Vocantur etiam *Tonsillae*, *Αντιάδες*, *Μήλα*, et *Σπύγγος*, *Hippocrati*, *Auzias*. Ex *παρα*, iuxta, et *ισθμός*, isthmus. Ge. Die Mandeln im Hals. G. Amygdales. A. Almonds. B. Amandelen.

PARNASSIA *palustris* Linn. f. *Gramen Parnassi*, vel *Hepatica alba offic.* est planta flore albo elegantissimo praedita in palustris crescens, cuius herba et flores, licet rarius, in officinis reperiuntur. Amaritie tamen et viribus aperientibus pollent. Ge. Weiße Leberblume, Studentenrößlein.

PARONYCHIA, *Illecebrum paronychia* Linn. (Pentandr. Monogyn.) floribus bracteis nitidis obuallatis, caulibus procumbentibus. Polygonum minus candicans *Baub.* est planta, quae habet caules nodosos, se extendentes, et repentes. Folia Polygoni sunt, sed minora et breviora. Calyx est peluisiformis, sectus in quinque partes cucullatas. Flos apetalus quinque staminibus constat. Quarium in calycis centro positum emittit tubam vnam, erectam, sique cum calyce fructus pentagonus, vtrinque acuminatus, quinqueualuis, unilocularis, vno semine foetus. Radix perennis, longa, satis crassa, in multos ramos lignosos diuisa, alba. Haec planta est alba, aut coloris argentei; et crescit in regionibus calidis, praecipue in Hispania et Gallia australi, circa montes. Pollet viribus adstringentibus atque traumaticis, eiusque decoctum contra haemorrhagias, praecipue contra haemoptysin, commendatur. Herba haec sic forte dicta, quod malis circa vngues mederi credatur. Ex *παρα*, ad, vel iuxta, et *ὄνυξ*, unguis, quasi ad vnguem. Ge. Nagel-frant. Ga. Renouée argente. A. Felon Whistlow.

grafi. Nonnulli sub *Paronychie* nomine *Drabam vernam* intelligunt.

PARONYCHIA, PANARIUM, PANARITIVM, sive **RE-DUVIA,** est inflammatio in apice digiti manus, in periosteo, vel unguis radice, aut circa tendinem, haerens, quae primo vix exterius conspicitur, cum dolore nihilominus acerrimo, qui vigilias molestas facit, et cum ardore et pullatione, sed tumore paene nullo in principio, aut rubore manifesto; tertio autem, vel quarto die, cum tumor, tum inflammatio exterius elucet, et saepe ad manum, vel humerum usque, extenduntur. Noonunquam post inflammationem caries digiti, quaedam officula inuadit, cuius extremum, utpote minutum, saepe excidere visum fuit. Originem habet ex quacunque causa has partes inflammante, violenta, vel etiam interna, tum ex acri, et corrodente humore, tendines, nervos, periosteum, imo os ipsum, corrodere valente. Ex *παρά,* iuxta, et *ὄνυξ,* unguis, quia malum circa radicem unguinis haeret. Ge. *Wurm am Finger, Nägelgeschwür.* Ga. *Paronychie, Panaris.* A. *A Felon, or whitlow.* B. *Nydnel, de Vyr, Worm.*

PAROPIAE, sunt anguli oculorum minores, tempora versus spectantes. Ex *παρά,* iuxta, et *ὄπιον,* video. Vide *Causus.*

PAROPTESIS, antiqua quaedam adustionis species est, quae in variis morbis usu veniebat. — Item significat sudoris prouocationem in balneo sicco cum prunis ardentibus. A *παρῶσα,* aduro. Ge. *Das Schwigbad.* B. *Zweebad, drooge Stoving.*

PARORCHIDIVM, s. Testiculorum serior descensus, vel retractio, est testiculi unius, vel utriusque, cuius post natiuitatem sedes naturalior scrotum est, situs in alienum aberrans; quae situs, statui mutatio cognoscitur exploratione scroti, testiculo hinc, vel utrinque, vacui, nec non sede, quam ambo, vel alteruter occupant; porro, vel serius descendens testiculus hic, ille, aut uterque, nunc abdomine occultatur, nullibi conspicuus, nunc in annulis extuberat, nunc infra haeret, ipsis proximus, vel natiuum iam nactus locum, viam emensam remeat, ad annulos retractus, vel intropressus. G. *Déplacement, Rétraction des Testicules.*

PAROTIDES, sunt glandulae duae post aures sitae, occupantes foueam inter processum mamillarem, condyloidem et os iugale factam, quae a carotidibus externis sanguinem accipientes, saliuam in magna copia conficiunt, ac communi ductui infundunt, qui circa tertium dentem molarem

superiorem perforando muscolum buccinatorum in os hiat, et *Ductus Stenonianus* dicitur. — Item tumores glandulis, post aures, contingentes *Parotides* vocantur, qui, si non suppurantur, ad indolem strumarum accedunt; sed in morbis inflammatoriis materiam morbificam in se recipiunt, et per abscessum euacuant. Interdum etiam symptomatice superueniunt. Ex *παρά*, pone, iuxta, et *ἄε*, auris. Ge. Die *Ohrendrüsen*, *harte Beulen*, *Geschwulst hinter den Ohren*. G. *Parotides*. A. *A Swelling behind ones Ears*. B. *Oor-klieren*, *Gezwellen achter 't Oor*.

PAROXYSMVS, est pars periodi morborum, qua intenduntur et exacerbantur. Estque vel ordinatus, qui certis temporibus intensiois affligit, vt in febre tertiana, vel inordinatus, qui nullum certum intensiois tempus obseruat, sed nunc hoc, nunc illo die redit; nunc citius, nunc tardius infestat, vt in febre erratica, hypochondriasi, hysteria, epilepsia, aliisque morbis plenarie intermittentibus. Vocatur et *Periodus*, *Accessio* *Celso*, *Exacerbatio* et *Inuasio*; aliis *Παροξυσμοί*, *Εξορσμοί* Gal. *Δάψυς* *Arist.* cuius ipsius initium *Ἄρξή* et *Ἐπισημασία* *Galeno* dicitur. A *παροξύω*, exacerbo. Ge. *Der Anfall*. G. *Accès*, *Paroxysme*. A. *Fir of the distaste*. B. *Annual*, *Verheffing*.

PARS, est corpus, quod cum pluribus aliis totum perfectum constituit. Respectu corporis animalis est corpus totum cohaerens, communique vita coniunctum, actionibusque perficiendis comparatum. Partes sunt vel fluidae, vel solidae; similes et dissimiles; organicae, vel inorganicae; principales et ministrate; continentes et contentae, etc. Graec. *Μέρος*, et *Μοίρα*. Ge. *Ein Theil*. G. *Partic*. A. *Part*. B. *Een Deel*.

PARTHENIS, et **PARTHENIVM**, est planta, cuius nomen variis imponitur herbis. Sic appellatur, quod morbis vterinis mulierum, praesertim virginum, medeatur. Hinc *Matricaria*, *Artemisa*, et *Coryle* ita dicuntur: *παρθένος* enim virgo est. Ill. *Linnaeo* *Parthenium* est plantae genus flore composito, (Monoec. Pentandr.) e flosculis hermaphroditis et semiflosculis foemininis constante calyce communi pentaphyllo comprehensis; seminibus in foeminis tantum, solitariis, turbinato-cordatis, compressis, nudis: paleae flosculos distinguunt, vt singula foemina a tergo duos obrineat hermaphroditos. Dicitur aliis *Partheniastrum*. Vide *Coryla*. Ge. *Butterkraut*. G. *Matricaire*. A. *Feuer-few*. B. *Moo-der-kruid*.

PARTIALIS, botanicis dicitur *Vmbellula*, quae est pars *Vmbellae* vniuersalis, et *Inuolucrum parziale*, quod vmbellae partiali subiectum est.

PARTITA, dicuntur *folia*, quae ad basin fere diuisa sunt.

PARTVS, est foetus maturi in lucem editio: in partu ordinario foetus caput antrorsum vertitur, eoque versus vteri collum inclinato, membranis ruptis, egressum conatur; solito more foetus mense nono excluditur, Partus in sanis etiam laboriosus esse debet, si ratio ineatur molis foetus, et orificii, quo egreditur; hinc non fit absque motu admodum valido mûsculorum abdominis, dorsi, diaphragmatis, et aliarum partium. Imo etiam non sine dolore, anxietate et molestia. Hinc etiam dolores ratione effectus commode in praeparantes, aperientes et expellentes diuiduntur, et praecipue a contractione fibrarum muscularium vteri pendent. Foeminae his doloribus laborantes *Parzurientes* dicuntur. *Gr. Τόκος, Τέξις, Κόμμη.* *Ge. Gebährung, Geburt, Kindes- uoth.* *G. l'Accouchement, Travail, Délivrance.* *A. Child Bearing.* *B. De Baaring.* — Sumitur etiam pro ipso foetu; hinc de partu perfecto et imperfecto, vitali, etc. Medici loquuntur. *Ge. Die Frucht.* *G. Le Fruit.* *A. The Child.* *B. De Vrugt.*

PARTVS CAESAREVS, est, quando infantes qui nullo prorsus alio modo in lucem edi possunt, ex abdomine et vtero exciuntur, viuente, vel mortua matre. *Scipionem Africanum* primo ex vtero sectum testatur antiquitas, adhuc superstiti matre; idem de *Manlio* aliisque creditur, unde omnes Romani Caesares nomen accepisse vulgo putant, quia ex eadem familia erant:

*Qui Caesaris nomen sibi sortitus,
E Marris Caesum fuisse vtero.*

Ge. Der Kaiserschnitt. *G. Section, ou Operation Césarienne.*
A. The Imperial cutting. *B. De Keizerlyke Sneece.*

PARTVS DIFFICILIS, i. q. *Dystocia*.

PARTVS LEGITIMVS, VITALIS, vide *Legitimus, Vitalis*.

PARVLIS, est inflammatio, putredo, aut excreſcentia iuxta gingiuas, quae nonnunquam ex vehementioribus dentium doloribus, carie, aut perforato alueolo, ortum habet. *Ex τρεχθ, iuxta, et ἰλα, gingiua.* *Ge. Ein Zahngeschwür.*
B. Tanduleesch-Gezwel.

PASMA, i. q. *Diapasma*.

PASSA, et **PASSVLA VVA**, est vva sicca solem passa. Suntque *Passae*, vel *maiores*, vel *minores*, ex *Vite apyrena* *Linna.* quae et *Coriasthiacae* dicuntur. Gaudent qualitate

acido-dulci, vique lubricante et sublaxante; hinc frequens earum in tussi, stranguria et segnitie alui vsus, rum cibariorum medicus, est. Ge. Große und kleine Rosinen. G. Raisins de Damas; de Corinthe.

PASSERINA, est plantae genus flore monopetalo quadripartito; tubulato, (Octandr. Monogyn.) calyce nullo, capsula coriacea; ovata, uniloculari, monosperma. Sic dicta, quia passeris hac herba gaudent.

PASSIO, i. q. *Parbema*.

PASSIO BOVINA, vide *Phthiriasis*.

PASTA, vocatur medicamentum natum e subtractione ficorum cum liquidis, pro diuerso scopo variis, in consistentiam spissam, tenacem et ductilem, cuius vsus plerumque externus, vel etiam internus est, vt Pastae de Althaea, etc. Ge. Ein Teig. G. Pâte.

PASTA REGIA, i. q. *Martius panis*.

PASTILLVM, est pomum odoriferum, seu pomum ambratum. Fit ex odoratis pulueribus, qui cera, styrace liquida, balsamo Indico, tragacantho, cum tantulo terebinthinae excipiuntur, et in globum formantur. Vfus est, vt gratus odor concilietur. Sumitur tamen nunc vt plurimum pro trochisco: Ge. Geruchstücklein. G. Pastille. A. Pomander Balls. B. Een Kuikballeje.

PASTINACA, est plantae genus flore umbellato, (Pentandr. Digyn.) cuius species apud nos frequentissima est *Pastinaca sylvestris latifolia Bauh. Pastinaca sariua, foliis simpliciter pinnatis Linn.* Habet haec caulem crassum, firmum, striatum, vacuum, ramosum. Folia ampla, villosa, in margine dentata, pinnata, ex aliis fat crassis, et costa magna sustentata composita, saporis grati et aromatici. Flos est luteus, rosaceus, e petalis quinque lanceolatis, incurvis consistans. Radices sunt crassae, carnosae, esculentae, exterius sauo-fuscae, vel dilutius sauescentes, intus albicantes, qualitatis aquosae, subdulcis, diureticae, vsus maxime culinarius. Semina sunt parua, ovata, margine donata, per maturitatem sacculum deponentia, virtutis subaromaticae et carminatiuae. Eius nomen a pascendo dictum videtur: alit enim corpus, et venerem excitat. Vel quod sponte in agris nascatur, eaque plebs saepissime pascatur. Vel quod pastinum habeat et referat radix: (pastinum est ferramentum bifurcum, quo semina panguntur, et *Pastinaca vulgaris* tale ferramentum vnica furca refert. Sic et piscis *pastinaca* a tela *pastino* simili nomen accepit) Gr. *Straquaboz*. Ge. *Pastenack, weiße Möhren, oder Rüben.* G. *Ponais, Paste-*

nade. A. Parsneps. B. Pastinaken, Pinsternakelen, wisse Wurzelen.

PATELLA, i. q. *Mola, Genu.*

PATENS, botanicis dicitur *folium*, vel perfolius, vel stipula, vel pedunculus, vel corolla, ad angulum acutum cauli insidens.

PATHEMA, est omnis passio, morbus, seu affectus praeter ordinem, quo corpus nostrum laborat. Gr. Πάθος, et Πάθημα. Παθήματα τῆς ψυχῆς sunt animi affectus, qui etiam inter sex res non naturales numerantur. A πάθος, patior. Ge. Leidenschaften. G. Affection, Disposition, Passion. A. Affektion. B. Lyding, Beweging des Gemoots, Drift.

PATHETICVS, est Nervus quarti paris intra cranium, omnium minimus, simplici, interdum duplici filamenta, utrinque oriens a processu a cerebello ad testes paulo exterius, quam est transversa stria, quae eos processus coniungit, inde longissimo itinere medius inter cerebrum et cerebellum antrorsum migrans, sub basin cerebri circumflexus, super sinum superiorem petrosum, per propriam vaginam durae matris, trans carotidis arteriae transversam partem ad foramen laccerum tendens, et orbitam ingressus, tandem in musculum obliquum superiorem, vel tróchlearem, distributus. Hall. Parbericus dicitur, quia praecipue huius musculi actione et motu oculi, Pathemata animi sese produnt. A πάθος, patior. Ge. Das vierte Nervenpaar. G. Le Nerf Parberique. A. The Parberick Nurf. B. De lydende Zenuw.

PATHOGNOMONICVM, est Signum proprium inseparabile, quod singulari morbo convenit, eiusque essentiam indicat, quod etiam a principio ad finem durat: ut in Pleuritide vera semper adest febris continua, respiratio molesta, lateris dolor punctorius et tussis. Ex πάθος, affectus, et γινώσκω, cognosco. Ge. Das eigentliche Kennzeichen der Krankheit. G. Signe Pathognomonique. B. Een eigen Teiken der Ziekte.

PATHOLOGIA, est pars medicinae, docens morbos corporis nostri, morborum differentias, origines, progressus, peculiare indoles, eventus, eorumque causas, unde oriuntur, et effectus, seu symptomata, quae in corpore praesent. Vide Nosologia. Ex πάθος, affectus, et λέγω, dico, narro. Ge. Lehre von den Krankheiten, Pathologie. Ga. Pathologie. B. Verhaal der Ongezondheit, Ziektekunde.

PATHOS, i. q. *Parbema.*

PATIENTIAE MUSCULVS, i. q. *Levator Scapulae.*

PAVANA LIGNVM, LIGNVM MOLVCCENSE, vide *Ricinus.*

PAVOR, vide *Panophobia*.

PECHVRIM FABAE, vide *Faba Pechurim*.

PECHIAGRA, est Arthritis circa articulationem cubiti. Ex $\pi\eta\chi\upsilon\varsigma$, cubitus, et $\alpha\rho\theta\rho\omega$, capio. Vide *Arthritis*. Ge. *Ellenbogengicht*. B. *Elleboogs-jigt*.

PECTEN, idem est quam *Regio Pubis*.

PECTEN VENERIS, ACVLA, Gr. $\Sigma\kappa\alpha\upsilon\delta\iota\varsigma$, est species Chaerifolii sylvestris. Dicitur, quod eius feminum thecae pectinem referant, vel, si singuli dentes sumantur, acui similes sint. Est *Scandix Tournef.* et *Lin.* scilicet planta umbellifera, (Pentandr. Digyn.) flore rosaceo pentapetalo, petalis cordato-inflexis, fructu longissimo, subulato, bipartibili, feminibus duobus filiformibus, basi nucleum condentibus, hinc conuexum, sulcatum, inde planum. Haec planta quibusdam in regionibus copiose satis inter segetes et vites prouenit. Rarior eius in medicina usus est; sunt tamen, qui ei eximias vires resoluentes, aperitiuas et vulnerarias tribuunt, et morbis vesicae mederi credunt. Esitatur a quibusdam in acetariis. Ge. *Nadelförbel*, *wilder Körbel*. Ga. *Peigne de Venus*, *Aiguille de Berger*. A. *Sbeppberds Needle*, *Venus comb*. B. *Naalde Kervel*.

PECTINAEVS MUSCVLVVS, vide *Liuidus*.

PECTINIS OS, i. q. *Os Pubis*.

PECTORALE, est thoracis, seu machinae, species, qua thorax puerorum, si gibberositas imminet, includitur, ex panno, ossis balaenae, imo saepe etiam ex ferri quoque lamina composita. Ge. *Schnürbrust zum Duckel*.

PECTORALIA, seu BECHICA, sunt medicamenta, quae agunt, vel attenuando, vel incrassando, et leniendo, ut ea, quae pulmonibus inhaerent et tussim excitant, ad expectorandum apta reddantur, iisque euacuatio tussis compescatur, quae ergo desumuntur partim ex incidentibus et resolutentibus, partim ex dulcibus et mucilaginosiis. Gr. $\beta\eta\chi\iota\kappa\alpha$, a $\beta\eta\chi\iota$, tussis. Ge. *Brustarznejen*. G. *Remedes pectoraux*. B. *Borstmiddelen*.

PECTORALIS MUSCVLVVS: duo sic vocati sunt muscoli, alter est *Pectoralis maior*, alter *Pectoralis minor*. *Maior* oritur a facie exteriori omnium costarum verarum et claviculae, et inseritur ad latitudinem quatuor digitorum infra caput ossis humeri spinae exteriori eiusdem. Huius musculi tendo duplicatur, et quasi intorquetur, ut in tam paruo loco tot fibrae tendinosae implantari possint; aliquae etiam eius fibrae carnosae confunduntur cum *Deltoide*. Functio huius musculi est humerum ad pectus adducere, et respirationi maxime

laboriosae succurrere. *Pectoralis minor* oritur a facie externa secundae, tertiae, quartae, quintae costae dentatis productionibus circumcirca, ubi costae cartilaginibus sterni iunguntur, et inseritur processui coracoideo scapulae, hinc anteriorem et superiorem scapulae partem versus inferiora et anteriora flectit. Dicitur etiam *Serratus*, vel *Dentatus antiquus minor*. Ge. Der große und kleine Brustmüßel. Ga. Muscle Pectoral. A. The Muscle of the Breast. B. Der Borstspier.

PECTORIS OS, vide *Sternum*.

PECTVS, Gr. Στήθος, Οἶμαξ, est pars thoracis anterior, quae sub iuguli clavicula est vsque ad diaphragmatis regionem extensa, cuius posterior pars *Dorsum* appellatur. Vide *Thorax*. Ge. Die Brust. G. La Poitrine. A. Breast. B. De Borst.

PEDALIS, est mensura botanicorum a flexura cubiti ad basin pollicis, qua in determinanda plantarum, aut foliorum, magnitudine vtuntur.

PEDATUS, botanicis dicitur *Racemus*, vel *Pedarum folium*, petiolo bifido, latere tantum interiore adnectente foliola plura.

PEDICELLVS, est *Pedunculus*, proprius singulis floribus pedunculo communi insidentibus.

PEDICULARIS, est plantae genus flore monopetalo ringente, (Didynam. Angiosperm.) cuius species maxime frequens apud nos in palcuis paludosis nascens est *Pedicularis pratensis rubra elatior Rai*. *Pedicularis palustris* caule ramofo, calycibus cristatis, calloso-punctatis, corollis labio obliquis *Lin.* Habet haec folia crispata instar cristae galli et crenata; caules angulosos, debiles, excavatos, partim repentes, partim rectos. Calyx est monophyllus, ventricosus, ore quinquefido, crenato. Flores sunt monopetali, personnati, bilabiati, labio superiori galeato, in inferiori trifido, coloris purpurei, aut rubicundi, aut albi. Post florem sequitur capsula compressa, acuta, fere ovalis, inter duo folia latens, bilocularis, ex apice dissiliens in duas partes. plurimis feminibus compressis, nigricantibus, et subrotundis foetas. Radix est digitum minimum crassa, aspera, alba, in multas crassas fibras diuisa, saporis amari. Ab effectu nomen habere creditur: si enim a pecoribus, vt fertur, inter caetera pabula deuorata fuerit, pediculorum ingentem copiam procreat. Gr. Ἰσχυρῶδες, seu crista galli censetur, cui folia similia gallinaeae cristae sunt, imo ob florum congeriem, multipli-

cis et densae gallinaeae cristae modo fastigiatam, sic posteriores dici putant. Aliqui *Fistulariam* nominant, quod ad fistulas et sinuosa ulcera utilis esse credatur: gaudet enim viribus subadstringentibus, vulnerariis et abstergentibus. Vide *Alectorolophus*. Ge. *Edusefraut*. G. *Pediculaire*. B. *Luis-kruid*. — — — *Pedicularia*, et *Pedicularis*, dicitur quoque *Staphis agria*, quod pediculos necet. Vide *Staphis agria*.

PEDICULARIS MORBUS, i. q. *Phthiriasis*.

PEDICULUS, idem est quod *Periolus*, quo nempe folium, fructus, aut flos, dependet. Ge. *Stiel am Obst*. G. *La Queue*. B. *De Steel*.

PEDICULUS, est insectum, apterum, pedibus sex ambulatoriis, oculis duobus, ore aculeo exferendo, antennis longitudine thoracis, abdomine depresso, sublobato. Species quidem maxime cognita est *Pediculus humanus*, in capite scilicet et vestimentis humanis habitans, ut et aliorum animalium; sed Pediculi mammalium auiumque multo plures etiamnum non observati, minus descripti, multo minus differentia determinati, existant. Ge. *Eine Laus*. G. *Un Pour*. A. *A Loufe*. B. *Luis*.

PEDICULUS ELEPHANTIS, est *Anacardium*, sic ob magnitudinem, et fortasse ob imaginariam quandam similitudinem appellatur.

PEDILUVIUM, est balnei species, lauandis pedibus utilis, uti ipso vocis sono liquet. Paratur vel ex aqua sola, vel sal, sulfures, chamomillae flores, aliaque adiciuntur. Ge. *Ein Fußbad*. G. *Bain pour les pieds*. A. *A Foot-bath*. B. *Een Voer-bad*.

PEDIUM, i. q. *Planta pedis*.

PEDRA DE COBRA, est lapis ovalis figurae, digiti circiter latitudine, ex vno latere planus, ex altero gibbosus, coloris fuscii et splendentis, poris aliquot interspersus, reperivndus, ut vulgo ferunt, in serpente indico coronato; diademate, seu conspicillo, insignito, (*Coluber naia* L.) cuius virtus est alexica, cum applicatur serpentum moribus. Ita dictus lapis vocabulo a Lusitanis imposito. Aduersus viperarum aliorumque venenatorum animalium morsus, auxilium praestare, et externe applicatus venenum exsugere creditur, cum in lac, quod veneno inficit, iniiciendus. Attamen in serpente, teste *Kaempfero*, ut vulgo credunt, non invenitur, sed arte secreta fabricatur a Brahmanis, ex osse vituli calcinato. Plerumque enim hoc sub nomine ossa vitulina calcinata fraudulenter venduntur. Ge. *Schlangenstein*.

PEDRA DE GOA, s. *Bezoar factitium*. Vide *Bezoar*.

PEDRA DEL PORCO, est lapis Histricis, constans ex tomento, fibrillis, et materia friabili, subrussa, amaricante, et de foris quibusdam in partibus, cretaceis, et subnigris quasi vnguibus coopertus, substantiae solubilis facile, ad linguae contactum summe et illico amaricans; eius vis sudorifera insignis esse dicitur. Animal illud est *Hystrix brachiura*, dentibus primoribus duobus oblique scissis, molaribus octo, corpore spinis tecto, pedibus pentadactylis, cauda abbreviata Linn. Lapis incolis dicitur *Mastica de Jobo*, Lusitanis *Pedro de vassar*, vel *Piedra de puerco*. Iuxta *Kaempferum*, coagulum est biliosum, rotundum, satis compactum, ut plurimum nucis myristicae, vel iuglandis, magnitudine, leue, coloris rufi, substantiae quodammodo vnguinosae, saporis subtilissime amarescentis, quod in vesicula biliaria Histricum terrae Malaicae, imprimis in prouincia Pama-Malacca, reperitur. Rarius generari accidit, et saltem in animalibus aetate prouectis reperitur, quod ipsum imprimis pretium eius extollit, ut in ditiorum duntaxat et principum Nigritarum manibus versetur, qui illud sphaeris aureis argenteisue armari curant, adnexa ex eodem metallo catenula, cuius adminiculo tractari valeat. Vsus eius est, ut suspendatur per horas aliquot, vel vna alteraque vice agitur in haustu aquae communis, quam, vix grani pondere imminutus, amarore imbuit. Haustum ita praeparatum habent summe cordialem et alexipharmacum, tum in ictero, febribus putridis malignisque, et in quibuscunque viscerum obstructionibus medicamentum efficacissimum. Vocatur etiam *Bezoar hystricis*, darurque duplex, *Malacensis*, qui pretiosissimus est, et *Ceylonensis*, qui maior, sed leuior est, nec tantis viribus gaudere dicitur.

PEDYNCVLVS, botanicis dicitur fulcrum sustinens fructificationem. Ge. *Der Stengel*. G. *La Queue*.

PEGANVM, vide *Rura*.

PECAVLINA RADIX, est radix plantae vix nobis adhuc satis cognitae, in China nascentis, dum recens est, lactescens, exsiccata, substantiae spongioso-farinosae, hinc a Malayis *Lac tigrinum* dicta. Huic radici cum aqua decoctae eximiae vires nutrientes et demulcentes tribuuntur.

PELADA: sic vocatur species capillorum defluuii, praefertim ex morbo gallico oriundi. Vide *Alopecia*.

PELECANATIO CHYMICA, i. q. *Circulario Chymica*.

PELECANVS, s. *Pelicanus*, est L. genus auium ad Anseres pertinens, cui rostrum edentulum rectum, apice adunco, vnguiculato;

nares lineares, oblitteratae, facies nudiuscula, pedes digitis omnibus quatuor simul palmatis. Eius variae species ex India olim adlatae nunc apud nos reperiuntur.

PELICANVS, est instrumentum chirurgicum, dentibus euellendis destinatum. Forfex est rostro incuruato, dentibusque intus, melioris apprehensionis gratia, munito. — Item instrumentum est chymicum circulatorium, dictum a figura Pelicani rostro pectus suum sodientis nuncupatum, amplo ventre sensim in angustius collum vergente, quod retortum et recuruum os rursus in ventrem immittit. Hoc vas in fundo canalem, per quem liquor infunditur, habet, qui, liquore infuso, hermetico sigillo occluditur, et calori admouetur. Ge. Ein Pelikan. G. et A. Pelican. B. Een Pelikaan.

PELIDNVS, est color faciei plumbeus et liuidus, melancholicis frequens, et qui pro signo quasi pathognomonico passionum hypochondriacarum, vel haemorrhoidalium, habetur. Απλος, niger, fuscus. Ge. Bleyfarbenes Ansehen. B. Loovertwige Kleur.

PELLICULA, idem quod *Membrana*, vel *Tunica*. — *Pellicula* etiam, vel *Cuticula*, chymicis dicitur, quae in superficie apparet, dum solutiones salium euaporando inspissantur.

PELLIS, cutis est brutorum, pilis, aut lana, necdum oribata, alias, si praeparationem subiisset, corium, vel alura, appellatur. Ge. Die Haut, Fell mit den Haaren. G. La PEAU. A. The Skin, Hide. B. De Huid, Vel.

PELORIA, est *Linariae*, seu *Antirrhini Linariae* Linn. proles hybrida, vel potius *Linaria* degeneri corolla regulari, quinquefida, quinecorniculata, pentandra. Saepe in vna eademque stirpe *Linariae* flores consueti et vnus alterque *Peloriiformis* simul occurrunt. Imo *Peloria* sensim in *Linariam* reducitur, et *Linaria* iterum frequenti transplantatione *Peloria* fit. Referenda ergo erit *Peloria* ad flores impletos. Radicibus sese multiplicat, sed fructus semper abortiunt.

PELTALIS CARTILAGO, i. q. *Ensiiformis Carrilago*.

PELTATVM, dicitur *folium*, cuius disco petiolus inferus est.

PELVIS, est locus ille in ventre imo, quo vesica, vterus et intestinum rectum continetur, et circumscribitur ossibus ilium, coxendicis, pubis, et osse sacro. In mulieribus haec ossa magis a se inuicem distant, et tenuiora sunt, quam in viris, praesertim ossa pubis, vt sic cauitatem pelvis, et angulum inter ossa pubis et Ischii, maiorem efficiant, pro foetus

foetus commodiori gestatione, faciliorque in partu exclusione. Ge. Das Becken. G. *Le Bassin*. A. *The Basin*. B. *Het Bekken*.

PELVIS AURIVM, vide *Cochlea*.

PELVIS CEREBRI, vide *Choana*.

PELVIS RENVM, est receptaculum membranaceum in medio cuiusque renis, quod productiones emittit, *Tubulos* dictas, papillas renales amplectentes, ex quibus urinam emulgendo quasi recipit, et in vreteres effundit. Ge. Das Nierenbecken. G. *Bassin des reins*. Δ. *Basin of the Kidney*. B. *Het Nierbekken*.

PEMPHIGODES FEBRIS, PEMPHIGVS MORTA, est febris saepius acuta, exanthematica, bullis, vel vesiculis pelucidis, auellanae magnitudine, sero flavo turgidis, per cutem praecipue, per abdomen et artus sparsis insignita. Ex πηφίξ, flatus, bulla, pustula, et ἄδω, forma. Ge. *Blasenfieber*. G. *Fievre vésiculaire*.

PEMPTAEOS, quintana dicitur febris intermittens, quinto quoque die recrudescens. Rarissima certe, si vquam vera existit, haec febris est. Α πεμπτη, quinta. Ge. Das fünfständige Fieber. B. *De vyfdenaagfche Koorts*.

PENAEA, est apud *Linnaeum* plantae genus, (*Tetrandr. Monogyn.*) quod varias arbusculas Aethiopicas et inter eas illam continet, quae *Sarcocollam* largitur.

PENDVLVS, botanicis dicitur *pedunculus* laxus, vt cum folio deorsum tendat.

PENICILLA, i. q. *Turundula*.

PENICILLVS, est instrumentum chirurgicum, ex pilis, aut linteo carpto, accommodatum, eluendisque vlceribus aliisque medelis destinatum. Gr. *Κερίτινος*. Ge. Ein Pinsel. G. *Brofse*, *Pinceau*. A. *A Pencil*. B. *Quastje*, *Pensfel*. — *Penicillus*, *Penicillum*, vel *Peniculus*, est quoque idem, quod *Turunda*.

PENIDIVM, est sacchari clarificati, depurati, et cum Amylo mixti species, quae in bacillos arte redigitur. Ge. Penisucker. G. *Penide*, ou *Espenide*. B. *Penyn suiker*.

PENIS, *Muro*, *Bolis*, *Colis*, *Vererum Sueronio*: *Fascinus virilis Arnobio*, *Caulis Lucillo*, *Nervus Iuvenali*. *Tentum Carullo*, *Verbus*, *Virile*: *Virile membrum Cic.* *Scapus Virgil.* *Membrum genitale*, *Cercolipa Catull.* et *Sicula*, a *Sica*. *Menzula*, *Virga*, *Priapus*; *Hasta*, *Cauda salax*, Σάδη, Πέος, Ἀναγκάιον *Artemidoro*, Σάδιον *Craetino*, Ταύρος *Suid.* Δίμικς *Plar.* in comm. Ἐμβολον, Βάλανος, *Aristoph.* Ἐστρωθός, Οὐρά, *Eupolidi*, Μόκκς, Σίνος, Στήμα, Τόλος, Κάπρος, Αἰδώς *Hom.*

Κωλὴ *Aristoph.* Φλὴ Γονίμυ *Epigr.* quasi genitalis vena. 'Ροδανιὰ, Ψωλλὰ, Κωίνυ in oraculo quodam. Πλοσθὴ *Xenop.* Κεῖθθ, Νεῦρον, Τρεῖμβολον, Ψοὰ, Κορμῆτης, Ἄνδρα *Artem.* est membrum virile, seminis eiaculationi et vrinae excernendae transmissioni intersuens, quod constat ex duobus corporibus *spongiosis*, oblongis, septo medio lateraliter iunctis, a pube et tuberibus ischii incipientibus; *urebra, glande*, integumentis communibus absque pinguedine, et *praeputio*, etc. Ge. Das männliche Glied, Ruthe. G. *Verge*, le *Membre Viril.* A. *Mans-yard.* B. *De Mannelyke Rode.*

PENIS CEREBRI, idem quod *Conarium*, seu *Glandula Pinealis.*

PENIS MULIEBRIS, i. q. *Clitoris.*

PENNATUS, vocatur *Musculus*, qui longe de osse nascens ossi parallelus versus extremum artum pergit, et in quo carnea fibrae tendineis mistae de osse prodeunt ad angulum sursum ad corporis truncum obtusum, quae fibrae, aut omnes, aut pleraeque, in carnem substantiam abeunt, denique in tendinem quasi inseruntur, qui ossi genitorum parallelus, aversum ab eo osse musculi limitem legit, atque paulatim crassior, denique nudus superest, pergitque, postquam fibras carnea: ab osse desit accipere. *Hall.* Hicque musculus, si ab vno osse oriatur, vocatur *simplex*, vt portio magna tricipitis femoris; *Compositi* vero dicuntur, si a duobus ossibus nascantur, sicque duos habeant fibrarum versus, qui in medium ossibus genitoribus parallelum tendinem vniuntur.

PENSILIS VERRUCA, vide in *Verruca.*

PENTACVLA, seu PERIAPTA, sunt signa, sigilla et delineamenta admirandis et incognitis aliquando literis et characteribus implicata, quae collo appensa creduntur a malignis spiritibus, et quouis fascino et morbis inde oriundis, praeservare. Idem quod *Periamma.*

PENTADACTYLON, vide *Palma Christi.* Ex πέντε, quinque, et δάκτυλος, digitus.

PENTAGYNIA, denotat ordinem plantarum, in quarum singulis floribus quinque pistilla, vel stigmata, scilicet partes foemininae sunt.

PENTAMYRON, est unguentum ex quinque ingredientibus compositum. Constat enim ex styrace, mastiche, opobalsamo, cera et unguento nardino. Ex πέντε, quinque, et μίρον, unguentum.

PENTANDRIA, significat classẽ plantarum, in quarum singulis floribus stamina quinque, seu partes masculinae, sunt.

PENTAPETALVS, dicitur *flos*, cuius corolla e quinque petalis constat.

PENTAPHARMACVM, est medicamentum ex quinque constans ingredientibus. Ex πέντε, quinque, et φάρμακον, remedium.

PENTAPHYLLVM, est *Quinquefolium*, quia quinquefolia habet, vnico insistentia petiolo. Est *Potentilla Linn.* (Icelandr. Pölygyn.) *repens* foliis quinatis, caule repente, pedunculis vnifloris. *Quinquefolium maius repens Baub.* Crescit passim in Europae ruderatis; qualitatis est vulnerariae, adstringentis, hinc, licet rarius, decoctum radices in diarrhoea, vel in gargarismatibus adhibetur. Ex πέντε, quinque, et φάλλος, folium. Ge. Fünffingerkraut. Ga. *Quinte feuille.* A. *Five finger-grass, five leaved grass, Cinque-foil.* B. *Vyf-vienger-kruid.*

PENTAPLEVRVM, est *Plantago minor, quinqueneruia* dicta, eo quod eius folia costis quinque, tanquam neruis, distincta sunt. Ex πέντε, quinque, et πλευρά, costae. Vide *Plantago*.

PENTATHETON, est emplastrum, ad collisa, vibices flagellorum et cutim excoriatam destinatum. Ex πέντε, quinque, et τέθνημι, pono, quasi diceret ex quinque rebus compositum.

PEPANSIS, est vitiatum corruptique humoris in conuenientiore sanitatis statum deductio. A πεπάλω, excoquo.

PEPASMVS, est actio naturae, qua materia morbifica ad excretionem apta fit. Differt itaque a coctione, seu digestionem, quae Pepasmos vocatur. Vide *Coctio* et *Pepsis*.

PEPASTICVM, est medicamentum mitigans, et cruda concoquens. A πεπάλω, excoquo. Ge. *Auslösendes Mittel.* G. *Digestif.* B. *Verteerig Middelen.*

PEPLION, PEPLIS, et PEPLVS, est *Esulae species*, *Esula rotunda Baub. Euphorbia pepus Linn.* (Dodecandr. Trigyn.) umbella trifida, dichotoma, inuolucellis ouatis, foliis integerrimis obouatis, petiolatis. Habitat passim in Europae cultis oleraceis. Huic maxime affinis est *Euphorbia pepus Linn.* dichotoma, foliis integerrimis semicordatis, floribus solitariis, maxillaribus, caulibus procumbentibus; *Peplis maritima*, folio obtuso *Baub.* quae in Galliae et Hispaniae maritimis habitat. Pariter vt reliquae Tithymali species in omnibus suis partibus lacte acri et caustico turgescit. Sic forte nominatur, quod ramulorum ambitu, et quasi rotundo amictu, velum efformet, ac tellurem operiat. *Peplus enim, siue Peplum, sindon est, siue vestia praetenuis, proprie mu-*

Herum. Vel nomen *πέπλον* accepit, ob purpuream foliorum superficiem, siue xerampelinam, quae huic in vinetis nascuntur, et Peplidi in maritimis fabuletis degenti, ut plurimum inest. Interdum ob colorem flammeum *Flammeolam* vocant. Ge. *Zufelsmilch*. G. *Reveille mazin des Vignes*. A. *Devils milk*, *Petty Spurge*. B. *Duivels-melk*, *wilde Porjelein*.

PEPO, Cucurbita maior rotunda, flore luteo, folio aspero *Bauh*. *Cucurbita pepo* Linn. (Monoc. Syngenel.) foliis lobatis, pomis laevis, est planta, quae habet caules farmentosos, crassos, repentes, in longum et latum se extendentes, cum capreolis vicinis plantis, vel lignis, adhaerentes. Folia sunt ampla, magna, incisa, dura, aspera, dentata, coloris viridis, subfulci, splendentia, caulibus longis, duris, aut spinosis, adhaerentia. Calyx est monophyllus, campanulatus. Flores sunt monopetali, campaniformes, lanuginosi, aliquantulum odorantes, alii steriles, alii embryoni insidentes, quibus succedit fructus oblongus, vel rotundus, carnosus, corticem durum, et quasi lignosum habens, trifariam diuisus, foetus seminibus planis, oblongis, annulo quodam cinctis, quae habent sub cortice amygdalam albam, dulcem et gratam. Haec planta in hortis colitur. Fructus qualitatis est aquosae, subdulcis, refrigerantis. Seminis virtus blanda est atque demulcens, et inter semina quatuor frigida maiora numeratur. Gr. *Πέπων*, a *πέπω*, coquo, vel a *πεπαισθαί*, maturescere. Ge. *Pfeben*. G. *Cirrouille*, *Pepou*. A. *Pompion Gourd*. B. *Pompoen*, *Pepoen*.

PEPSIS, est coctio, siue actio ventriculi, intestinorum, salivae, liquoris gastrici, intestinalis, pancreatici, et bilis, in cibos assumptos, qua acquirere incipiunt naturam a sua priori diuersam, et similem, ac corporis, in quo continentur, et attenuantur, subiguntur, miscentur, ut cum modo dictis liquoribus in bonum chylum redacti per lactea vasa transire, et in sanguinem mutari possint. A *πέπω*, coquo. Vide *Coctio* et *Fermentatio*. Ge. *Verbauung*. G. *Concoction*. B. *Verteering*.

PEPTICA, i. q. *Digestiva*.

PERACVTISSIMVS MORBVS, vide *Acarus Morbus*.

PERACVTVS, vide *Acarus*.

PERCIPIOLVM, est medicamentum ad morbum comprobatum. Ge. *Bewährte Arzenen*. G. *Remede éprouvé, expérimenté*. B. *Een geprübeerd Middel*.

PERCOLATIO, est quando, liquor turbidus per pannum linteum, chartam, pannum laneum, etc. transmittitur, ut a particulis crassis separetur. Ge. *Das Durchsiehen*. G.

Couler, Filerer une liqueur. A. Straining. B. Een Doorzyng, Doorklenszing.

PERCVLSIO, vide *Carus*.

PERDICIVM, est planta, sic dicta, quod perdoes se ad id voluent, terramque suffodiant. Vide *Helxine*.

PERENNIS, dicitur *planta*, per plures annos subsistens, sicque opponitur *annuae*, quae quouis anno interit. *Perennia* dicuntur *folia* plantarum per aliquot annos videntium.

PERETERION, est *Modiolus*, vel *Terebellum rectum et acutum*. A *πετρα*, transfodio. Ge. *Ein Trepan*. G. *Trepan*. A. *Borer*. B. *Een Boortuig*.

PERFECTA CRISIS, vide *Crisis*.

PERFOLIATA, *Bupleurum rotundifolium* Linn. (Pentand. Digyn.) inuolucris vniuersalibus nullis, foliis perfoliatis, est planta umbellifera, quae caulem habet tenuem, firmum, striatum, nodosum, ramosum, saporis aliquantulum aromatici. Folia simplicia, alternatim disposita, ovalia, sed fere circularia, dilute virentia, sapore oleraceo, sed feruidiore. Flores in summitate ramorum nascuntur rosacei, parui, in umbellas aequas dispositi, singuli ex quinque petalis inflexo-ordatis compositis, in orbem positis. Fructus est subrotundus, compressus, striatus, bipartibilis, constans e duobus seminibus ovato oblongis, hinc conuexis striatis, inde planis. Radix vt minimi digiti crassa, simplex, lignosa, alba. Semina longa, striata, nigricantia. Planta haec vulneraria est atque adstringens, eiusque puluis, vel decoctum, contra hernias, internorumque vasorum laesiones a nonnullis commendatur. Dicitur, quia folia circa caulem sese ita comprehendunt, ac si essent mutuo coalita, vt *Vaccariae*, *Brassicae*, etc. species quaedam. Ge. *Durchwachs, Mundkraut, Hasenschlein*. G. *Percefeuille*. A. *Throwwax*. B. *Deur-wasch, Deur-blad*.

PERFOLIATVM, botanicis dicitur *folium*, cuius basis caulem transuersim cingit, nec antice dehiscit.

PERFORANS MUSCVLYS: Perforato musculo substernitur *Perforans*, qui interiori cubiti, radiique parti et ligamento interosseo adnatus, tendine quadripartito priorem perforans in tertium vsque excurrit articulum. Vnde hos duos musculos, ex pluribus suorum generum simplicibus constitutos esse censendum est. Vaginis includuntur, praeter quae ex carpi armilla erumpit, membranaceo cartilagineis, vnumquodque circa internodium semicirculari obductis ligamentulo. Emittunt praeterea vaginae hae varias emissiones atque vincula, et digitos cum Perforatore flectunt.

Hic musculus etiam dicitur *Profundus*.—Ita vero ut manus, sic et pes suum *Perforantem* obtinuit, qui posticae tibiae superficiem adnatus sub malleolo interno decurrens, in quatuor inferius dissectus tendines, tertiis affigitur digitorum ossiculorum integumentis: perforat hic, ut prior, tendines musculi *Perforati*, et pariter digitos flectit. Dicitur hinc etiam *Flexor digitorum longus*. Ge. Der durchbohrende Muskel. G. *Muscle perforant communement le Profond*. A. *The Perforating Muscle*. B. *De doorborende Spier*. Conf. *Perforatus*.

PERFORATA, est Hyperici species, s. *Hypericum perforatum* Linn. cuius folia plurimis punctis videntur pertusa. Vide *Hypericum*. Ge. St. Johanniskraut. G. *Millepertuis*. A. *St. John's wort*. B. *St. Jans kruid*.

PERFORATORIA, instrumenta acuta vario modo fabricata dicuntur, quibus caput foetus mortui in utero, aut vagina, haerentis, si a matre ob pelvis angustiam; capitis magnitudinem, aut alias causas, partu edi non potest, perforator, quo ex cranii apertura cerebrum effluat, et capitis magnitudo minuatur. Ge. *Perforatorium*. G. *Perce-crane*.

PERFORATUS MUSCULUS, prior musculorum digiti adhaerens, *Perforatus* dicitur, interno humeri ossis tuberculo, et superiori et interiori parti radii et ulnae adnatus; circa carpum tendines dispergit robustos quatuor, qui prope finem rima quadam singulo tendini musculi *Perforantis* transitum praebente finduntur, tandemque digitorum internodio secundo affiguntur, et cum *Perforante* digitos flectit. Dicitur etiam hic musculus *sublimis*.—In pede in planta situs est, interius calcis ossi adnatus; quatuor adhaeret articulationibus secundis digitorum. Sic musculus *Coracobrachialis*, a processu coracoide incipiens, et superiori et mediae ossis humeri parti insertus, etiam *Perforatus* dicitur, quia neruum musculo-cutaneum externum transmittit. Ge. Der durchgehorte Muskel. G. *Muscle Perforé communément le Sublime*. A. *The perforated muscle*. B. *De doorgeboorde Spier*. Cf. *Perforans*.

PERTAMMA, *Pertäpron*, *Amuletum*, *Xenechton*, medicamentum est, quod de collo suspensum morbum arcere creditur, ac praecipue pestem. Ex *πετάσμα*, circumuerto. Ge. *Umgehång am Hals*, *Amulet*. G. A. *Amulet*. B. *Een Halsdracht van Geneesmiddelen*.

PERIANTHIUM, siue *Calyx*, est pars plantae fructificationi contigua, vel circumuolutum flori integumentum, quod partim pro basi et fulcramento, partim pro tegmine, erupturis deinceps petalis et staminibus inseruit, pro quorum vario exortu variae magnitudinis et figurae deprehenditur, estque

vel *Μονόφυλλον*, vt in Quinquefolio, Fragaria, Caryophyllata, Filipendula, et similibus; vel *Δίφυλλον*, vt in Papauere, vel *Τριφυλλον*, vt in Chelidonio minore, vel *Τετράφυλλον*, vt in Bursa pastoris non raro obseruatur, vel *Πεντάφυλλον*, et *Ἑξάφυλλον*, vt in Ranunculo. Imo quandoque in sedecim et ultra soluitur folia, quae iterum in summitatibus, vel leuioribus, vel profundioribus, gaudent segmentis, et copiosis interdum pilis, fungis et spinis operiuntur, vt in Rubis, Rosis, et similibus apparet; angulare enim calyceis foliolum tenui capillitio obductum laterales profert appendices, quarum extremitates rubicundis fungis liquidum quoddam fundentibus terminantur. Ge. *Der Blumenfeld*. Ge. *Calice des fleurs*.

PERIAPTVM, vide *Periamma*.

PERICARDIUM, *Inuolucrum*, *Capsula*, *Bursa*, *Scrotum*, seu *Sacculus membranaceus Cordis*, est inuolucrum membranaceum, quo totam cor includitur, ad basin coris adnexum, ad apicem vsque separatum, et in quo libere haeret, tantum ab ipso corde distans, quantum pro motu eius requirebatur. Cavitates Pericardii ex vasculis exhalantibus, vel ipsi, vel cordis basi insidentibus, accipit perpetuo humidum aliquod tenuissimum, quod de natura albuminosa est, ad ignem spissescens, et *Liquor pericardii* dicitur, atque perpetuo iterum absorbetur, et inseruit humectando et flexiles tenendo fibras cordis, liberumque, et motui necessarium spatium inter cor eiusque capsulam conseruando. Duplici constat membrana, quarum interior propria lubrica est, exterior communis cum Mediastino, et cum tunicis maiorum vasorum continua: vasa accipit ex ramis mediastinis et diaphragmaticis. Ex *περι*, circum, et *καρδια*, cor. Ge. *Herzbeutel*. Ga. *Pericarde*, *l'Enveloppe du Coeur*. A. *The purse of the Heart*. B. *Herz-zakje*, *Herz-beursje*.

PERICARPIA, vocantur medicamenta, quae aut in summa debilitate, aut contra febres intermittentes, carpis manuum applicantur.

PERICARPIVM, Illud est in plantis, quod semen, vel fructum, ambit; in quibusdam edule est, vt in pomis, pyris, in aliis non, vt in nucibus, castaneis, etc. Dicitur *Folliculus*, *Siliqua*, *capsula*, *pomum*, *drupa*, *strobilus*, etc. pro varia substantia, aut structura. Ge. *Die Fruchtkapsel*. G. *La Gousse*, ou *l'Enveloppe*. A. *The Husk of seed*. B. *Pel*.

PERICHAETIVM, est vagina, quae in quibusdam muscorum generibus basin setae cingit, et vel monophyllum est, vt in *Iungermannia*, vel polyphyllum, sicut in *Hypno*. A. *περι*, et *χαιτη*, seta. *Seta* enim in muscis idem est, quod in reliquis plantis *pedunculus*.

PERICHOLOSVS, est praeter modum biliosus. Ex περι, valde, et χολή, bilis.

PERICHONDRIUM, vocatur membrana, quae cartilagineo exteriori immediate inuestit. Ge. Knorpelhaut. G. *Perichondre*.

PERICLYMENVM, est *Caprifolium*, cuius nomine et alii frutices scandentes et circumuoluentes vocantur. Α περικλύζω, circumuoluo: nam circumuoluendo se vicinis arboribus, vel fruticibus, saepe tam pertinaciter adhaeret, vt in iis manifestum imprimat vestigium. *Periclymenum* proprie est *Lonicera periclymenum* Linn. (Pentandr. Monogyn.) corollae laciniis sere aequaliter profunde sectis, baccis distinctis, capitulis ouatis, imbricatis, terminalibus, foliis omnibus distinctis. Colitur in hortis, et ob florum elegantiam et foliorum virorem praecipue ad pergulas et sepes adhibetur. Ge. Je länger, je tiefer, Geißblatt. G. *Cheuresfeuille*. A. *Honeysuckle*, *Woodbine*. B. *Gezeitenblat*, *Kamperfoelie*, *Memmekenskruid*.

PERICRANIUM, est membrana densa et valida, periosteo cranii superinducta, seu aponeurosis frontalis et occipitalis musculi. Vide *Epicranium*. Vulgo tamen ipsum periostrum cranii dicitur Pericranium. Ex περι, circum, et κέφαλον, caput. Ge. Das Hirnschalenhäutlein. G. *Pericrano*. A. *Pericranium*. B. *Hex Panulies*.

PERIDESMION, vocatur membrana ligamenta corporis inuestiens.

PERINAEVM, seu **INTERFOEMINEVM**, est sutura illa ligamentoria inter anum et scrotum, aut in foeminis inter vuluam et anum, quam *Aristophanes Κοχώννυ* videtur dixisse, et Πωγαίον. *Archippus Πεοχώννυ* locum sub pudendo, inter femora et nates medium, vti cum *Polluce* sentit *Aristoph. Scholiast*. Ge. Der Raum zwischen der Schaam und dem Hintern. G. *Perinée*, *Rhapbé*, *Periné*. A. *Bustocks-suture*. B. *De Bil naad*.

PERINXYCTIDES, sunt papulae, pustulae et tubercula papulis similia, subito saepe in vna nocte apparentia. Vide *Epinyctides*.

PERIODICVS MORBVS, vocatur ille, qui plenarie intermittens, post statum aliquod temporis interuallum reuertitur, vt saepe in *Epilepsia*, *Mania*, *Podagra*, fieri solet. Ge. *Vertodische Krankheit*. G. *Maladie périodique*.

PERIODVS LVNARIS, i. q. *Menstrua*.

PERIODVS MORBORVM, est tempus in morbis intermittibus ex intensione et intermissione, in morbis remittentibus ex exacerbatione et remissione constans. Ex περι, circum, et ἰδίω, iter facio. *Galeno* morbi eiusdem eodem

ordine reuerſio, vt ſingulis acceſſionibus redintegrari renouarique videatur.

PERIODVS SANGVINIS, ſeu CIRCVLATIO, et CYCLOPHORIA, eſt continua ſanguinis per totum corpus circumgyratio. Haec eſt duplex, differt enim in *Adulto*, et *Fœtu*; in *Adulto* ſanguis omnis in venam cauam redux influit in ſinum venoſam ante dextram auriculam, inde impellitur in auriculam dextram cordis, hinc in cordis ventriculum dextrum, ex quo vi magna impellitur in arteriam pulmonalem, per cuius ramulos minimos párietibus veſicularum aërearum ſuperſtratos, et inſpiratione extenſos, omnia loca pulmonis perſſit, et intrat venas pulmonales, quæ ante auriculam ſiniſtram in vnum ſaccum quoque deſinunt; ex hoc ſacco pellitur in auriculam ſiniſtram, inde in ventriculum cordis ſiniſtrum, ex hoc iterum in arteriam magnam, quæ cum diſpergatur ad omnia corporis viſcera et loca, nullo excepto, ſanguinem quoque ad omnes partes circumuehit. Deſinit autem vel immediate quæuis arteria in venam, vel mediante cellula, (vt in pene virili, etc.) aut vaſis minoribus; hinc ſanguis ex arteriolarum ſinibus infunditur initiis venarum, quæ omnes confluunt in venam cauam ſuperiorem, inferiorem, et azygon, quæ coniunguntur in ſinum venoſum ante auriculam dextram, ſoletque hoc circuitu continuo ferri. Verum in *Fœtu* magna intercedit differentia ob *Placentæ vterinæ vaſa*, *Canalem venoſum* in hepate, *Canalem arterioſum* ex Arteria pulmonali in aortam hiantem, et *Foramen ouale*, quæ cuncta ſuis ſub nominibus videnda ſunt. Ex *περ*, circum, et *ἴστρον*, iter facio. Ge. *Kreislauf des Bluts*. G. *Circulation du Sang*. A. *Circulation of the Blood*. B. *De Omloop des Bloeds*.

PERIOSTEVM, eſt membrana tenuis et ſere pellucida, firma tamen, conſtans ex variis fibrarum ſtratis, ſibi inuicem appoſitis, et implexis oſſa, dentibus prominentibus exceptis, immediate inueſtiens, eorumque nutritioni per innumera vaſa arterioſa, inde in oſſeam ſubſtantiam demiſſa, inſeruiens; ob neruulos ſuperſtratos exquisitiſſimi ſenſus eſt, licet per ſe non ſentiat. Ex *περ*, circum, et *ὀστρον*, os. Datur etiam Periosteum internum, quod eſt membrana tenerrima, cauam oſſium partem tegens, conſtans textura vaſorum innumera-bilium, quæ ex periosteo externo emiſſa per foramina oſſium ingrediuntur. Ge. *Das Beinhäutlein*. G. *Perioste*, *Membrane des Os*. A. *Membrane covering the Bones*. B. *Het Been-vlies*.

PERIPHERIA, est corporis, vel alicuius visceris, ambitus, aut circumferentia, vel etiam superficies externa. A περιφέρω, circumfero. Ge. Ein Umfretß. G. *Circonference*. A. *The roundnes of any Body*. B. *De Omîtrek*.

PERIPHIMOSIS, vide *Paraphimosîs* et *Phimosîs*.

PERIPLOCA, est planta, (Pentandr. Digyn.) quae a nonnullis ad Apocyna refertur. Habet caules longos, lignosos, flexiles, nodosos, rubicundos, repentes, scandentes, et arbores vicinas amplectentes. Folia sibi invicem opposita, ampla, oblonga, venosa, acuta. Calyx est quinquefidus, minimus, laciniis ovatis, persistens. Flores sunt rotati, monopetali, quinquefidi, villosi, tamen sine lanugine. Fructus constat e folliculis duobus, magnis, oblongis, ventricosis, unilocularibus, univalvibus, continentibus semina plurima, imbricata, coronata pappo, receptaculo longitudinali filiformi affixa. Radix est fibrosa, repens. Reliqua, vt in Apocyno scandente. Haec planta succum lacteum in magna copia dat. Olim ex Arabia et Aegypto ad nos adlata, nunc passim in hortis nostris colitur. Sic vocatur, quia circumvoluit et implicat caeteras herbas. A περι, circum, et πλικο, plico, necto, texo.

PERIPNEUMONIA, est valorum arteriosorum pulmonalium, tum arteriae pulmonalis, tum bronchialis, inflammatio, cum febris acuta, respirandi difficultate, tussi, et dolore gravatio, saepe etiam dolore interscapulari et decubitu supino, rubore omnium partium faciei, oculorum protuberantia, venarum in collo intumescencia, lingua sicca, primo flavescente, dein nigra, crassa, et tandem etiam fissa, pulsu exili, molli, et omni modo inaequali, et maxima anxietate coniuncta, citam saepe mortem adferens, si malum hoc utrumque pulmonem simul, et valide infecerit. Distinguitur ab autoribus in *Veram* et *Notham*. *Vera* oritur ex sanguine phlogistico, *Notha* ex sanguine pituitoso, aut eius diathesi putrida, atque maligna, in qua etiam manifesta inflammationis signa se produnt, sed minora longe et obscuriora, quam in *Vera*. Ex περι, circum, et πνεύμων, pulmo, a πηλο, spiro. Ge. Lungentzündung. G. *Inflammation des Poulmons, Peripneumonie*. A. *An Inflammation of the Lungs*. B. *Een Ontsteking der Longe*.

PERIRRHOEA, vocatur talis humorum effluxus, qui ex uniuerso corporis ambitu fit, et per quem totum corpus superfluis humoribus repurgatur.

PERISCYPHISVS, et **PERISCYPHISMVS**, est sectio integumentorum cranii ad caluariam vsque, vna tribusue li-

neis, in variis laesionibus capitis, vel in trepanatione necessaria.

PERISTALTICVS MOTVS, est vermicularis canalis primarum vjarum motus, incipiens a ventriculo, et desinens in extremitate coli, contrahens intestina perpetuo, quasi vermes repentessent. Fit hic motus ope tunicae muscularis intestinorum, quae ex fibris longitudinalibus et orbicularibus constans, contractione sua alimenta magis resoluit, transitum chyli in vasa lactea promouet, et simul foecum residuarum et flatuum vltiorem motum, tandemque excretionem efficit. A *ἰσχυρισμῶν*, contraho, arcto. Ge. *Wurmformige Bewegung der Gedärme*. G. *Mouvement péristaltique*. B. *Nederwaarts drukkende Beweging, Ingewands Beweging*.

PERISTERON, vocatur *Verbena*, Lat. *Columbina*, et *Columbaris*; quia columbae huius plantae praesentia valde defectari creduntur: *Περιστόν* enim est columba. Dicitur etiam *ἡ ἐξ ἁγίας*, siue *Sacra herba*, quod ea olim apud Romanos domus purgabatur, familia lustrabatur, louis mensam ad sacrificium et epulas vorrebant, et foeciales in sacris legationibus illa coronabantur; vel quod in expiationibus suspensa et alligata mire utilis sit. *Sagminalis* etiam vocatur, quod inter sagmina, hoc est, gramina ex loco sacro, praefertim arce Capitolii, cum sua terra euulsa, primum haec honorem haberet. Vide *Verbena*.

PERISTROMATA, sunt stragula, quibus aegri solent inferni. — Item, tunicae visceribus circumiectae, inprimis tunica illa villosa, qua interior intestinorum superficies obducitur. Ex *περιστροφῶν*, circumsterno.

PERISYSTOLE, est tempus quietis inter Systolen et Diastolen cordis. Ge. *Der Stillstand des Herzens*. B. *De Stillstand*.

PERITONAEVM, est membrana tenuis, polita: exteriori superficie, qua diaphragmati aliisque partibus adhaeret, asperiusscula, et villoso-cellulosa, interiori magis lubrica, et satis robusta, adeo vt sine metu rupturae extendi possit, elastica tamen, vt, remotis causis dilatantibus, ad pristinum tonum redeat; musculis abdominis transversalibus proxime adhaerens, quae totum abdomen interius, eiusque viscera chylopoeta exteriori circumuestit, et vasa spermatica substantia sua cellulosa, aut ex recentiorum obseruationibus etiam processu aliquo, qui in foetu canalem coecum in fine format, ad scrocorum vsque comitatur, simulque cum testibus continet. In Sexu sequiori sepimentum transversale peluis et ligamenta lata vteri constituit. Constat ex tunica velut duplici,

denſa ſcilicet interna, et externa cellulofa, quae tamen ei non propria eſt, innumerisque vaſis ſanguineis, lymphaticis et abſorbentibus ſcatet. A περιτελιω, circumtendo. Arab. *Sipbac.* Ge. Das Darmfell, Bauchfell. G. *Le Péritoine.* A. *Perizonacum.* B. *De Ponszak, bet Buikolies.*

PERITTOMA, eſt excrementum, poſt humorum coſtione in corpore relictum. — Item reliquiae morborum. A περιτελιω, redundo.

PERIZOMA, eſt cinguli ſpecies hernioſis praefertim vtilis. Vide *Amma*, et *Bracherium*. Ge. *Bruchband.* B. *Breuk-band.*

PERLA, vide *Margarita*.

PERNIO, Gr. Χιμαλον et Μάλιν, eſt tumor albo-caeruleſcens, vel rubens, pruriens, dolens, tempeſtatibus recrudescens, praernaturalis, a frigore brumali, praecipue in pedibus et manibus, excitatus, qui tandem in ſciſſuras et vlceraſiones terminatur. Ge. *Großbeulen.* G. *Engelures.* A. *A Kibe, or Chilblain.* B. *Kakbielen, Winter-bielen.*

PERONA, PERONE, ſive FIBULA, ſic diſta, quod tibiae muſculos coniungere videtur; etiam *Sura*, *Canna minor*, *Focile minus*, etc. eſt os minus et tenuius Tibiae extrinſecus ſubiectum et attenſum, vt radius cubito, extremitate inferiore malleolum externum formans, vnde *Peronaeus* tibiae primus, ſecundus et tertius muſculus ſic appellantur. Vide *Fibula*. Ge. Die ſleine Röhre im Bein. G. *Le Peront.* A. *The ſmall Bone of the Leg.* B. *Her Kuit-been.*

PERONAEI, huius nominis tres dantur muſculi, ſcilicet *Peroneus medius*, ſeu *anticus*, qui a media et inferiore parte fibulae oriens, tendine ſuo ſub malleolo externo tranſiens ſuperficie conuexae apophyſeos quinti oſſis metatarſi inſeritur; *Peroneus parvus*, qui ab interiori ſuperficie fibulae oriens, et ſub ligamento tranſuerſo decurrens parti poſteriori et ſuperiori oſſis metatarſi inſigitur. Hi duo muſculi coniunctim cum tibiali antico pedem extremum ſeſcunt. *Peroneus longus*, ſeu *poſticus*, ab exteriori et ſuperiori fibulae ſuperficie oriens, iuxta fibulam decurrens, ſub malleolo externo, per ſinuofitatem oſſis cuboidis tendinem tranſmittit, eumque interiori parti primi oſſis metatarſi inſigit. Hi muſculus actione ſua pedem extremum extrorſum extendit.

PERPERACVTVS, vide *Acurus*.

PERSEA, eſt arbor, forte a regione Perſia, quia ibi, vt Malus perſica in Perſide, exitioſa eſſet, ſed ambae in Aegyptum tranſlatae, mutari et in cibum recipi dicuntur.—Perſea proprie ad Lauros pertinet, (Enneandr. Monogyn.) et

est *Laurus persica* Linn. foliis venosis, ovatis, coriaceis, perennantibus, floribus corymbosis. Prunifera arbor fructu maximo pyriformi viridi, pericarpio esculento, butyraceo, nucleum vnicum maximum nullo officulo tectum cingente. Sloan. Habitat praecipue in America calida.

PERSICA MALVS, Persica molli carne et vulgaris *Baub.* *Amygdalus persica* Linn. (Icosandr. Monogyn.) foliorum serraturis omnibus acutis, floribus sessilibus solitariis, est arbor, cuius rami sunt longi, extensi, fragiles. Folia oblonga, angusta, acuta, in margine dentata, e gemma terminali, nec infra flores nascentia, saporis amari. Calyx monophyllus, in quinque, vel sex segmenta profunde sectus, expansus, caeus, intra hunc flos rosaceus, pentapetalus, vel hexapetalus, petalis ex margine calycis caui interna enatis, et staminibus triginta foecundus, gemmalis, solitarius. Ovarium in imo fundo calycis, instructum tuba longa, apice globoso, scabro, praedita, fit fructus carnosus, fere globosus, iuxta longitudinem sulcatus, foetus officulo profundis scrobiculis exsculptis ornato, in quo nucleus rubicundus, oblongus, plerumque vnus; eius caro est medullosa, vinosa, succulenta, saporis grati; nucleus est compressus, saporis aliquantulum amari, sed grati. Gaudet viribus anthelminthicis; in emulsione capiti applicatus eius dolores in febribus mitigat. In officinis e floribus aqua et syrupus prostant. Haec arbor colitur in hortis. Huius fructus in Persia dicuntur perniciosi, sed in Aegyptum translata, vitiosam vim deponere creduntur. Hinc sic forte appellata, quod ex Perside primum aduecta sit. Ge. *Pfersichbaum.* G. *Pecher.* A. *Peach-tree.* B. *Persik-boom.*

PERSICARIA, est planta, quae habet caules rotundos, excavatos, rubicundos, ramosos, nodosos. Folia Persicam referentia, aliquando maculata, aliquando non. Flores apetali spicati ex alis foliorum supremorum nascuntur, longis pedunculis adhaerentes, quinque staminibus donati, coloris purpurei, aliquando albi. Calyx quadrifidus. Ovarium in centro calycis compressum, ovatum, vel orbiculare, tuba bifida, simbria, praeditum. Semen planum, vel triquetrum, ex ovato acuminatum, nigricans. Radix fibrosa. Crescit haec planta in locis aquosis. Huius plantae praecipue duae species frequentes sunt, scilicet Persicaria mitis maculosa et non maculosa *Baub.* *Polygonum persicaria* Linn. floribus hexandris digynis, spicis ovato-oblongis, foliis lanceolatis, stipulis oiliatis. Ge. *Pfersichkraut, Blöthkraut.* G. *Persicaire.* A. *Dead ars mars.* B. *Persik-kruid.*

Et *Persicaria vrens* *Bauh.* *Polygonum hydropiper* *Linn.* floribus hexandris, semidigynis, foliis lanceolatis, stipulis submuticis. Ge. *Wasserpfeffer*, *scharf Glöckkraut*. G. *Poirra d'eau*, *Piment d'eau*, *Curage*. A. *Water-pepper*. B. *Water-peper*. — Pollet haec qualitate acri et vrente. Vtrique, praecipue vero posteriori, a quibusdam eximiae tribuuntur virtutes aperientes, vulnerariae, antisepticae, diureticae et antiscorbuticae. Veterinariis quidem, rarius tamen medicis in usu est. Infecta abigere creditur, hinc eius decocto vulnera equorum eluuntur. Sic dici videtur, quod eius folia *Persicae mali* videantur aemula.

PERSICARIA SILIQVOSA, vide *Impatiens*.

PERSICVS IGNIS, denotat morbum causticum et igneae indolis, estque vel *Anthrax* ipse, vel ei similis. Vide *Anthrax*, seu *Carbunculus*. Sumitur quoque pro *Gangraena*.

PERSISTENS, botanicis dicitur *folium* peracta aestate non casurum, aut stipula, vel bractea, post defoliationem restans.

PERSISTENS FEBRIS, quibusdam vocatur talis intermittentis species, cuius paroxysmus exacte eandem periodum seruat.

PERSOLATA, est *Bardana*, dicta ob foliorum magnitudinem, quibus si persona faciem regat, eam a solis calore defendat: idem quod *Personata*.

PERSONATA, et **PERSONATA**, Gr. *Προσωπιον*, *Προσωπις*, *Ἀρσιον*, est *Lappa*, seu *Bardana*, appellata, quod ob foliorum magnitudinem personae faciem tegat, atque a solis calore defendat. *Personaria* hac quondam ad personas utebantur, quoties in theatris aliisque locis, qui cognosci a populo nollent, egisse quippiam volebant. Vide *Lappa*. Ge. *Groß Klettenkraut*, *Klette*. G. *Bardane*, *Glouzeron*, *Herbe aux Teigneux*. A. *Burdock*, *Cloburr*. B. *Groot Kliffen-Kruid*.

PERSONATUS, botanicis dicitur *flos*, cuius corolla irregularis, in duo labia hians, sed inter labia palato clausa est, ut sic confictam faciem, seu personam, rostrumque animalium rictu et labiis non male referat.

PERSPIRATIO, i. q. *Diaphoresis*.

PERSULTATIO, i. q. *Diapedesis*.

PERTVRBATIO CRITICA, est congeries Symptomatum, quae in summo morbi vigore aegrum affigunt, dum causa eius corpus nostrum adgreditur, et vires vitae conantur eam subigere, coquere et e corpore eliminare.

PERVIGILIVM, i. q. *Agrypnia*.

PERVINCA, vide *Clematis Daphnoides*.

PERUVIANVS CORTEX, vide *China Chinae*.

PES, Gr. Πᾶς, sumitur latè pro femore, tibia, et pede ipso. Vel strictè pro pede, qui diuiditur in tarsum, metatarsum et quinque digitos. Ge. Der Fuß. Ga. Le Pied. A. The Feet. B. De Voet.

PES ANSERINVS, est species *Atriplicis*, sic dicta, quod eius folia pedem anserinum referant. Gr. *Chenopus*. Vide *Chenopodium*. Ge. Gansfuß, Schweintodt, Sautodt. Ga. Pied, ou Patte d'oye, Marr aux porceaux. A. Goose-Foot. B. Ganzen-voet, Verkens-dood. — Anatomicis etiam ita vocatur illa portio duræ nerui auditorii portio, quæ per musculos temporum, frontis, et palpebrarum totamque faciem distribuitur, et extremitatibus suis cum ramulis nerui frontalis, maxillaris superioris et inferioris, scilicet paris quinti propaginibus, communicat, sicque supra faciem plexum format, quem *Pedi anserino* nonnulli compararunt.

PES COLUMBINVS, est *Geranii* species, ob similitudinem cum pede columbino dicta. Ge. Taubensfuß. G. Pied de pigeon. A. Pigeon, or dove foot. B. Duiven-voet.

PES CORNICIS, vide *Coronopus*.

PES LEONIS, vide *Alchimilla*.

PES LEPORIS, i. q. *Lagopus*.

PESSARIUM, est, vel medicamentum solidioris consistentiæ, digiti forma e variis pro diuerso scopo compositum, vel annulus ex subere confectus et cera obductus, quorum illud contra varios vteri morbos, hic, ad impediendum vteri prolapsum per vaginam ad orificium vsque vteri immittitur, ibidemque gestatur. Ge. Mutterkranz, Mutterzäpflein. G. Pessaire. B. Moeder-pillen, Vrouwen Zet-pillen.

PESSVLVS, i. q. *Pessarium*.

PESSVS, idem quod *Pessarium*. Proprie tamen de medicamento vaginæ immisso adhibetur.

PESTIS, est morbus epidemicus, in quibusdam regionibus, imprimis calidis, frequentior et periculosior, quam in aliis, contagiosus, ex miasmæ quodam primum orto et suscepto, deinde per contagium propagato, ortum ducens, qui occulte et latenter homines plurimos simul subitissime aggressus, febres validissimas, spirituum extinctiones, cruoris solutiones, vel coagulationes, ipsius et partium solidarum lisiones et *verrucae* infert, cum apparentia exanthematum, parotidum, bubonum, aut anthracum, nec non horrendo aliorum symptomatum apparatu, aegros in vitæ periculum adducit. Nomen pestis

si vsum tantum spectemus, terrorem secum inuoluit, et morbum quemuis epidemicum lethiferum significat, ita vt dysenteriae, variolae, amphimerinae, purpurae, malignis epidemicis conueniat; verum genus morbi ex eius benignitate, aut malignitate, minime diiudicandum est; et vt character variolae ex pustulis, ita pestis character, iuxta omnes fere neotericos, ex anthracibus et bubonibus deducendus est, nec repugnat, dari pestem sporadicam et benignam, vt similibus datur variola, vt et obseruationes confirmant. Differt *Pestis* a *Pestilentialibus* morbis, quod *Pestis* sit genus morbi, vnicum iam definitum, pestilentialia veto tot sint morbi, quot sunt maligni et epidemici, qui plures e medio tollunt quam sanos dimittunt. *Sauv.* Graec. Λουδο. Ge. Die Pest. Ga. Peste, Contagion. A. The Pest, or Plague. B. De Pest, be-
Jmetrelyke Ziekte.

PETALA, botanicis vocantur folia illa colorata, ex quibus omnium plantarum corollae componuntur. Hinc *Nectarium* petalo insertum *Petalinum* dicitur. Ge. Blumenblatt. Ga. *Pétale*. B. Bloem-bladen.

PETALE, i. q. *Phibiriasis*.

PETALOIDES, est vrina foliacea, aut squamea, cui scilicet foliola et squamulae innatant. Ex πτεροειδον, folium, squama, lamina, et είδος, forma. B. *Schuwachtige pis*.

PETASITES, est planta n. e flosculoso. (Syngenes. Polygam. Superfl.) semine papposo; *Tussilago petasites* Linn. thyrso ouato, flosculis foemineis nudis, paucis. Habet haec caules plures, crassos, excauatos, lanuginosos. Folia initio angusta, acuta. Vbi caulis est deciduus, oriuntur folia ampla, fere circularia, aliquantulum in margine incisa, superius virido-fusca, inferius lanuginosa et albescentia, pedunculis longis adhaerentia, crassis, rotundis, carnosis. Calyx communis cylindraceus, squamis lanceolato-linearibus aequalibus; flosculi in Petasitide maiori omnes hermaphroditi, in minore foemini hermaphroditis intermixti; semina solitaria, oblonga, filo sustinentia pappum pilosum. His notis addendum est, flores Petasitidis prius nasci, quam folia. Radix oblonga, digitum crassa, ramosa, resinosa, foris fusca, albicans, saporis acris, aromatici, amaricantis, odoris fragrantis. Viribus pollet haec radix eximiis aperientibus, sudoriferis et alexipharmacis; rarior tamen eius hodie in medicina vsus est. Nomen accepit a foliorum magnitudine, pileum, seu petasum, referentium. Ge. Pestilenzwurzel. G. *Chaperoniere*, *Herbe aux teigneux*, *Glouteron*, *Petasite*. A. *Butterbur*. B. *Dokke-bladen*, *Fodde-bladen*, *Pestilensie-kruid of Wortel*.

PETECHIAE,

PETECHIAE, sive **PETECHIALIS FEBRIS**, *Pulicaris* etiam dicta, est febris continua maligna, qua cutis maculis subrotundis, moribus pulicum similibus, rubicundis, quandoque purpureis, lividis, aut atris, sine tumore et pruritu, quae *Petechiae* vocantur, variegatur. Oriuntur hae maculae plerumque a sanguine dissoluto in extremitatibus vasorum stagnante. Nomen derivatur a voce Italica *Pedocchio*, significans *Pediculum*: Ge. *Glecksieber*, *Peteschenieber*. G. *Ficore Petechiale*. A. *Petechial Fever*. B. *Bluts-koors*.

PETIA, est linteamentum, ex quo sacculi formantur, in quos herbae, vel aliae species, aqua, vel vino, infundendae includuntur. Ge. *Ein Säcklein*. G. *Sacher*. A. *Little Bay*. B. *Een Zakje*. — *Pesia* est quoque idem, quod *Pulvillus*, seu *Plagula*. Ge. *Hausch, Compresse*. G. *Compresse*.

PETIGVLAE; i. q. *Petechiae*.

PETIGO, i. q. *Lichen*.

PETIOLVS, dicitur sulcrum sustinens folium. Ge. *Der Stiel*. G. *Pétiole*. — Hinc *Petiolaris* dicitur pedunculus; pubes, cirrus petiolo infidens, aut gemma e foliorum rudimentis constans. *Petiolum* vero dicitur *folium* petiolo ad basin inserto.

PETROLEVM, seu **OLEVM PETRAE**, est oleum minerale, seu bitumen liquidum, tenuissimum, leuissimum, nec aqua, nec spiritu vini miscibile, vtrique supernatans, oleis plantarum aethereis facile iungendum, plus, vel minus graveolens, igne vicino illico inflammabile, e saxis, petris atque terra passim exsudans. Quibusdam vocatur *Oleum fossile acetherum*. Varias eius dantur species. Purissimum est *Petroleum album*, quod etiam *Naphtha vera* dicitur, et in Asia, praecipue in Persia, in Europa vero vix forte alio adhuc in loco, quam in Ducatu Mutinensi, reperitur: *Petroleum flavum*, seu *Italicum*, aliquantum crassioris consistentiae pariter in Ducatu Mutinensi reperiundam. *Petroleum rubrum*, obscure rubrum, magis spissum et graveolens est, et in Italia passim et Gallia australi inuenitur. Villiora plerumque incolae humo superfusa ad usum igniarium adhibent. Purissima raro ad nos deferuntur. Sunt, qui haec olea contra colicam Pictonum, dolores osteocopos atque taeniam commendant. Pernionum molestias tollit. — Est denique et aliud Petroleum, quod in Americae quibusdam insulis reperitur, et *Petroleum Barbadosense*, *Bisumen Barbadosense*, vel *Pissacolum Indicum*, dicitur, coloris obscure rubri, consistentiae melleae, minus inflammabile, cui incolae eximias vires medicas tribuunt. In Anglia frequenter adhibetur.

Vide *Oleum terrae*. Ge. *Steinöhl*, *Bergöhl*. Ga. *Petrole*,
ou *huile de Petrole*. A. *Stone-oil*. B. *Steen-olie*, *Petr-olie*.

PETROSELINUM, est planta notissima, umbellifera,
(Pentandr. Digyn.) quo sub nomine duae species apud nos
frequentissimae sunt: *Petroselinum Macedonicum*, s. *Bubon*
Macedonicum Linn. Vide *Apium*. Et *Petroselinum nostras*, vul-
gare et *hortense*, quod est *Apium petroselinum* foliis caulinis
linearibus, inuolucellis minutis Linn. E Sardinia olim ad nos
adlatum, nunc abundanter apud nos colitur. Vfus maxime
cibarius et culinaris est. Gaudet qualitate acri, subaromatica,
subdulci, viribusque lactifugis, resoluentibus, emmenago-
gis, atque diureticis. Radix inter quinque radices aspe-
rantes numeratur. Sic forte appellatur, quod in petrosi-
rupibus, saxisque, locisque praeruptis nascatur. Vel quod
calculi frangendi vim habet. Ge. *Peterfilien*. G. *Persil*.
A. *Parsly*. B. *Peterfelie*.

PETROSVM OS, est interna ossis temporum portio, por-
tioni squamosae sutura spuria adnexa, formae fere conicae,
processum suum petrosum oblique antrorsum extendens, et
partes organi auditus internas continens, ideoque neruum
septimum, vel auditivum, per foramen proprium admittens.
Petrosum dicitur, quod, post dentes, durissimum sit os cor-
poris nostri, lapidemque fere duritiae aequet. Ex *πέτρος*,
lapis, et *ὄστος*, forma. Ge. *Das Felsenbein*. G. *Os petreum*.
A. *The stony Bone*. B. *Het Steen-been*.

PETVM, est *Tabacum*, dicitur Americanis *Petune*. Hinc,
quia est vox Barbarica, eius etymologiam describere nesci-
mus. Vide *Tabacum* et *Nicoriana*.

PEVCE, est *Pinus*, *Larix*. An a *πεσος*, amarus, an quia
πίσος, aut a *πίσος*, pix?

PEVCEDANVM, seu PEVCEDANVS, est plantae genus
umbelliferum, (Pentandr. Digyn.) cuius species officialis
est *Peucedanum Germanicum* Baub, *Peucedanum officinale*
foliis quinquies tripartitis, filiformibus, linearibus Linn.
Habet hoc caulem excavatum, ramosum. Folia Foeniculi
foliis maiora, laciniata, trilobata. Flores sunt rosacei, e
petalis quinque aequalibus, oblongis, incurvis, integris, con-
stantes. Semina sunt ovata, ampla, striis tribus cleuatis
notata, marginata, oblonga, inuolucrum deponentia. Radix
est crassa, longa, saepe trifida et quadrifida, externe nigre-
scens, interne albescens, saporis pinguis, acriusculi, vt Fo-
eniculi radix, odoris sulphurei. Radix haec recens vulnerata
succum exstillat in gummi graueolens exsiccatione abeun-
tem, cui eximiae vires antihystericae tribuuntur. Ipsa radix,

licet rarioris hodie vsus, insigni virtute resolvente, nervina, thoracica et diuretica gaudet. Ulcera mundificat, hinc cum frustu quoque in tincturas vulnerarias recipitur. Dicitur etiam haec planta *Foeniculus porcius*. Nomen accepit a Pinu, quae Gr. *πίνος* dicitur, cui odore, vt et sapore, quodammodo par est. Hinc posteriores Lat. *Pinastellum* vocarunt. Ge. *Naarstrang*, *Stufenschel*, *Schwefelwurzel*. Ga. *Queue de Pourceau*, *Peucedane*, *Fenouil de Porc*. A. *Hogs-Fennel*, *Sulphur wort*, *Horse strange*, *Horse-strong*, *Sow-Fennel*. B. *Solfer-worrel*, *Verkeus-venkel*.

PEZA, significat imam plantam, vel pedis malleolum.

PEZIZA, vide *Auricula Iudas*.

PHACE, Gr. *φακή*, et *φάνδα*, est *Lenticula*, quasi *ἡ γὰρ φακή κρύβτα, εἰαν φακῆν*, vel *φάνταξ*, quod oculos laedat et hebetet. Vel dicitur, quod semen eius formam et ideam maculae faciei, siue oculi, referat. *Phace*, vel *Phaca*, hodie denotat plantae genus flore papilionaceo, (Diadelph. Decandr.) legumine oblongo, inflato, uniloculari, proxime ad Astragalum accedens.

PHACIA, i. q. *Lenticula*.

PHACOS, est macula faciei lentem referens, vnde *Lenticula* et *Lentigo* appellatur. Ge. *Sommerflecken*. G. *Lentilles*, ou *Faches de rouffeur*. A. *Freckle*. B. *Sproesen*.

PHACOTOS, est scalpri chirurgici species, apice corpusculum lenticulare habens, ne pungendo laedat. A *φακή*, lens. G. *Scalpel lenticulaire*.

PHAENIGMVS, vide *Phoenigmus*.

PHAENOMENA, sunt omnia, quae secundum et praeter sanitatem in corpore nostro apparent, et a nobis sensibus obseruari possunt. A *φαίνω*, appareo. Ge. *Erscheinungen*. G. *Phénomènes*, *Apparitions*, *Accidens*. A. *An Appearance*, or *sign*. B. *Verschynselen*.

PHAGEDAENA, est cancer exulceratus, seu vlcus quodvis malignum, latius et profundius serpens. A *φάγω*, edo, et *δαίω*, rodo. Ge. *Der Wolf*, ein um sich fressend *Geschwür*. G. *Cancer*, *Loup*. A. *Wolf*, *Phagedaenic ulcer*. B. *De Wolf*. — Item enormis edacitas, vt in *Bulimia*.

PHAGEDAENICA, sunt medicamenta, carnem superfluum vlcis, eorumque latera callosa exedentia, qualis in officinis *Aqua phagedaenica* prostat ex mercurio sublimato corrosiuo in aqua calcis viuae soluto. A *φάγω*, edo, et *δαίω*, rodo. — Item *Vlcera* tumida, profunda, subiectas carnes erodentia, labia callosa habentia, et sanationi resistentia, sic vocantur. Vide *Phagedaena*.

PHALACROSIS, est caluities, siue capillorum decidentia et protulium. Ex ἀλας, summus, et φαλός, albus. Ge. Das Ausfallen des Haars. G. Pélade. A. The falling of ones Hair. B. Uirvallen des Hairs.

PHALANGIVM, et **PHALANGITES**, est planta flore liliaceo, (Hexandr. Monogyn.) *Anthericum ramosum* Linn. cuius flos est nudus, hexapetalus, amplectens ovarium subrotundum, trifidum, foetum feminibus angulosis. Folia sunt longa, angusta. Caulis ex imo foliorum erumpens, rotundus. Sic vocatur, quia creditur morsus Phalangii animalis, scilicet insecti apteri ad araneas proxime accedentis, et aliorum venenatorum animalium, posse sanare. Germ. Weißer Wiederthon, Erd-Spinnenkraut, weißer Drant. G. Phalange. A. Spiderwort. B. Phalangium.

PHALANGOSIS, est palpebrarum vitium, quando duplicem aciem pilorum, vel ciliorum, repraesentant, vel quando hi pili interius crescunt, ita ut oculos pungant et lacrymas excitent. Α φάλαγγίς, acies. — Item est vitium palpebrae superioris, quod nimium sit relaxatum, et prolapsu suo oculi aperturam et visum impedit, nisi aeger palpebram manu eleuet. Nasci autem istud vitium fere semper solet, quoties aut palpebrae musculus eleuator resoluitur, aut cutis superior a quacunque causa nimium relaxatur. Ge. Stechende Haare der Augenlieder, Lähmung des Augenlides. G. Espece de Trichiasis. B. Wenkbraauwen omkrulling.

PHALANX, **PHALANGA**; sic vocantur officula cylindrica, quorum tria inter se articulata digitos manus atque pedis constituunt. Ge. Weinclein der Finger. G. Phalange.

PHALARIS, siue *Canarina*, est planta ad gramineas pertinens, (Triandr. Digyn.) quae habet caulem nodosum: folia Tritici, sed minora. Spica est crassa, confecta ex glumis unifloris, bivaluibus, semina oblonga, alba, splendentia condentibus, squamatim congestis. Glumae binae, cauae, carinatae, semen medium utriculo inuolutum tenentes, faciunt squamulas apparentes. Haec planta crescit in Hispania et regionibus calidis. Semini in forma pulueris sumto eximiae vires diureticae, lithontripticae et aperituae adscribuntur. Nomen habet ἀπὸ τῶν φαλλήρων, quod semen splendidum candidumque reddat. Ge. Kanarienkraut, Kanariensaamen. G. Alpiste, Graine de Canarie. A. Canary-grass. B. Kanarie-zaad.

PHANTASIA, est sensus internus, seu *Imaginario*, quae aliquid menti ex arbitraria quasi idearum combinatione,

cum obiectis externis non conueniente, repræsentatur et imprimitur. Singularia sunt eius affecta tam in sano homine, quam in aegrotante. In sano ab ea dependent multi appetitûs, aliaque animi pathemata, dormientium insomnia, etc. Aegri inde inanibus spectris delusi, verum esse putant, quod sibi tantum imaginantur, siue febri laborent, siue non, quod multis exemplis patet in phreniticis et melancholicis. Imo effectus suos exferere creditur in foetum, vtero matris contentum, adeo vt ille ab hac causa maculis aliisque deformitatibus inficiatur. *A φαντασι*, repræsentatio. *Gr. Φαντασία*. Lat. *Imaginatio*. Ge. *Einbildung*. G. *Phantazise*, *Imagination*. A. *Imagination*. B. *Inbeelding*.

PHANTASMA, est perceptio visibilis obiecti falsi, dum scilicet oculo varia repræsentantur ab obiectis externis diuersa. Fit hoc, vel vitio oculi, vel partium internarum cerebri, vel per consensum. Vide Diff. Ill. *Delii* de Phantasmatibus.

PHARMACEVTICA, i. q. *Pharmacia*, vel sunt ea, quæ ab arte Pharmaceutica dependent.

PHARMACIA, est ars simplicia medicamenta colligendi, depurandi, soluendi, præparandi, componendi, aliis miscendi pro scopo medici in vsum aegrorum. Est hæc vna ex tribus medicinae partibus, cuius auxilio media, quibus morbi prostrigantur, suppeditantur. Aliae enim duae partes audiunt chirurgia et diætetica. A *φαρμακεία*, medicamentis purgo. Ge. *Die Arzneykunst, die Apothekerkunst*. G. *La Pharmacie*. A. *Pharmacy*. B. *Apothekers-kunst, Arzneybereiding, Kruid-meng-kunst*.

PHARMACOPOEA, est doctrina, siue descriptio rerum medicamentarium, quoad notas distinctionis, colligendi, depurandi, præparandi et componendi modum, earumque vires et dosim exhibens, in vsum medicorum et pharmacopoeorum. Seu est doctrina medicamentorum. Adeoque et *Pharmacologia* eodem sensu dicitur. Vide *Dispensatorium*. A *φάρμακον*, medicamentum, et *ποίησις*, facio. Ge. *Verzeichniß der Arzneyen*. G. *Pharmacopée, ou Apothicairie, boucique d'Apothicaire*. B. *Arzney kunst, Arzney meng kunst*.

PHARMACOPOEVS, siue SEPLASIARIUS, est vir Pharmaciae peritus, qui nouit medicamenta colligere, eligere, præparare, et tum componere. Ex *φάρμακον*, medicamentum, et *ποίησις*, facio. Ge. *Ein Apotheker*. G. *Apothicaire*. A. *A seller, or preparer of medicin, Apothecar*. B. *Een Apotheker, Arzney-bereider, Kruid-mengar*.

PHARMACOCHYMIA, est illa Chymia, quae tantum praeparationes medicamentorum tradit, quae sanitati humanae inferuiant, seu idem quod *Chymia pharmaceutica*. Ge. *Chymische Arzneypbereitung*. G. *Medicinale Chymique*. A. *Chymical Medicine*. B. *Chymische Arzney-Konst*.

PHARMACOPOLA, est is, qui medicamenta simplicia et composita didendit. Ex *φάρμακον*, medicamentum, et *πώλις*, vendo. Ge. *Apotheker*. G. *Apothicaire*. A. *An Apothecary*. B. *Apotheker*, *Kruid bereider*. — Locus etiam, praeparandis et vendendis medicamentis destinatus, vocatur *Pharmacopolium*. Si portatilis sit huiusmodi cista plura medicamenta recondens, *Pharmacotheca* dicitur. Ge. *Reiseapothefe*.

PHARMACVM, BENEDIIVM, seu MEDICAMENTVM, est, quicquid morbos in corpore animali impugnat et profligat, estque vel *actuale*, vel *potentiale*; *simplex*, vel *compositum*: *dogmaticum*, vel *empiricum*; *externum*, vel *internum*; *naturale*, vel *artificiale*. A *φάρμακόν*, medicamenta conficito, vel a *φάρμα*, ferre, et *ἀκος*, medela. Ge. *Eine Arznei*. G. *Medicine*, *Remede*. A. *A Medicine*, *Remedy*, *Physic*. B. *Een Medicament*, *Genees-middel*. — Aliquando tamen haec vox etiam *Venenum* denotat.

PHARYNGETRVM, nunc pro pharynge, nunc pro osse hyoidis sumitur.

PHARYNGOTOMIA, nonnullis i. q. *Laryngotomia*, vel *Oesophagosomia*. Proprie tamen sectio posterioris partis faucium hoc nomine insigniri debet. Hinc lanceola, qua abcessus ad amygdalas, s. posteriorem faucium partem, sibi aperiuntur, *Culter pharyngotomus*, vel simpliciter *Pharyngotomus* vocatur. G. *Pharyngotome*.

PHARYNX, est superior pars Oesophagi, in formam quasi infundibuli dilatata, vertebris colli incumbens, interius membrana mucosa tecta: mouetur et constat e stratis fibrarum muscularium partibus vicinis adnexis, quorum alia dilatationi eius, alia constrictioni, in deglutitione inferuiunt, et a varia insertione variis nominibus distinguuntur. Sic muscoli Cephopharyngaei, Stylopharyngaei, Pterygopharyngaei, Mylopharyngaei, Glossopharyngaei, Pharyngem dilatant; Hyopharyngaei, Thyreopharyngaei, Cricopharyngaei et Chondropharyngaei eum constringunt. *Albinus* plurimos horum muscutorum sub constrictore pharyngis inferiore, medio et superiore comprehendit. Pharynx vocatur a *φαγω*, comedo, deglutio. Latinis et *Fauces*, et *Frumen* Donato. Gr. *Φαρυγγιον*, *Ἀσφάλαιος*, *Βεβύλος*. Ge. *Der Schlund*. G. *Le Pharynx*. A. *The Upper part of the Gullet*. B. *Het Keel-gas*.

PHASEOLVS, et **PHASELVS**, est plantae genus flore papilionaceo, (Diadelph. Decandr.) carina angusta, spiraliter contra solem reuoluta. Species eius frequentissima est Phaseolus maior *Bauh.* *Phaseolus vulgaris* caule volubili, floribus racemosis geminis, bracteis calyce minoribus, leguminibus pendulis *Lin.* Habet haec folia ternata, venosa. Calyx est monophyllus, bilabiatus. Flores sunt leguminosi, papilionacei, albi. Flori succedit siliqua longa, in acumen desinens, in initio viridis, post maturitatem albescens, in duas partes dehiscens, foeta seminibus reniformibus, quae semina *Phaseoli* dicuntur, plerumque albi, tamen aliquando inueniuntur nigri, rubicundi, et vario colore instructi. Haec planta olim ex India adlata abunde apud nos cum *Phaseolo coccineo* et *nano* *Lin.* colitur, eiusque siliquae immaturae esistantur. Qualitatis sunt aquoso-farinaceae, viribusque nutrientibus, at simul statulentis, pollut. Gr. *Δαλιχος*. Nomen ab effigie et longitudine siliquarum, aut fructus, accepit, qui lintrem, lembumque, seu nauiculam, exprimum. Ge. *Welsche Schminkebohnen*, *Wittbohnen*. G. *Haricots*. A. *Kidney Beans*. B. *Turksche*, *of Roomsche Boon*.

PHEGOPYRVM, i. q. *Fagopyrum*.

PELLANDRIVM, est planta umbellifera, (Pentandr. Digyn.) Cicutae fere aemula, odore Sii, habetque caulem crassissimum, striatum, excauatum, nodosum, in multos ramos diuisum, qui rami se in alas extendunt. Folia ampla, in margine incisa, saporis grati, aliquantulum acris. Flores rosacei e quinque petalis acuminatis cordato-inflexis constantes in summitate caulium crescunt. Semina sibi inuicem iuncta, Aniso crassiora, obrotunda, fere oqualia, compressa, odorata, nigricantia, coronata perianthio et pistillo. Qualitas huius plantae; aequae ac Cicutae, virulenta habetur, sunt tamen, qui eius semine eximio cum fructu in vitis lymphae ulceribusque inueteratis etc. vsi sunt. Crescit in locis aquaticis. Forte a *Πελλεδον*, fluito suberis more, et *Κυδοποιαν*, virite robur assumo: in aquis enim non tarde fluentibus in trepide quasi et viriliter se erigit. Ge. *Wersat*, *Wasserschierling*. G. *Cigue aquatique*, *Cigue en marrer*, *Cigue d'eau*. A. *Wasser-Hemlock*. B. *Wasser-Scheerling*.

PELLODRYS, Suberis est arbor. A *Πελαδς*, suber, et *δρυς*, quercus. Ge. *Korkeichenbaum*, *Pantoffelholz*. B. *Korkeboom*.

PELLOS, vide *Suber*.

PIAZA, dicitur vas vitreum ex ventre amplo in modum sphaerae rotundae, gracilem canalem in proceritatem emit-

rens. Eius usus frequens chymicis, in variis operationibus. Ge. Eine Pbiolē. G. Une Pbiolē. A. AVial, Pbiak. B. Een Pbiol glas.

PHILADELPHVS, est planta, vel arbuscula, *Syringa Tourn.* (Icosandr. Monogyn.) calyce monophylla, quadripartito; corolla tetrapetala, capsula ovali, utriusque acuminata, calyce per medium cincta, quadriloculari, quadrivalvi, polysperma. Flores spicatum in extremitatibus ramorum nascuntur. Ob florum fragrantiam in hortis colitur. Nomen habet a *φίλος*, amare, et *ἀδελφός*, frater, quod rami suis sibi implicantur, seque fratrum instar amplectantur. Ge. *Dentscher Jasmin*. G. *Seringal*. A. *Syringa*.

PHILANTHROPUS, est *Aparine*. Sic dicitur, quod praeferentium vestibus adhaeret. Ex *φίλος*, amans, et *άνθρωπος*, homo. Vide *Aparine*.

PHILIATROS, PHILIATER, est is, qui medicam artem amat, et illi operam dat. Ex *φίλος*, amator, et *ιατρός*, medicus. Ge. *Der Arzenev Beslisseter*. B. *Een Liefhebber der Arzenev*.

PHILIPENDULA, est i. q. *Filipendula*.

PHILLITIS, vide *Phyllitis*.

PHILLYREA, et PHYLLEINEA, est planta, vel arbor, (*Diandr. Monogyn.*) quae habet folia oblonga, coniugata, semper virentia. Flos est monopetalus, campaniformis, quadripartitus; calyce quadrifido, contentus. Quarium in fundo calycis fit fructus unilocularis, semine rotundo, unico. Colitur passim in hortis, et ad sepes viuas et viridaria adhibetur. Flores cum aceto contusi, frontique applicati capitis dolores tollunt. Dictam volunt, quod in tenues assulas, siue Phyliras, discerpatur. Alii deriuant a *φιλία*, cortex, propter corticis utilitatem, vel dicitur a *Phillyra*, Saturni filio. Ge. *Phillyrea*. G. *Especie de Troina*. A. *Mock-priver*.

PHILOCHYMICVS, dicitur is, qui chymiam amat. Ex *φίλος*, amator, et *χυμικός*, artis chymicae peritus. Ge. *Een Liebhaber der Scheidekunst*. B. *Een Liefhebber der Chymia*.

PHILONIVM, est medicamentum electuarii consistens, et quia recipit opium, opiatis annumeratur, estque vel *Pescicum*, vel Romanum. Ita ab inuentore *Phylone*, qui tempore Augusti floruit, vocatur. Sed huius medicaminis variae occurrunt descriptiones.

PHILOSOPHICA CALCINATIO, vide *Calcinatio Philosophica*.

PHILOSOPHORVM OLEVM, vide *Laserium Oleum*, et *Oleum Laserium*.

PHILTRVM, est concavitas oblonga labro superiori impressa eamque diuidens, sic quasi amabile dicitur. — Sumitur quoque pro medicamento amorem conciliante. Hinc *Amatorium* dicitur *Plin.* *Amatorium poculum* *Cic.* Sed rationem potius turbare, aut venere[m] excitare, quam verum amorem inspirare posse, nefanda huiusmodi subdicia, rectius creduntur. Delirium talimodo excitatum *Phileromania* dicitur. *Gr.* *Φιλερω*, "love". *Go.* *Ein Liebestrank.* *Ga.* *Pbilsre.* *A.* *A Love Drink.* *B.* *Minnedrank.*

PHIMOSIS, veteribus in genere erat meatuum praeclosure, unde *Phimosi* palpebrarum, labiorum, uteri, narium dicebatur. Hodie hoc sub nomine intelligitur angustia praepitil, quae glandis denudationem impedit; estque vel naturalis, vel inflammatoria, venerea, etc. Etiam de *Phimosi* vaginae dictum est, quae pendet a syphilitica inflammatione labiarum et nympharum, ob vlcuscula rodentia. A quibus, obturamentum. *Ge.* *Engt der Vorhaut.* *G.* *Phimose.*

PHLASHIS, est fractura in osse plano, i. q. *Ολάσις*.

PHLEBORRHAGIA, est venarum ruptio. A *φληψ*, vena, et *ρρῆσις*, rumpo. *Ge.* *Aderbruch.* *G.* *Rupture de Veine.* *A.* *The Breaking of a Vein.* *B.* *Een Ader berst.*

PHLEBOTOMIA, est veharum sectio, quae non tantum sanguinis minuendi gratia, sed ad varios alios fines instituitur. Ex *φληψ*, vena, et *τομή*, secō. Vide *Venaesectio*. *Ge.* *Das Aderlassen, Desnung der Ader.* *G.* *Saignée.* *A.* *Cutting of a Vein, or bleeding.* *B.* *Kloedlaasing, Aderlaasing.*

PHLEBOTOMVS, est is, qui venas secat. — Item instrumentum, quo venae secantur. Ex *φληψ*, vena, et *τομή*, secō. *Ge.* *Eine Phlebotomie, Phlebotomie, Aderlaesser, Schnepper.* *G.* *A. Lancerse.* *B.* *Phlym, Lancer, Laayzer, Laarnes.*

PHLEGMA, siue **PITVITA**, est materia subalbida, limpidula, tenax, sero sanguinis crassior, ex sanguine crudo viscidoque, vel stagnatione diuturna lymphae tenuioris in cauis suis collectae, et tenuissimis particulis spoliatae, oriunda, et imprimis in cauis narium, ventriculi, intestinorum, etci haerens, quae naturalis, et corpori nostro utilis, illis partibus obliniendis inseruit. *Ge.* *Echleim.* *G.* *Phlegme, Pituita.* *A.* *Slime, Phlegm.* *B.* *Slym, Snot, Fluim.* — *Phlegma* nem est destillatus aquosus, a spirituoso liquore diuersus liquor, separatim ab hoc transcendens. Item nubeculae, quae in aquis destillatis aliquando apparent, *Phlegma* vocantur. — Apud *Hippocratem* inflammatio, seu *Phlegmasta*, sic saepe solet. — Sumitur quoque interdum pro excretionem viscidam.

PHLEGMAGOGA, sunt medicamenta pituitam educentia. Ex φλέγμα, pituita, et ἄγω, ducto. Ge. Schleimabführende Mittel. B. *Slym-dryvende, of loofsende Middelen.*

PHLEGMASIA, est inflammatio, aestus, ardo. Α φλέγμῃ, vro.—Alii hoc nomine classem morborum denotant, in quibus concurrit pyrexia continua, vel remittens, cum interna inflammatione, vel cum exanthematis. Vide *Pblegmone.*

PHLEGMATICI, sunt, qui solida laxa habent, et nimia pituita abundant. Ge. Ein Schleimblütiger. B. *Slymige Luiden.*

PHLEGMATIA, est intumescencia oedematosa artuum inferiorum, seu turgescencia mollis, non elastica, cuti concolor, indolens. Ge. Angelaufene Füße. G. *Oedeme, Infiltration des jambes.*

PHLEGMONE, siue INFLAMMATIO, Gr. Φλεγμονή, et Φλεγμονία, veteribus dicebatur omnis calor, naturae modum excedens. Recentioribus autem definitur stagnatio sanguinis rubicundi in vasis arteriosis, angustioribus, quam ut globuli rubri sanguinis transire possint, cum attritu sanguinis a tergo prementis, hinc coniungitur cum tumore, calore, rubedine, pulsatione et dolore loci. Etiam errore loci contingere credunt, si vasa naturaliter lympham vehentia in initio suo globulos rubros ob liquidi velocitatem et pressionem admittunt, vel quod ipsa vasa sanguinea fuerint angustata, vel quod liquidum transmittendum sit nimis crassum. Recentissimis tamen temporibus multi stagnationem et effusionem sanguinis in cellulosa telam in omni inflammatione fieri putant. Alii omnem obstructionem in inflammatione plane negant, creduntque potius sanguinem maiori impetu ad vasa inflammata ferri et per ea moueri, ita ut causa proxima inflammationis adhuc obscura sit. — Proprie *Pblegmone* quoque tumor inflammatorius partialis vocatur. Inflammatio vel resoluitur, vel in suppurationem, scirrhum, aut sphacelum, abit. Α φλέγμῃ, inflammo, vro. Ge. *Entzündung.* G. *Pblegmone, Inflammation.* A. *Inflammation.* B. *Onzsteeking.*

PHLEGMONODES, est inflammatio levis, tumens, phlegmonae similis. Ex φλεγμονή, inflammatio, et ἕδος, forma.

PHLEVM, est plantae genus ad gramineas pertinens, (Triandr. Digyn.) gluma uniflora, bivalui; corolla bivalui, calyce breviori, includente semen vnicum, subrotundum. Est Gramen typhoides *Baub.* et aliorum.

PHLOGISTICVS, vocatur sanguis, aut calore, aut motu iusto vehementiori eo dispositus, ut partes eius fibroso-gela-

tinosaë coeant atque cohaereant, et in superficie sanguinis e vena emissi crustam densam albicantem forment, quae crusta *Pseudo membrana*, vel *Membrana phlogistica*, haecque sanguinis dispositio *Lempor phlogisticus* vocatur. Apparet huiusmodi sanguis in morbis inflammatoriis, praecipue *Pleuritide*. Hinc etiam *Pleuriticus* dicitur. Ge. Ein cutzündetes Blut. G. Le Sang coënné. A. Sixty blood.

PHLOGISTON, chymicis dicitur sulphur, seu inflammabile in genere, id scilicet, quod igni concipiendo et alendo proprium est. Ge. Brennliches Wesen, Entzündbar. Ga. Phlogistique.

PHLOGIVM, est *Violae* species. Eius-nomen videtur impositum ἀπὸ τῆς φλογός, a flamma, et ἰών, Viola, quod ex *Violae* sit genere, floremque, in quo flammæ quid emicet, habeat.

PHLOGMOS, vt et PHLOMOS, et PHLOX, vocatur *Verbascum*, quia flammæ, seu facis in modum assurgit: φλόξ enim est flamma. Ge. Wollkraut, Rerjenkraut, Köniagsferze. G. Bouillon blanc, Mallaiue, ou Bon-bomme. A. Woll-wort, Mullien, Highraper. B. Wolle-kruid, Wolle-bladen, Toorts-kruid. Vide *Verbascum*. — *Phlox* Ill. *Linnaeo* est plantæ genus, (Pentandr. Monogyn.) calyce monophyllo, cylindraceo, quinquedentato; corolla monopetala hypocrateriformi; capsula ouata, trigona, triloculari, triualui.

PHLOGOSIS, idem quod *Pblegmonæ*. Α φλογίσι, incendio. — Aliis tantum est minor caloris febrilis gradus, quem scilicet subito in facie oritur rubedo cum quadam incallescencia breui euanescente. Ge. Fliegende Hitze. G. Phlogose. A. Flus-bing. B. Ontsteeking.

PHLYCTAENA, siue PAPVLA, est pustula, vel vesicula in cute excitata, alba, basi inflammata, rupta dolens; oriunda a stagnatione lymphæ in vas lymphaticis, vel a ruptione et effusione lymphæ ex suis vasculis. Ge. Wasser-blattern, Blätterlein. Ga. Bouton, Phlicène, Pustule. A. Blisfers. B. Water puist, Blaaren. — Ita etiam vocatur collectio puris sub cornea tunica, ab ulcusculo. Arab. Saphari, ab aliis Ignis sylvestris appellatur. Item Φλύκταινα, φλυκτίς, φλυκταίων *Galeno*, α φλυκταίνουαι, in pustulas erumpo, vel ἀπὸ τοῦ φλόγιν, vel φλόγιν, quod bullire et feruere est, pustulae et vesiculae quasi a feruentibus et acerrimis humoribus excitatae, iis, quae ab igne, vel feruente aqua, excitantur, similes. Ge. Hitzpocken, hitzige Blattern, das wilde Feuer, Nachtbrand. G. Phlicène, seu volage. A. The wild Fire. B. Het wild Vuur, vuurige Blaarsjes.

PHLYCTAENODES, sunt pustulae Phlyctaeis similes.

PHLYSACIVM, i. q. *Phlyctaeina*.

PHLYSIS, i. q. *Phlyctaeina*.

PHOENICIVS MORBUS, idem quod *Elephantiasis*. Sic vocatus forte, quia in Phoenicia aliisque Orientalibus plagis grassatur, vel a colore rutilante. Est et nomen alicuius emplastri.

PHOENIGMVS, est morbus apyretus cutis rubedine diffusus, maculata, virgata, vel punctato notatus, qui ab aliis morbis exanthematicis differt, quod nulla febre stipatus sit, et magnam cutis partem oblidat. Oritur interdum a venenis vegetabilibus et animalibus. Ge. Art von Nesselsucht. G. *Itère rouge*. — *Phoenigmur*, est quoque medicamentum, quod in cute per aliquod tempus applicatum, sua valida actione rubedinem excitat, hinc et *Rubefaciens* dicitur, ut et *Drapax* et *Sinapismus*. A *φουλεω*, rubefacio. Ge. *Itte heide, rothmachende Mittel*. B. *Vet. roodmakend en blaar-trekend Middelen*.

PHOENIX, est Palma, seu *Dactyli* arbor, scilicet *Phoenix dactylifera* frondibus pinnatis, foliis complicatis ensiformibus, Linn. in India utraque proveniens. Vide *Dactylus*. Quasi *φολιξ*, a sanguineo cruentoque quarundam palmarum dicitur colore. A *φουλεω*, rubefacio. Ge. *Dattel* oder *Palmbaum*. G. *Palmier*. A. *Date-tree, Palm tree*. B. *Dadel boom*. — *Phoenix* quoque dicitur nonnullis *Lolium* perenne Linn.

PHOSPHORVS: solent in universum quaevis fere corpora, quae in tenebris lucem spargunt, hoc nomine insigniri et phosphorescentia dici, ut v. c. ligni putrescentis frustula, barometra phosphorescentia, varia insecta, etc. Ut plurimum vero ita appellantur sulphuris artificialis quaedam genera, quae aeri exposita sponte motum igneum ita subeunt, ut vel luceant tantum, vel vere exardescant. Hinc duplex Phosphori genus a physicis distinguitur. Unum *Lucentes*, seu *Lucidos*, comprehendit, e. g. illum *Balduni*, qui ex creta, seu terra calcarea quavis, cum acido nitri evaporatione et calcinatione fit; *Marggrafii*, quem ex calcinatis peculiari-artificio lapidibus gypseis, potissimum ex spatho, s. lapide Bononiensi, parare solent; *Homburgii*, qui fit, si bacilli ferrei sale ammoniaco fixo, seu calcis viuae in acido salis solutione incrustantur; *Cantoni*, qui obtinetur, si tres partes calcis ostrearum et una storum sulphuris calcinantur. Alterum genus *Phosphores ardentes* sinit, cuius notissima species ea est, quae ex urina conficitur, et vel *Anglicanus phosphorus*, vel ab inventoribus *Kunckelianus*, *Boyleanus*, *Brandianus*, *Kraftmannus*, vel et, quod vulgatissimum, *Vinae phosphorus* dicitur. Ensil-

mabant olim chymici, constare istam speciem ex salis communis, cuius magnam copiam vrina continet, acido, cum phlogisto combinato. Sed comprobantur recentiores, imprimis *Marggrafus*, celeberrimus ille Berolinensis chemicus, praeter phlogiston et terram quandam vitrescibilem, ei inesse proprium quoddam ac peculiare acidum, quod nunc et *Phosphorinum* appellant. Hoc autem vna cum sale alcalino volatili, aut forte etiam cum alcali fixo, (vterque enim sal vrinæ inest) in vrina sal quoddam medium singulare format, quod *microcosmicum*, seu *fasibile vrinæ*, vocatur. Solet verò *Phosphorus vrinæ*, si cuidam corpori duriori affricatur, ardere, fumumque specifico et arsenicali odore fere praeditum spargere, viuidissimeque lucere. Paratur quondam paullo opeosiori labore, quem variâ, vt *Kunckelius* aliique descriperunt, sed contraxit eam difficillorem methodum *Marggrafus* in suis Opusculis chemicis, eumque faciliori modo praeparare docuit. Olim phosphorus vrinæ in medicos usus, vt diaphoreticum et analepticum vocabatur, sed fere nunc ad obsoleta medicamenta pertinet, licet omnino subtilissimum et efficacissimum forte remedium sit. Cum eo in multis proprietatibus *Pyrophorus* continet, de quo suo loco vide. *Ge. Phosphorus.* G. A. B. *Phosphorus.*

PHRAGMITES ARVNEO; sic dicitur, quod inde sepes fiant. Ex *φραγμις*, sepio: *φραγμις* enim est septum.

PHRENES, sunt *Praecordia*, idem quoque quod *Diaphragma*.

PHRENESIS, i. q. *Phrenitis*.

PHRENICAE, seu DIAPHRAGMATICAE ARTERIAE, sunt duae exiguae arteriae ex ipso trunco Aortae inter appendices diaphragmatis transeunte orientes et in diaphragma distributae.

PHRENICI NERVI, seu DIAPHRAGMATICI, sunt duo trunci nervi insignis longitudinis, tribus radicibus a secundo, tertio et quarto pari nervorum cervicalium vtrinque orientes, inter claviculam et arteriam subclaviam in thoracem descendentes, et facta cum primo nervo dorsali et intercostali magno communicatione, iuxta pericardium decurrentes, qui tandem innumeris ramulis in superiorem et inferiorem diaphragmatis muscolum distribuuntur, et partim cum ipsis nervis abdominalibus et propaginibus Ganglii semilunaris coniunguntur.

PHRENITIASIS, i. q. *Phrenitis*.

PHRENITIS, PHRENITIASIS, seu PHRENESIS, est delirium cum febre acuta continua, saepe cum loquacitate,

furore et exandefcentia, inquietudine, rubore oculorum et faciei, adfpectu truculento, fputatione indecora, pulfu duro, refpiratione rara et magna, motu tremulo conuulfuo, fcreatu frequenti, parca potus affumtionone coniunctum, oriens vulgo ab inflammatione meningum atque cerebri. Vt plurimum in ætate iuuenili, tempore vernali et æftiuo, poft inſolationem, vel poft fpirituoforum abufum, vel vehementia animi pathe- mata, producitur: nam per infarcta et obftructa vafa cerebri turbatur functio fenforii communis, et obiecta animae non de- bite repræſentantur. Eft vero vel primaria, quando cerebrum immediate afficitur, vel ſecundaria, quæ febribus ardenti- bus ſuccedit, quando humoris morbifici portio ad cerebrum transfertur. A φηρ, mens, quia mens laborat. Ge. Entz- zündung des Gehirns, Lobfucht, Kopffranckheit. G. Phre- néſie. A. The Phreafy. B. Krankzinnigheit, razende Koorts.

PHRICE, PHRICIASIS, PHRICASMVS, PHRICIA, eſt fuccuſſio tremula coacta cutis cum ſenſu frigoris; vnde dif- fert a tremore, qui quandoque frigus febrile, aut catarrhale, comitatur; nam in tremore artus etiam fuccutiuntur, in ri- gore vero cutis corrugatur et exagitari videtur. Ge. Schauer. G. Friſſon. A. Shivering. B. Huivering, Schudding.

PHRICODES, eſt febris horridica, ſcilicet febris continua, in qua vna cum calore horrores ſentiuntur. Ex φηξ, horror, et εἶδος, forma. Ge. Schauerfiebet. G. Fieure Tremblante. A. Trembling Fever. B. Bevende Koorts.

PHRONTIS, vide *Panophobia*.

PHRYGANIVM, ſive CREMIVM, eſt ſuffrutex. Sic forte dicitur a cremando: φρύγανον enim, ſeu φφύρτανον, eſt cremare, æfacere, quia eius ſarmentis ignes ſtruuntur.

PHTHARTICVM, eſt medicamentum corrumpens et dele- terium. A φθάρω, corrumpo.

PHTHEIROCTONON, eſt *Scaphisagria*. Sic dicitur, quia eius ſemen pediculos enecat. A φθής, pediculus, et κτείνω, occido.

PHTHIRIASIS, ſive MORBVS PEDICVLARIS, eſt affe- ctio, qua verminat corpus, ſcatetque pediculis. In hominis corpore primo exiguae excitantur puſtulae, quæ ſi aperiantur, facile curantur, ſin minus, in grauem morbum pedicu- larem incidunt. Ge. Läuseſucht. G. Maladie Pediculaire. A. The Louy Evil. B. Luis-ziekte. — — — Aliud genus eſt, quod dicitur ἀγχιον, ſive ſerum, in quo pediculi lati, ſeu inguinales, qui etiam *Parræ*, vel *Plarulae*, dicuntur, inguinibus, interdum etiam barbae, ſuperciliis, et regioni

subaxillari, ita tenaciter adhaerent, vt diuelli nequeant. A φθρί-
 γιάμ, pediculis scateo. Ge. Filsläuse. G. *Morpions*. B. *Plaz-luis*.

PHYMIRION, i. q. *Phebeiroctonon*.

PHTHISICVS, est, qui tabe laborat. A φθίω, corrumpo:
 Ge. Ein Schwindsüchtiger. G. *Etique*. A. *A consumptive*.
 B. *Die de Teering beeft*.

PHTHISIS, TABES, Gr. Φθίσις, φθίσις, φθίσις νόσος *Plus*.
 Τηκεδών πόνη *Aretaeo*, est vniuersi corporis consumptio, ex pul-
 monum, vel alterius visceris nobilioris, scirrho, laelione, vel
 ulcere, orta, cum febre lenta et continua coniuncta; quam
 respiratio difficilis, genae rubrae, oculi cavi, vngues curui,
 sudores nocturni, anhelitus foetens, sputa saepe purulenta,
 et tussis comitantur; quae saepe haereditario quasi iure a
 parentibus contrahitur; vel peruersam thoracis conformatio-
 nem, haemoptoen, vel neglectos, aut male curatos, organo-
 rum respiratori inferuentium morbos inflammatorios sequit-
 ur. A φθίω, corrumpo. Ge. *Schwindsucht*, *Lungensucht*.
 G. *Phtisic*, *tubific*. A. *Ulceration of the Lungs*, *Consump-
 tion*, *Phtisick*. B. *Longe-zweer*, *Teering*.

PHTHOK, i. q. *Phtisic*.

PHTHORA, est *Napelli*, vel *Aconiti deleterii* species. A
 φθίω, corrumpo, perdo. Tela enim huius succo illita parant
 vulnera deleteria, nisi excisione perniciis anteuertatur. Vide
Staphys agria, *Thora*.

PHY, seu PHY, est *Valeriana*. Illa vox a Ponti incolis
 Graecis mutata. Dicitur velunt a putore grauique odore,
 mixto Nardeae suauitati, quem *Pbu*, seu *Pby*, aduerbio ad-
 mirantis et abhorrentis, aduersamur subodorati. Vide *Vale-
 riana*. Ge. *Salbrian*. G. *Valeriane*. A. *Valerian*. B.
Speer-kruid, *St. Joris-kruid*, *Valeriane*.

PHYGETHLON, siue PANVS, est tumor ex inflammatio-
 ne glandularum ortus, vt in peste circa inguina, vel sub
 axillis, etc. s. furunculus. Ge. Eine entzündete Deule,
 Schwär. G. *Clou*. A. *Boil*. B. *Een Buil*, *Klierontsteeking*.

PHYLACTERIVM, est amuleti species, qua venenati morbi
 arcentur.

PHYLLIREA, vide *Pbillyrea*.

PHYLLITIS, quasi foliosa herba, cum tota quasi folium
 sit. Vocatur etiam *Lingua ceruina*, et est *Scolopendrii*, vel
Asplenii, species. Sic dicitur, quod foliosus cespes appareat.
 Ex φάλλον, folium.

PHYLLVM, est *Mercurialis*. An sic dicatur per excellen-
 tiam ob frondes et folia? frondosa et foliosa enim est planta,
 et φάλλον est folium.

PHYMA, sive **TUBERCULUM**: generaliter sic vocatur omnis tumor praeternaturalis, praesertim in ambitu extremo corporis, a causa quacunque interna proveniens. Gr. *Φύμα*, et *Μόρον*. Quatuor, vel quinque generam sunt, *Verrucæ*, *Calli*, *Vari*, *Furunculi*, et *Hydroa*, sive defudationes, de quibus suo loco. — Aliis est tumor glandularum duntaxat; praecipue cervicalium, iugularium et subaxillarium, qui statim augetur, et ad suppurationem festinat. A *φύω*, cresco.

PHYMATODES, est tuberculum *Phymati* simile.

PHYMOSIS, i. q. *Phimosi*.

PHYMVS, et **PHYMOSIS**, i. q. *Phyma*.

PHYSALIS, est Lupulus, vel potius eius flores, seu umbellae. Forte dicitur a *φυσάω*, inflo, quia cerevisia cum Lupulo cocta facile in bullas eleuatur. — Eodem quoque nomine vocatur *Solanum vesicarium* ob vesicas: *φυσάω* enim est bulla, vesica. Vide *Lupulus*, et *Alkekengi*.

PHYSALOS, est buso, qui se mirum in modum inflare potest. A *φυσάω*, inflo.

PHYSCONIA, est intumescencia totius abdominis citra grauiditatem a volumine visceris cuiusdam aucto pendens. A *φυσάω*, inflo.

PHYSEMA, seu **PHYSESIS**, est inflatio in quacunque corporis parte, intestinis, vel abdomine, vt in tympanitide. — Item resina pini. A *φυσάω*, inflo.

PHYSESIS, i. q. *Physemæ*.

PHYSETER, vide *Sperma ceti*.

PHYSICA, est scientia rerum naturalium, quatenus sunt possibiles, vel quae examinat omnia, quae in toto vniuerso sunt, corpora, eorumque naturam, proprietates, actiones, etc. indagat. Medicina propterea est pars physicae, quatenus corpus humanum, omniaque, quae ad salutem eius tendunt, pro obiecto habet. Medici olim, antequam doctoris gradum obtinerent, dicebantur magistri in physica. Ge. *Naturkunde*. G. *Physique*. A. *Natural philosophy*. B. *Naturkunde*.

PHYSIOGNOMIA, est in vniuersum peritia in natura, hoc est, in creatis cognoscendis. Proprie tamen ea est scientia, qua animi indoles ex vultu cognoscitur et praesagiri potest. A *γινώσκω*, cognosco, et *φύσις*, natura. Ge. *Physiognomie*. G. *Physiognomie*.

PHYSIOGNOMICA sunt *Signa*, quibus nonnihil ex vultu praesagiri potest. Ex *φύσις*, natura, et *γινώσκω*, cognosco.

PHYSIOLOGIA, est medicinae pars, quae docet corporis humani constitutionem, quatenus sana est, quoad omnes eius partes, fabricam tam solidorum, quam partes et mixtionem fluidorum,

fluidorum, ex quibus constat, exhibens, legesque tradens, iuxta quas haec in se agant, et functiones suas absoluant, quatenam effecta producant, et cui-vsvi omnia destinata sint, vt sic oeconomia animalis atque sanitas conferueretur. Ex *φύσις*, natura, et *λέγω*, narro. Ge. Die Lehre vom gesunden Zustand, Physiologie. G. *Physiologie*. A. *Physiology*.

PHYSIS, i. q. *Natura*.

PHYSOCELE, i. q. *Pneumatocèle*.

PHYSOCEPHALVS, est tumor totius capitis emphysematosus, seu tensus, elasticus, sub digito crepitans. Hunc arte excitasse in tenellis infantibus, inflicto in vertice vulnuscule, et inflato per tubulum in telam cellulofam aere, ad commiserationem excitandam stipemque extorquendam sceleratos homines lego.

PHYSODES, est, quod flatibus abundat. A *φυσή*, inflo; et *ἴδος*, forma.

PHYSOMETRA, est constans permanensque tumor leuis, elasticus, vteri figuram et sedem referens in mulierum hypogastrio, pendens ab aere in cauo vteri contento. Ge. *Windsucht der Mutter*. G. *Tympanite de la matrice*.

PHYTEVMA, est plantae genus, (Pentandr. Monogyn.) calyce monophyllo quinquepartito, corolla stellata quinquepartita, laciniis recuruis; capsula subrotunda, triloculari, polysperma. Est Rapunculus *Tournefortii*. Huius etymon etsi omnibus plantis commune videatur, (quia *φύτεύω* omnes) tamen *φύτεύω* non tantum *plantare*, sed *producere*, *generare* ac *parere*, significat Haec cum ad amatoria maxime apta credatur, et sic ad generationem, prae aliis *φύτεύμα* est appellata.

PHYTOLACCA, Solanum racemosum americanum *Pluk.* *Phytolacca decandra* floribus decandris decagynis *L.* est planta ad plures pedes excrefcens, foliis amplis, mollibus, calyce nullo, floribus rosaceis pentapetalis racematim *descendentibus*, baccis orbiculatis, depressis, sulcis decem longitudinaliter exaratis, pistillis vmbilicatis, decem locularibus. Habitat in Virginia; passim tamen in hortis nostris colitur. Qualitatis est acris et drasticae; sunt tamen, qui succum baccarum expressum et inspissatum super eiusdem plantae folia extensum summo cum fructu cancro exulcerato applicari contendunt. G. *Raisin d'Amérique*. A. *American Nighshade*, *Porke Physic*.

PHYTOLOGIA, est vegetabilium et plantarum cognitio. Ex *φύτιον*, planta, et *λέγω*, dico. Ge. *Erkenntniß der Pflanzen*. B. *Plauskenning*. Vide *Botanica*.

PIA MATER, vide *Mater Tenuis*.

PICA, est appetitus vix superabilis eorum, quae quidem in nutrimentum commutari queunt, sed rariora, aut insueta sunt, vel eorum, quae neutiquam apta huic operi. Huius mali causam obseruationes docuere esse humorem acrem praedominantem in visceribus chylopoieticis, vel ad stomachum et intestina delatum, vix, nisi insueto assumto, compescendum: circuitum cruoris mutatum: affectionem peculiarem neruorum: imaginationem deprauatam; vnde virgines, grauidasque mulieres imprimis, mirabilis hic affectus occupat; raro autem viri eo infestantur, nisi qui aliquomodo hypochondriaci. Dicitur ita ab aue eiusdem nominis, quae globulos terrae esitare perhibetur. Vide *Cizza*, *Malacia*.

PICATIO, vide *Dropacismus*.

PICEA, Gr. Πικρα, est Abietis species, picem proferens. Vide *Pinus*.

PICRA, vide *Hiera Picra*.

PICRIS, sic nominatur Cichoreum, aliquando Hieracium, idque propter amaritudinem. Πικρα enim est amarum. Hodie tamen hoc nomine peculiare denotatur plantae genus flore semisfosculofo, (Syngenef. Polygam. Aequal.) seminibus ventricosis, obtusis, coronatis pappo plumoso.

PICROCHOLVS, est is, qui amaram bilem eructat, eaque abundat. Ex πικρα, amara, et χολα, bilis. Ge. Gallſüchtig. G. *Bilieux*. A. *Choleric*. B. *Galachrig*.

PICTONVM COLICA, in Indiis Occidentalibus familiaris, propter dolorum atrocitatem etiam *Colica nervosa* audit. Nomen a Pictonibus, Galliae incolis, obtinuit, quod et iis familiaris sit. Dicitur etiam *Colica sicca*, et si a Saturninis oriatur, *Colica saturnina*, vel *Pictorum*. Vide *Colica*. Ge. Die Blen- Töpfer- oder Mählercolik, Colik von Poitou. G. *La Colique des Peintres*, *Colique de Poitou*. A. *Dry belly-ach*, *Devonshire-Colick*.

PIESTRVM, est instrumentum chirurgicum ad contundenda ossa capitis in extrahendo foetu mortuo. Dicitur et *Pissorium* et *Contusorium*, et *Embryoblastes*.

PIGER HENRICVS, vide *Arbanor*.

PIGRIſſIA, est maxima corporis tarditas cum appetitu otii et somni, metuque defatigationis lassitudinisque; cuius causa physica non tam in macie, vel tabe, pinguedinis carnisque et succorum defectu, quam in succis non satis agilibus, et fibris motricibus laxis, consistit. Ideo qui pingues, carnosique, crassique sunt, longi item et ventre tumidi, solent pigri esse. At pigritia vnum est ex praecipuis scorbuti dicti signis atque symptomatibus; quae vero *Pigritia* aliquos tenet,

qui, cum alacres sunt vni rei, ad aliam segnes existunt, ea non morbus in motu corporis tardiore, sed animi hebetudo et aegritudo est ex aliis causis, cum corpore nimium agili. Gr. Ὄρως. Ge. Faulheit, Trägheit. G. Pareffe. A. Slothfulness, Idleness. B. Luiheid, Traagheid.

PILA, vocatur ille globus, aut puluillus, e linteo, vel corio, confectus, et pilis equinis factus, qui bracheriis insuitur, et in herniis exacte illis locis imponitur, quibus partes vitiose elabuntur, ad prolapsum hunc impediendum. Ge. Der Ball im Bruchband. G. La Pelotte.

PILA, species mortarii est, ex varia materia fabricata, vt aenea lapidea, vitrea, fistilitia, etc. Sumitur et pro pistillo. Ge. Ein Mörsel. G. Un Mortier. A. A Mortar. B. Een Mortier.

PILA MARINA, est fasciculus sphaericus pugni circiter magnitudine, constans e fibris implexis, conglutinatis Algarum, aliarumque plantarum marinarum, praecipue vero *Zosterae marinae* Linn. (Gynandr. Polyandr.) quae est Alga angustifolia vitriariorum Baub. Ruppia foliis linearibus obtusis Moerb. Reperitur passim in littore maris mediterranei. Olim contra strumas specificum credebatur remedium. Hodie vix in usu est. Ge. Meerball. G. Pelotte de mer

PILARIS MORBUS, i. q. *Phalangosis* et *Trichiasis*.

PILEVS, idem quod *Galea* in Foeru. — Item est instrumentum chirurgicum metallicum, ligneum, eburneum, vel etiam cereum, vndique in vertice perforatum, quod exulceratis papillis nutricum applicari solet pro commodiori lactatione, aut papillarum defensione. G. Ein Hütlein. B. Een Hoedje.

PILI, sunt corpora teretia et tenuia filamenti instar, solida, et facillime in quamcunque partem flexilia, variae formae et coloris, intus caua, seu substantia spongiosa, facta, in locis nonnullis exterioris ambitus corporis eminentia, per cutis poros penetrantia, radicem sub ea figentia bulbosam, multis vasculis ornatam, per pili substantiam distributis. Inseruiunt fotui partium, quibus supereminet, pororumque exhalantium defensionem, ne ab externis comprimantur. Diuiduntur in *Comatos*, quales sunt pili capitis, palpebrarum, etc. Et *Postnatos*, siue qui post natiuitatem crescunt, vt pili genarum, pudendorum, etc. Differunt inter se ratione loci, crassitie, longitudinis, et pro varietate loci variis nominibus distinguuntur. Sic pili sincipitis capilli, temporum cincinni, occipitis crines, palpebrarum cilii, narium vibrissae, menti barba, vel primi, lanugo et pappus, labii superioris mystax, pectinis pubes dicuntur. Ge. Das Haar. G. Cheveux, Poil. A. The Hair. B. Hair.

PILI, in plantis sunt ductus excretorii setacei, et caulis, vel folia huiusmodi pilis distinctis elongatis tecta *Pilosa* dicuntur.

PILOSELLA, est planta, dicta a copiosis pilis, quibus folia inuestiuntur. Vocatur etiam *Auricula muris* a similitudine foliorum. — *Pilosella* proprie est species *Hieracii*, planta scilicet flore semisfosculoso, semine papposo; *Hieracium pilosella* Linn. foliis integerrimis ovatis, subtus tomentosis, caule repente, scapo vniifloro. Habitat in Europae paucis aridis. Qualitas est amaræ et subadstringentis; hinc in infusis vulnerariis, diarrhoea, hæmorrhagiis et herniis laudatur. Ge. *Mänschlein*. G. *Piloselle*, *Orcille de rat*. A. *Moufe ear*. B. *Muizen-oor*.

PILVLA, siue **CATAPOTIVM**, est medicamentum solidum sphaericæ figuræ, pisi vt plurimum magnitudine, ex pulueribus, gummis, extractis, etc. glutinoso liquore exceptis, efformatum, deglutitioni faciliori inseruiens. Ge. *Pillen*. G. *Pillules*. A. *Pills*. B. *Pillen*.

PILVM, i. q. *Pistillum*.

PIMENTA, vide *Piper Iamaicense*, vel *Amomum*.

PIMPINELLA: variæ hoc sub nomine plantæ in vsum medico sunt: Pimpinella sanguisorba maior *Baub. Sanguisorba officinalis* spicis ovatis Linn. (Tetrandr. Monogyn.). Ge. *Hibernell*, *Blutkraut*, *Sperberkraut*. G. *Pimpernelle*. A. *Burnet*. B. *Pimpinell*. — Habet hæc caules rubros, angulosos, ramosos; folia oblonga, aut obrotunda, in margine dentata, bina vni costæ adhærentia. Flores sunt monopetali, rotati, plerumque quadrifidi ad centrum vsque, quatuor ornati staminibus, praelongis, bracteis vero herbaceis, minutis, vix conspicuis, vnde apetalos eos esse alii pronunciant. Ovarium fit fructus quadrangularis plerumque, vtrimque acutus, modo vnicapsularis, modo bicapsularis, foetus seminibus oblongis, coloris fusci, vel subrufi, saporis subamari, adstringentis; odoris tenuis non ingrati. Hæc planta crescit in pratis et montibus. Dicitur etiam *Pampinella*, *Bipinella*, seu *Bipennula*, quibusdam *Pompenella*, quia pepones olet. Ideoque forte corrupta vox a pepone erit. Alii nomen deducunt a foliorum binis ordinibus, pinnatim, siue plumatim, digestis. Vocatur *Sanguisorba*, quoniam radix ob virtutem suam adstringentem sanguinem quasi absorbet, et in hæmorrhagiis conducit. — *Pimpinella* vero *italica offic.* est Pimpinella sanguisorba minor hirsuta *Baub. Poserium sanguisorba* inerme, caulibus subangulosis Linn. (Monoec. Polyandr.) calyce triphyllto, corollâ monopetalâ; quadripartita, et post foemineos flores bacca exsucca, anguâ

lata, seminibus tetragonis, vtrinque acuminatis. Ge. *Welsche Pimpinelle*. G. *Pimpernelle d'Italie*. B. *Groote Pimpinell*, *Pimpernell*. — Crescit haec in Europa australiori, eiusque et folia et semina ob virtutem subadstringentem et vulnerariam in infusis passim contra haemorrhagias et alui fluxum commendantur. *Pimpinella* denique nostras est *Pimpinella saxifraga* maior altera *Bauh. Pimpinella saxifraga* foliis pinnatis, foliolis radicalibus subrotundis, summis linearibus *Linn.* (tent. Dig.) quae est planta umbellifera, passim in campis et pratis nostris proueniens. Nonnulli *Tragoselinum officin.* vocant, et in solo calcareo crescens in varietatem, scilicet *Pimpinellam saxifragam nigram* degenerat. G. *Weisse*, oder *schwarze Pimpinelle*, *Steinpimpinelle*, *deutsche Eberiaurzel*. G. *Bouquetine*. A. *Burnet saxifrage*. B. *Steebreck*, *Beuernaar*, *Beuernel*. — Radix eius frequentissimo in vsu est. Qualitatis est acris et hircinae, sed eximiis viribus resoluentibus et anticatarrhalibus gaudet. Additur vel decoctis, vel essentia eius in morbis lymphaticis propinatur. Sine vehiculo deglutita in angina tantum serosa, non vero inflammatoria, prodest.

PINASTER, i. q. *Pinus sylvestris*.

PINEA, PINEOLI, vide *Pinus*.

PINEALIS GLANDULA, vide *Conarium*.

PINGVEDO, vide *Adeps*.

PINGVICULA, s. *Sanicula montana*, flore calcareo donato *Bauh.* est planta flore monopetalo ringente, nectario corniculato, e basi petali postice producto, (Diandr. Monogyn.) capsula ouata, uniloculari, polysperma. Habitat in vliginosis Europae. Folia ouata, integra, splendentia, et quasi virgine obducta, humi repunt. Rarius haec planta in usum medicum adhibetur, licet viribus consolidantibus gaudere videatur. In aqua decocta aluum mouet. Lac foliis superfusum spissescit, nec facile coagulatur. Quibus deuorata planta noxia creditur. Ge. *Sonenthau*, *Butterwurzel*, *Schmeerwurzel*. G. *Grassette*. A. *Butterwort*, *Whiteroot*.

PINNA AVRIS, est superior et latior pars ipsius auris, quae et *Ala* dicitur. G. *Das ganze Auswendige des Ohrs*. B. *De Oor-rop*.

PINNA NASI, vide in *Pterygium* et *Ala*.

PINNATA, botanicis dicuntur *folia*, petiolo simplici lateribus adnacente foliola plura.

PINVS : duae potissimum arborum coniferarum et foliis sempervirentibus instructarum species, quae hoc nomine insigniuntur, ad officinas pharmaceuticas pertinent, scilicet : 1) *Pinus sylvestris*, foliis genuinis, primordialis solitariis glabris *Linn.* Ge. *Kiefer*, *Föhre*, *Kienbaum*. G. *Pin des*

bois. A. *Wild Pine, Pine-tree.* B. *Wilde Pyn-boom, Sparr-boom*, quae abunde in syluis nostris siccoribus prouenit, et ex qua praeter usum mechanicum et igniarium etiam *Terebinthina communis* elicitor. Turiones eius, male Strobili, vel Coni dicti, in scorbuto vtilissimi sunt. Cortex quoque, folia et lignum in hoc morbo, vti quoque vna cum turionibus in lue venerea et aliis lymphaticis morbis laudantur. Cortex exterior ruber adstringens est et balsamicus, atque in fluore albo aliisque eiusmodi morbis a variis commendatur. *Pix* quoque *liquida* et *solida* in variis locis ex ligno huius arboris praeparatur. Vide *Pix*. — Altera est 2) *Pinus sativa* *Bauh.* seu *Pinus pinea* foliis geminis, primordialibus solitariis, ciliatis *Linn.* Ge. *Pinien*, oder *Pinienbaum*. Ga. *Pin-Pignier.* A. *Cultiuared Pine-tree.* B. *Tamme Pyn-boom.* Haec in Europa australi nascitur, eiusque semina sub nomine *Pinearum* ob qualitatem dulcem, demulcentem et nutrientem in cibis, iusculis et emulsionibus adhibentur. Nonnulli ea in stranguria et tabe commendant, sed quae in officinis apud nos seruantur, fere semper rancida sunt. Genus vero botanicum *Linnac.* *Pinus*, quod has duas species comprehendit, ad Monoec. Adelpii. pertinet. Plures tamen eiusdem species huc notandae sunt, vt: *Pinus Mugo* G. *Krummholzbaum*. G. *Pin de Montagne*, ex qua *Balsamus Hungaricus*, sponte ex ramis effluens et *Oleum remplinum*, G. *Krummholzöl*, ex ramis et conis destillatione obtinentur. — Porro *Pinus cembra* *Linn.* Ge. *Zürbelnustiefer.* G. *Aluiez, ou Arobe*, ex qua *Balsamus Carpathicus*, seu *Balsamus e Libano*, praeparatur. — *Pinus Larix*, ex qua *Terebinthina veneta* est. Vide *Larix*. — *Pinus picea* *Linn.* s. *Abies mas*, vel *alba*. Ge. *Weißtanne*. Vide *Abies*, ex qua in multis locis *Terebinthina communis*, s. *Argentorazensis*, educitur. — *Pinus abies* *Linn.* seu *Abies*, vel *Picea*, Ge. *Tichte*, *Rothtanne*. G. *Pesse*. A. *Fir*, cuius variones, resina, pix, etc. etiam adhibentur. Resina sponte exstillans *Thus* dicitur. — *Pinus balsamea* *Linn.* Ge. *Die Gileadische Balsamtanne*. G. *Baumier de Gilead*. A. *Balm of Gilead Fir*, ex qua arbore Americae septentrionalis *Terebinthinae* species exsudat, quae in Anglia *Balsamo Gileadensi* substituitur, et denique *Pinus Canadensis* *Linn.* Ge. *Die weiße Nordamerikanische Tichte*, ex qua *Balsamum* sic dictum *Canadense* officinarum Anglicarum est. — *Pinus* in vniuersum Gr. *Πεύον*, et *πίτρον*, vnde forte *Pinus*.

PIPER: eius sunt variae species, vti *vulgare Piper*, siue *nigrum*, *Malatropiper* Gr. dictum. Secundo, *Album*, siue *Leucopiper*, et *Langum*, Gr. *Macropiper*. In Malabaria maxima

Piperis prouenit quantitas; nascitur et in Malacca, insulis Iauae vicinis, Sunda et Cuda, aliisque locis. Seritur ad radices alterius arboris, ad cuius vsque fastigium sese conuolendo scandere solet, foliis raris, Mali assyrii effigie, sed minoribus, et per extremum acutis, virentibus, gustu acri. Fructus uvarum fere modo racematim cohaeret, quamuis racemi et fructus minores sint. Flores sunt apetalis antheris duabus, (Diandr. Trigyn.) bacca subrotunda, uniloculari, monosperma. Est *Piper nigrum* foliis ouatis subsepteneruiis glabris, petiolis simplicissimis Linn. cuius semen, detracto per macerationem cortice exteriori nigro, *Piper album* dicitur. — *Piper longum* foliis cordatis petiolatis fessilibusque L. est foliis tenerioribus et pallidius virentibus. — *Piper Iamaicense*, s. *Pimenta* Anglorum, est fructus, seu bacca ante maturitatem auulsa et exsiccata Arboris in Iamaica prouenientis, quae est *Myrtus pimenta* foliis alternis Linn. Myrtus arborea aromatica foliis laurinis Sloan. Dicitur quoque *Amomum*, et *Cocculus Indus aromaticus*, et pro *Amomo Plinii* a nonnullis haberetur, licet nobis vix a duobus saeculis innotuerit. — *Piper Hispanicum*, vel *Indicum*, vide *Capsicum*. Cuncta haec aromata, quae Piperis sub nomine ex India nobis adferuntur; gaudent qualitate acri, resinosa, feruida, viribusque calefacientibus, stimulantibus atque stomachicis; hinc praeter usum culinarium frequentissimum ad cibos condiendos, plura quoque medicamenta composita ingrediuntur. Ge. Pfeffer. G. Poivre. A. Pepper. B. Peper.

PIPERITIS, est planta, cuius folia et praesertim radices acrem et mordicantem habent saporem, ideoque a piperis acrimonia nomen mutuatur. Vide *Lepidium*. Ge. Pfefferkraut. Pfefferling. G. Passerage, Poivrée. A. Ditzammer, Pepper-wort. B. Peper-kruid.

PISO, i. q. *Mortarium*.

PISSASPALTUS, s. PISSASPALTUM, est bitumen molle, nigricans, plus, vel minus graueolens, *narium*, vel *fachitium*. *Narium* describitur a *Dioscoride*; atque nihil aliud esse videtur, quam *Asphaltus*, de quo vide suo loco. *Fachitium* est mixtura ex pice ac bitumine, (vide et nomen accepit) videturque id esse, quod nostrates *Asphaltum* vocant, seu *Bitumen Iudaicum*. Non desunt, qui putant, Arabum esse *Mumiam*. Attamen ipso vocis sono medium quid picem inter et bitumen notat; nigrum, terrenum, graueolens. Ge. Erdharz. G. Pissaspalte, Poix minérale.

PISSLEON, s. PISSLEON, vide *Pix* et *Persiculum*.

PISTACIA; PISTACIUM, TEREBINTHUS *Tournef.* est arbor flore amentaceo, (Dioec. Pentandr.) Pistacia peregrina, fructu racemoso *Baub.* Pistacia vera, foliis impari-pinnatis, folioliis subouatis recuruis *Linn.* cuius flores foemini- ni ferunt drupam siccam, ouaram, et nucem eiusdem figurae, inclusam cortice lignoso, extus coloris sub-viridis, substantiae farinose-oleosae. Habitat haec arbor in Persia, Arabia, atque Syria, neque minus in Italia atque Sicilia colitur. Noces, quae inde vbertim ad nos transferuntur, ob qualitatem dulcem atque subpinguem, et virtutem nutrientem et demulcentem, tum in usu cibario, tum medico, frequenter adhibentur.—Ex alia generis *Linnaeani* specie, seu Pistacia terebintho, obtinetur Terebinthina sic dicta Cypria, vti Mastix ex Pistacia lentisco eiusd. Ge. Pistazienbaum. G. Pistachier. A. Pistachree. B. Pistassie-boom, Pisticen, Pimpernoor-boom.

PISTILLUM, est instrumentum pharmaceuticum, quo res in mortario tunduntur. G. Der Stämpfel, Reule des Mörsers. G. Le Pilon. A. A Peflle. B. Stempel. — In botanicis sic vocatur pars illa floris, quae eius centrum, inter stamina occupare solet, et plerumque pistilli oblongi pharmaceutici formam habet, Sumitur recte pro ovario, sive feminali conceptaculo; eoque sensu est foemininum plantae organum semper bene tectum, et in intimo floris centro vt plurimum dispositum, quod semina, quae vera sunt oua, vsque in perfectam maturitatem continet, conseruat, et ab externis iniuriis defendit, et, postquam foecundata sunt, vteri vicem gerit. Constat ergo pistillum e tribus partibus, scilicet *Stigmati*, quod pollinem masculinum excipit et humore suo emollit et aperit; *Stylo*, seu *rubo*, per quem materia foecundans defertur, et *Germine*, quod rudimenta seminum continet. Haec autem singula foetus ad instar umbilicali fune instructa assurgenti ex vtero stylo annectuntur, qui intus cauus est; et ad superiora exporretus in veram vaginam expanditur, quae diuersa plerumque figura praedita mirum in modum in extremis oris simbrata apparet. Hinc torum styli corpus, maxima autem eius superior pars, tubis Fallopijs non absimilis est. Ge. Die Fruchtröhre, Stempel. G. Le Pistille. B. Een Stamper.

PISTOLOCHIA, est Aristolochiae species, et quidem Aristolochia pistolochia dicta *Baub.* Aristolochia pistolochia foliis cordatis crenulatis, subtus reticulatis petiolatis, floribus solitariis *Linn.* (Gynand. Hexandr.) corollae labio incuruo. Radix eximie pollet viribus cephalicis, vulnerariis, aperitiuis, antihystericis et emmenagogis. Inde forte nomen ob-

tinuit, quasi fideliter partum expellens. Hinc eius nomen a *πίστες*, fidelis, et *αρχός*, puerpera, grauida, a *λέγω*, id est, *πείνω*, iaceo, scilicet *ἐν τῷ λέγει*, in lecto.

PISTOLOCHIA VIPERINA, vide *Serpentaria*.

PISUM, est planta flore papilionaceo, (Diadelph. Decand. dr.) cuius plures dantur species et varietates, colore, magnitudine et figura seminum distinctae. Pisum aruense *Bauh.* *Pisum sariuum* L. petiolis teretibus, stipulis inferne rotundatis, crenatis, pedunculis multifloris. Habet caules longos, cauos, fistulosos, fragiles, coloris viridis, albescentis, ramosos, repentis. Folia sunt oblonga, a caule quasi penetrata, caetera pinnata, costis apposita. Calyx est monophyllus, quinquefidus. Flores sunt leguminosi, albi, punctis purpureis instructi. Flori succedit siliqua longa, inflata, cylindrica, foeta seminibus subrotundis, viridibus, sed post siccitatem angulosis, albis, aut florescentibus. Radix est parua. Pisi gaudent qualitate dulci, sicca et farinosa, viribusque nutrientibus et flatulentis. Frequentissimus vsus culinaris, rarior medicus est. Sunt, qui decoctum pisorum contra tussim ab acrimonia orientem commendant. Siliquae virides remedium antiscorbaticam dicuntur. Gr. Πίσαρον, πιαρον, et *ἀκνιδος*, vel *ἀκνιδος*, nomen accepit, vel *ἀπὸ τῆς πτισσεως*, quod *decorricare* significat. Vel ab agro, vel vrbe Pisi, circa quam copiosissime olim nascebatur. *Lacyrbos* est oui vitellus cortice obductus; hinc pisa, quia cortice etiam vestiuntur, Gr. *Ακνιδος* nominant. G. Erbsen. G. Pois. A. Pear. B. Erwtren.

PITTACIVM, est pannus modicus, qui medicamento illitus, affecto loco imponitur. Proprie tabulam pice obductam significat. Πιττάκιον, πλάτρωμα, qui latior videtur, ut *Splenium* oblongior. *Splenium Plinio* a splenis figura, longiusculum proprie emplastrum est. Ge. Wundpflaster. G. *Emplastre pour les Playes*. A. A Wound-plaister. B. Wundpleister.

PITVITA, vide *Phlegma*.

PITVITARIA, vocatur *Staphys agria*, quia masticando pituitosam saliuam copiose elicit.

PITVITARIA GLANDULA, vide *Glandula pituitaria*.

PITYRIASIS, vide *Furfuraria*. A *πιτυρος*, furfur.

PITYROIDES, est urinae sedimentum furfuraceum. Ex *πιτυρος*, furfur, et *ιδος*, forma. Ge. *Steyenähnlicher Bodensatz im Urin*. B. *Zemelachrige Pis*.

PITYS, est *Pinus*, s. *Picea*, quasi a *πίος*, quia pingui abundat, vel a *πιττα*, siquidem ex ea pix desuit. Vide *Pinus*. Ge. *Steyenbaum*. B. *Pik-boom*.

PITYUSA, est *Efulae* species, *Tithymalus* foliis breuibus aculeatis *Baub.* *Euphorbia pityusa* *Liun.* (Dodecandr. Trigyn.) umbella quinquefida, bifida, inuolucellis ouatis, mucronatis, foliis lanceolatis; infimis inuolatis retrorsum imbricatis. Eiusdem cum reliquis huius generis, qualitatis est acris et causticae. Nomen forte habet, quia eius folia Pini foliis proxime accedunt. Hinc nomen venit a *πῖτρος*, Pīnus.

PIX, Gr. *Πῖσσα*, est pars resinoso-gummosa ex arboribus resinosis, ut Pinu, Abiete, Larice, Terebintho, Cedro, etc. vi ignis extorta, destillatio fit per descensum. Primo venit *pix liquida*, deinde crassior et crassissima. *Pix liquida* dicitur *Pisselaon Dioscoridis*. *Pix* illa, ubi dehuo coctione purgata, seu, si manis, dephlegmatur, aut destillatione liquor acidus et oleum aethereum elicitur, crassefcit magis et magis, diciturque *Pix sicca*, *Palimpissa*, *Pix naualis*, (quod nauibus picandis adhibeatur) non quod a nauibus maritimis derasa sit, quippe haec appellatur *Zopissa*. Praeter amplissimum usum *Picis* oeconomicum, etiam variae eius species in chirurgia tum ad euellendos capillos, tum ad vnguenta et emplastra adhibentur.—*Aqua picea*, s. *Infusum picis naualis*, s. *Picis liquidae*. Ge. *Therwasser*. A. *Tar-wasser* haud ita pridem remedium summe efficax in vitis lymphae, simulque aperitiuum, balsamicum, calefaciens et stimulans habitum est, eius tamen vsus multum hodie exoleuit. Infusum hoc destillatione liquorem acidum largitur, remanente substantia spongiosa, nigricante, amara, in aqua partim solubili. Ad dito puluere *Liquiritiae* parantur inde *Pilulae piceae Nosocom.* *Edimb.* Ge. *Pech*. G. *De la Poix*. A. *Pitch*. B. *Pek*, *Pik*.

PIX BURGUNDICA, est resina solida mollis, coloris flavo-bruni, saporis odorisque eiusdem, ac Terebinthina, quae ex resina Abietis forte paratur. Conf. *Pix* et *Colophonia*. Ge. *Burgundisches Pech*. G. *Poix de Bourgogne*. A. *Burgundy Pitch*.

PIX GRAECA, vide *Colophonia*.

PLACENTA PLANTARVM, est pars illa capsulis fructuum affixa, cui semen ipsum adhaerescit, et a qua alimentum ipsi subministratur.

PLACENTA SEMINVM, vide *Cor. ledon*.

PLACENTA VTERINA, seu *Hepar vterinum*. Substantia quasi fibroso-vasculosa, forma fere placentaе, sanguine plena, rotunda, liuida et comptessa, in humano foetu maturi diametri a sex ad duodecim pollices, crassitiei ab vtrius vna ad duas, et in partu naturali foetum exclusum illico sequens. Facies ei duae sunt; con-

caua, quae foetui obuertitur, et quam trunci vasorum umbilicalium pererrant, et conuexa, quae vterum respicit, pluribus tuberculis grandibus inaequalis. Constat e conuolutionibus ramulorum vasorum umbilicalium, substantia celluloso-fibrosa inter se connexorum, et vaginulis cellulosis a chorio natis. Nascitur ex pariete ipsius ouli, seu chorio, scilicet ea parte, quae in vtero accuratius radicitur, e qua fila efflorescunt in lacunas vteri se immittentia, et cum osculis vasorum communicantia, hinc quacunq; sede plus de vteri alimento recipitur, ibi vasa placentae maiora sunt. Est ergo placenta chorii portio, cuius vascula aucta et extensa sunt, et maxime cum natura conuenit, eam circa vteri fundum adhaerere, in circulum inter duas tubas, vt totum sibi fundum sumat; licet interdum et anterius, vel ad latera, adhaescatur, immo etiam in peculiari vteri serobe latuisse deprehensa sit. Homini vnica est placenta, saepe etiam gemellis, etsi non semper, vt et duabus similes sint, quae vere sunt vnica, et vni similes, quae verius duae. Plerumque tamen respondet numero foetuum, secus quam in animalibus ruminantibus, quibus numerosae sunt huiusmodi massae Cotyledones dictae. Vide *Cotyledon*. Placenta in parte concava recipit a foetu funiculum umbilicalem, et in hoc arterias duas umbilicales et venam umbilicalem, quae vasa in minimos ramulos distributa orificiis suis osculis internis vteri sese iungunt, sicque ad incrementum foetus primis diebus tenuissimum succum lymphaticum et lacteum, at sequenti tempore, orificiis magis dilatatis, sanguinem rubrum ex vtero absorbent, inque eum reuehunt, et sic circulum sanguinis inter matrem et foetum sustinent. Vide *Umbilicalis Funiculus*. Placenta, quae vna cum membranis post enixum foetum expellitur, *Secundinarum* nomine venit. Ge. *Die Mutterkuchen, die Nachgeburst, Aftergeburst*. G. *Le Gazeau, ou l'Arriere faix*. A. *After-birth, Placenta*. B. *De Nageboorte, Geboorte-koek, Moeder-koek*.

PLADAROSIS, PLADAROTES, sunt parua et mollia cystica, vel tunicata tubercula, internae parti palpebrarum accrescentia. Ge. *Speckbeulen an denen Augenliedern*. B. *Srukjes vlees aan de Oog-scheelen*.

PLAGVLAE, vocantur assulae illae, vel ferulae lignae, concavae, corio subducto saepe unitae, quibus ossa fracta circumdantur, et quae ligatura firmanantur, ne ossa fracta iamque reposita e situ debito dimoueantur. Ge. *Schient-Ge-Ais, Eclisse*. — Nonnullis etiam *Pulvilli* ex linteo Ge. *Dausch, Compressen*. G. *Compresses*, ita vocantur.

PLANETICA ARTHRITIS. Α *πλανή*, erro, vāgor. Idem quod *Arthritis Vaga*.

PLANTA, est vegetabile integrum, siue arborem velis, siue fruticem, siue herbam, estque corpus hygro-organicum, id est, quod constat diuersa solidarum partium fabrica, in quibus varii generis liquores evolutioni et nutritioni inservientes praeparantur mouenturque per radicem terrae affixum, vnde nutrimentum capiens crescit. Planta ergo, vel vegetabile, crescit et viuit, sicque a fossilibus omnibus differt, quod structura determinata gaudeat, ab animalibus, quod vera sensibilitate careat. Ge. Ein *Gewächs*, *Kraut*, *eine Pflanze*. G. *Une Plante*. A. B. *Plant*.

PLANTAGO, est plantae genus floribus spicatis, calyce quadripartito erecto; corolla monopetala persistente quadripartita, (Tetrandr. Monogyn.) capsula ouata, biloculari, horizontaliter dehiscente, dissepimento libero, polysperma. Huius generis numerosae sunt species. Frequentissime apud nos prouenientes et in vltum medicum adhibitae duae sunt: *Plantago larifolia maior Baub.* *Plantago maior* foliis ouatis glabris, scapo tereti, spica flosculis imbricatis *Linu.* et *Plantago angustifolia maior Baub.* *Plantago minor* foliis lanceolatis, spica subouata nuda, scapo angulato *Linu.* Prouenit vtraque in campis nostris apricis atque sterilibus, et qualitate herbacea, insipida et substripta, viribusque vulnerariis conuenit. Folia contusa bono cum effectu vulneribus applicantur. Prostat in officinis aqua destillata. Gr. *Ἀπογλυσσον*. Nomen deuenit a planta. Ge. *Wegerich*, *Wegbreit*. Ga. *Plantain*. A. *Plantain*, *Way-bread*. B. *Weeg-breed*.

PLANTAGO ANNUA, est *Psyllium*.

PLANTA NOCTIS, idem quod *Hydroa*, et *Sudamina*. Sic dicitur, quod a frigore nocturno potissimum inducatur.

PLANTA PEDIS, est pedis inferior carnosā et concaua pars, inter digitos et calcem, cuius muscoli ne laedantur, teguntur firma *Aponeurosi*, quae *plantaris* dicitur, et a calcis inferiori parte orta per totam plantam decurrit, omnesque adit digitos, sensimque in pinguedine euanescit. Ge. *Die Fußsolen*. G. *Plante du Pied*. A. *The Sole of the Foot*. B. *De Voet-zool*.

PLANTARIS MUSCULVS: ita eum vocarunt antiqui, quod credebant, musculum hunc, vt *Palmaris longus* volae manus, eodem modo *Aponeurosin* dare *Plantae* pedis, sed nequam ad illam pertingit. Oritur autem breui et gracili ventre a condylo externo ossis femoris, decurrit inter *Ca-*

Strocnemium et **Soleum** longo tendine, qui ab interiori parte iuxta tendinem Achillis inserit se calci, hinc actiue sua pedem extremum extendere iuuat. Ge. *Der Fußsohlenmuskel*. G. *Le Jambier grêle; dit vulgairement Plantaire*. A. *The Muscle of the Sole of the Foot*. B. *De Plant Spier*.

PLANVM, botanicis dicitur *folium*, vel *receptaculum*, cuius superficies aequalis est.

PLANVM OS, est pars ethmoidis ossis, seu ossium spongiosorum superiorum lamina exterior, quae superiorem lateralemque caui narium et simul orbitae partem constituit.

PLASTICA VIRTUS, veteribus dicebatur vis quaedam et facultas naturae, quae corpora singula in debitam structuram compingeret. Huic ergo et formationem foetus in utero, et structuram plantarum, et figuram lapidum, quos idiomorphos, vel sui generis, vocabant, attribuerunt. Sic etiam alias facultates fingebant: ut est vis ossifica, ossifraga, expultrix, attritrix, etc. A *πλασσω*, fingo. Ge. *Bildende Kraft*. G. *Verru plastique*. B. *Vormkunst-kraft*.

PLATANARIA, est species Sparganii, et quidem Sparganium ramosum *Baub.* *Sparganium erectum* *Linn.* (Monoec. Triandr.) foliis erectis triquetris. Radix vulneraria, praecipue morsui serpentum moderi creditur. Dicta forte est ob similitudinem fructuum, quae globuli arboris Platani habent. Ge. *Ïgelstüpfel*. A. *Reed-grass*. B. *Riet-gras*.

PLATANVS, est arbor, quae etiam *Platanus latus* dicitur, et quae, ut referunt, in Asia tam mirifice ramos expandit, ut plus quam mille homines sua grata umbra tegan. Haec arbor in Asia et Archipelago habitans, feliciter passim apud nos colitur, et in insignem altitudinem excrefcit. Folia *Platanus orientalis* *Linn.* habet palmata. Flos masculus amentaceus est; foemininus in eadem arbore polypetalus, ferens plures fructus in globum congestos, constantes e seminibus subrotundis, stylo setaceo insidentibus, styloque subulato terminatis, pappo capillari basi seminis adhaerente. Species vero *Platani*, quae *occidentalis* vocatur, et cuius patria America septentrionalis est, foliis lobatis instruitur. Nomen habet ob folia lata et ampla, a *πλατύνω*, dilato, ramos diffundo. Ge. *Platanus*. G. *Plataner*, ou *Plane*. A. *Plane-tree*. B. *Platanus*.

PLATINA, est substantia metallica, haud ita pridem ad nos ex America meridionali adlata. Substantiae est splendentis, granuloso-lamellatae, coloris argentei, admodum solida, duritie ferrea, magneti tamen resistens: eiusdem cum auro grauitatis specificae, et aequae fixa in igne; in aqua regia solubilis, non malleabilis, neque ductilis, cum mercurio

in amalgama transiens, cum omnibus reliquis metallis miscibilis, quae fragiliora et asperiora reddit, et ab iis difficillime separabilis. Hinc cum aurum hoc metallo saepe additeretur, mangonisatione vix per experimenta solita cognoscenda, eius nunc et effossio et exportatio prohibita, haecque causa raritatis eius dicitur. At singulares hae huius metalli proprietates eximiorum chymicorum excitarunt solertiam, qua, num naturale esset, num, vt nonnulli suspicantur, corpus artificiale, vel compositum, inquirerent. Ge. Das weiße Gold, Platine. G. *Platine*, Or blanc. A. *Platine*.

PLATYPHYLLOS, est *Esculi* species, quasi *Larifolia*. A πλατύ, latum, et φύλλον, folium.

PLATYSMA, est linteum latum, quod vlceribus superimponitur. A πλατύ, latum.

PLATYSMA MYODES, vide *Myodes*.

PLECTRUM, vide *Cion*.

PLENITUDO, est *Plethora*, siue boni sanguinis abundantia; quae dicitur esse, vel ad vasa, vel ad vires. Vide *Plethora*.

PLENVS PVLVSVS, est, qui sub tactum cadit distensus adeo, vt ipsa quidem arteria in maiorem diametrum eleuetur; hinc copiam humorum, vires vitales validas, et vasa libera et aperta denotat. Ge. Ein voller Puls. G. *Le Pous plein*.

PLERES ARCHONTICVM, est pulvis quidam veterum cephalicus: Quasi *Implens principale*. A πληρωω, impleo; et αρχή, principium.

PLEROTICA, sunt medicamenta carnem restaurantia et vulnus implentia. Vide *Sarcotica*. A πληρωω, impleo. Ge. *Fleischmachende Arzeneien*. Ga. *Remedes incarnatifs*. B. *Vleesmaakende Middelen*.

PLETHORA, est proprie abundantia sanguinis boni, qua laeduntur functiones hominis sani, diciturque esse vel ad vasa, cum sanguis ita abundet, vt vasa, quibus continetur, mole sua distendat, vel ad vires, quando tanta est sanguinis copia, vt vasa quidem non supra modum repleat, viribus tamen sit grauis. Sed illa differentia potius ad morbos referri debet, quam ad sanitatem. Nam si vasa distendantur, vis eorum contractilis minuitur, et humorum circuitus retardatur, hinc crassum sanguinem et obstructions indicat: et si homines viribus fuerint graues, obstructions et compressiones vasorum minimorum et neruorum significat. Distinguitur porro Plethora in *Veram* et *Spuriam*; illa copiam humorum bonorum sensim collectam et auctam, vasis minus

proportionatam exhibet; hæc vero non adeo aucta, ob dispositiones quasdam morbosas, præcipue ob solida massam humorum non recte coercentia, symptomata veræ plethoræ inducit. Plethora *topica*, s. *partialis* est collectio iusto maioris quantitatis sanguinis in parte quadam corporis, ob minorem vasorum resistentiam, vt in capite, pulmonibus, vtero, etc. fieri solet. Plethora *commota*, s. *transitoria* dicitur, dum a causâ quadam externa, seu vitio diætæ, motus sanguinis iusto plus incitatur. Α πληθω, impleo. Ge. Vollblütigkeit. G. Plethore. B. Bloed-rykheid, Overvloed van Bloed.

PLETHORICVS, est is, qui multo sanguine et succis abundat. Α πληθω, repleo. Ge. Ein Vollblütiger. G. Plethorique, Sanguin. A. Plethoric habit. B. Een die veel Bloed heeft.

PLEVRA, siue MEMBRANA SUBCOSTALIS, est membrana firma ac densa, totam internam superficiem thoracis et superiorem superficiem diaphragmatis vestiens, inque medio thorace ex utroque latere coniuncta *Mediastinum* formans. Laevis est superficies eius interna, qua pulmones respicit, quorum sic actionem iuuat, et læsionem et attritum impedit, substantia vero cellulosa musculis intercostalibus, costis et diaphragmati affixa est. Ge. Das Brustfell, Rippenfell. G. Pleure. A. The internal Membrane of the Breast. B. Het Borst-vlies, Ribbe-vlies.

PLEVRAE, i. q. *Lateræ*, *Costæ*.

PLEVRITICVS SANGVIS, vide *Pblogisticus*.

PLEVRITIS, in genere est *Morbus laterum*, eodem modo, vt Arthritis morbus articulorum. Proprie vero ita dicitur pleuritæ et musculorum intercostalium inflammatio, cum febre acuta, continua, punctorio lateris dolore, aucto in inspiratu, in expiratu, vel animæ retentione mitiori, quare coniungitur cum difficili respiratione, pulsu duro, tussi ferè perpetua, sed ob dolorem, quem infert, vt plurimum suffocata, sputoque interdum cruento; quod tamen, vt recentiores plurimi putant, in ea specie huius morbi tantum occurrit, in qua pulmonum inflammatio quoque adest, seu in pleuroperipneumonia. Estque vel *Vera*, inflammatoria, vel *Spuria*, seu rheumatica, sicca, vel humida, idiopathica, vel sympathica. Α πλευρις, latus. Ge. Das Seitenstechen, Entzündung des Rippenfells. G. Pleuritis. A. The Pleurisy. B. Zyde-wee, Pleuris.

PLEVRITIS NOTHA, seu SPURIA, est species Pleuritidis, in qua muscoli intercostales externi, vel muscoli alii his incumbentes, rheumatismo corripuntur, cum signis

nonnullis Pleuritidis verae. Ge. *Unächte Seitenstich*. G. *Fausse Pleuresie, Pleuresie batarde*. B. *Een bastaard Pleuris*.

PLEVRODYNE, est genus morbi, cuius praecipuum est symptoma dolor pectoris laterisue pungitius cum difficultate respirandi citra phlegmasiam acutam. Hinc idem, quod Pleuritis in latiori sensu. Oritur a plethora, vermibus, flatibus, scorbuto, arthritide, catarrho, etc. Ge. *Schmerz in der Seiten*. G. *Douleur de la poitrine*.

PLEVROPNEUMONIA, PLEVROPERIPNEUMONIA, morbus est, ex pleuritide et peripneumonia compositus.

PLEVORTHOPNOEA, est lateralis morbus, in quo non, nisi erecto collo, respirare possumus. Ex *πλευρά*, latus, *ἄσπυς*, rectus, et *πνέω*, spiro.

PLEXVS CHOROIDES, supra glandulam Pinealem, et in basi ventriculorum lateralium cerebri veli ad modum expanditur. Nempe pia mater in glomerem conuoluta irrepit in ventriculi lateralis vtriusque cornu inferiori. Ea in sede cranii plexus in basin cerebri propullulat, liber, inpositus nascenti nervo optico, solaque pia membrana velatus. Inde cum thalamo nervi optici surgit extrorsum, retrorsumque et introrsum, et ad summum cornu descendens ventriculi dilatatus, totum tegit hippocampum. Inde iterum contrahitur, taeniamque solam a fornice ortam, proximamque partem thalami tegit, atque ita per ventriculi cornu superius pergit introrsum, antrorsum, inpositus thalamo, cumque plexu medio continuatur vsque ad thalamorum finem anteriorem, et posteriorem septi lucidi terminum. Ea sede dexter plexus sinistro aut proximus, aut coniunctus, deinde extrorsum de sodali recedens euanescit, cumque plexu medio confunditur, a quo in ipsum suum apicem grandes venas accipit, aliasque vicissim in septum lucidum et fornicem emittit; praeter has venas grandes, sed paucas, et flocculentam membranam in hoc plexu adhuc sunt arteriae plurimae, carotidis internae et vertebrales propagines, quae partim reticulatae manent, partim ad septum lucidum, corpora striata, thalamos et fornicem exeunt. Bullae ovatae, coecae saepe in hoc plexu reperiundae, sine dubio per morbum nascuntur. *Hall. Ge. Das netzförmige Aderhäutlein, Adergeflechte*. G. *Le Plexus Choroidé*. A. *The Net Choroides*. B. *De Aderens Vlegting in de Hersen*.

PLEXVS GANGLIFORMIS, dicitur, quando varii nervi interiectis gangliis inter se communicant. Ge. *Nerventknotengewebé*. B. *Zenuw-vlegts Knoop*.

PLEXVS

PLEXVS NERVOSVS, est communicatio plurimorum ramulorum nerueorum e diuersis truncis oriundorum. Talis est in facte. Vide *Pes asserinus*. Tales etiam e propaginibus Nerui intercostalis, vagi et spinalium circa singula viscera reperiuntur, et dicuntur Plexus cardiacus, pulmonalis, gastricus, hepaticus, splenicus, renalis, mesentericus superior et inferior, qui et solaris nominatur, etc. Hi omnes Plexus rursus emissis plurimis filamentis nerueis inter se communicant. Ge. Ein Nervenaebe. G. Lacs Nerveux. A. Nervous plexus. B. Zenuw-vechten, Zenuw-knooping.

PLEXVS RETICVLARIS, seu **RETIFORMIS**, vide *Plexus Choroides*.

PILICA, **TRICHOMA**, est morbus Polonis endemius, contagiosus, chronicus, quando capilli capitis in vnum cirrhum, vel plicam, concresecunt, instar caudae vaccinae: ad haec etiam gibbi fiunt, laxantur artus, et dolent; facies pallor, accedit cephalaea, membra conglobantur et retorquentur, aliaque symptomata inde proueniunt. Non sine periculo reserari dicitur. Ge. Weichselkopf, Wichtelkopf, Judenkopf. G. La Plie, Plique. B. Een Vlecht.

PICATVM, botanicis dicitur *folium* disco plicis acutis alternatim flexo.

PLVMACEOLI, s. **PVLVILLI**, vocantur conuoluta lintei carpti variae formae et magnitudinis, quae vel sicca, vel remediis vulnerariis imbuta, vulneribus et vlceribus imponuntur. Ge. Häuschlein, Plumaceaux. G. Plumaceaux, atque si oblongo-rotundi sunt Ge. Karpen, Weißel, Zapfen. G. Bourdounet.

PLVMBAGO, idem quod *Molybdaena*. seu *Galena plumbi*. Ge. Blenglanz. G. Plomb de Mer, Plumbagine, Mine de plomb noire.

PLVMBAGO, est planta flore monopetalo, (Pentandr. Monogyn.) calyce monophyllo, tubulato, pentagono, corolla infundibuliformi, quinquefida, semine vnico, ouato, incluso. Qualitatis dicitur summe acris et causticae. Oleum infusum foliorum ad callos clauosque pedum absumendos commendatur. Sic dicitur, quod maculas habeat plumbeas.

PLVMBVM, est metalium mollissimum, malleabile, ductile, scissile, e liuido nigricans, inquinans, ante ignitionem in igne liquefcens, fumando auolans, quod diu fufum per vasa pleraque transit, ante ignitionem calcem eicit, vitrescit cito, tum fufum nullo vase in igne contineri vltra potest. Cum metallis impuris vitrescit, tumque eadem secum ex caua superficie catilli documastici abripit, solum aurum et argentum pura a caeteris relinquit; cum mercurio facite in

amalgama abit, in aqua forti, aliisque liquoribus et menstruis acidis, non in aqua regia, soluitur, salemque dat dulcem. Minime sonorum est, coloris liuidi, specificae gravitatis ad aquam, vt 1:345. ad 1000. Medicis *Saturnus* dicitur. In substantia vix in usum medicum adhibetur, nisi forte mechanico chirurgicum. Sed variis praeparationibus vires exsiccatas et obtipantes adipiscitur. Vius internus valde suspectus est, externus horum praeparatorum frequentissimus et saluberrimus. Vide *Cerussa*, *Lithargyrium*, *Minium*. Ge. *Блеу*. G. *Plomb*. A. *Lead*. B. *Loor*.

PLVMBVM CANDIDVM, i. q. *Stannum*.

PLVMBVM CORNVVM, s. *Saturnus corneus*, ex acidofalis cum plumbis vario modo coniuncto oritur. Ge. *Hornbley*. G. *Plomb cornee*.

PLVMBVM NIGRVVM, est idem, quod *Pnigites*, s. *Creta nigra*, s. *Nigrica*. Ge. *Schwarze Kreide*, vel *hällis mollior*, friabilis, pictorius *Waller*.

PLVMBVM VSTVM, est Plumbum leniori igne calcinatum. Ge. *Блепаше*.

PLVMBI OLEVVM, est solutio Sacchari saturni in oleo Terebinthinae aethereo, quae in vlceribus commendatur. Vocatur et *Oleum saturni*. Ge. *Блепшл*. G. *Huile de Saturne*.

PLVMOSVS, botanicis dicitur *pappus* pilis pennatis constans.

PLVMVLA, in plantis est pars corculi squamosa adscendens.

PNEVMATICI, olim vocabantur medici, qui a flatu, vel spiritu, corpora subeunte omnia, vel secundum naturam se habere, vel in morbos incidere, censebant. Huius scilicet sectae auctor, *Azbenacus*, primo post Christum natum saeculo florens, quatuor suis, quae supposuit, elementis, calido, humido, frigido et sicco, quintum addidit, spiritum nempe omnia penetrantem, regentem et conseruantem, vnde eius discipuli *Pneumatici* dicebantur.

PNEVMATOCELE, OSCHEOCELE FLATVLENTA, est rames, seu hernia ventosa, cum scrotorum a flatibus distenditur, adeo vt etiam translucere, praesertim lumine admoto, videatur. Recentiorum tamen plurimi, veram Pneumatocelen, nec exemplis, nec rationibus, satis luculenter hucusque stabilitam, in dubium vocant, nisi forte simul adfit entero-oscheocele, aut forte emphysema scroti sic appellare liceat. Si scrotum pelluceat, hydrocele adest. A *πναια*, ventus, et *πλην*, tumor. Ge. *Windbruch*. G. *Pneumatocèle*, *Hernie ventreuse*. A. *A windy rupture*. B. *Wind-breuk*.

PNEUMATODES, est anhelosa respiratio. A πνευ, spiro, et ὄδω, forma.

PNEUMATOMPHALVS, est umbilici, a flatibus in ventro collectis, protuberantia. Sunt tamen, quibus etiam haec species dubia videtur. Vidē *Pneumatocoele*. Ge. Nabelwindbruch. G. *Hernie ventreuse du nombril, ou Pneumatomphale*. A. *Windy rupture in the Navel*. B. *Een Windbreuk in de Navel*.

PNEUMATOSIS, est spirituum animalium, seu fluidi nervi, generatio, quae fit in ipsa corticis cerebri substantia, nisi forte vascula ex sanguineis recte oriunda sint nervorum communicatoria. illic arteriolae deplentur, et spiritus secernuntur, qui, postquam cerebri medullam subierint, totum nervosum genus motibus actionibusque sensitiuis perficiendis aptum reddunt. A πνεύμα, spiritus, et τίθημι, constituo. Ge. *Absonderung der Lebensgeister*. G. *Generation, ou Production d'esprits*. A. *Generation of Spirits*. B. *Geestmaaking*.

PNEUMATOSIS, SARCITES FLATVOSVS, TYMPANTIS VNIVERSALIS, EMPHYSEMA VNIVERSALE, EMPNEUMATOSIS, est elastica et flatulenta cutis intumescens pendens ab expansione aeris in fluidis latentis. *Coaf. Emphysema*. Ge. *Windgeschwulst*. G. *Bouffissure, Emphyseme*.

PNEVMON, Gr. Πνεύμων, Lat. *Pulmo*. A πνευ, spiro. Vide *Pulmones*.

PNEVMONANTHE, est Campanula autumnalis, seu *Genziana pneumonanzthe* Linn. et vox ipsa significat *Florem pulmonalem*. Ex πνεύμων, pulmo, et ἄνθος, flos. Ge. *Lungensblume*. A. *Marsh gentian, Galabian violet*. B. *Klein Genziaan Lelyries, Spade-Klokjes*.

PNEVMONIA, vide *Peripneumonia*.

PNEVMONICA, sunt, quae respirationem faciunt. A πνευ, spiro.

PNIGALIVM, idem quod *Epiates*. A πνευ, suffoco. Vide *Incubus*. Ge. *Ulp, Nachtschrecken*. B. *De Nachmerrie*.

PNIGITES PLINII et **DIOSCORIDIS**, est terra bularis veterum, aut, iuxta alios, terra vitrioli nigra. Plurimis idem est cum *Plumbo nigro*, s. *Creta nigra*.

PNIGMVS, PNIX, est suffocatio, seu strangulatio. A πνιγω, strangulo. Vide *Hysterica passio*.

POCGEREBA CORTEX, ex America allatus in alui fluxibus commendatur. Nullum fere saporem habet.

POCVLA EMETICA, sunt pocula, e regulo, vel vitro antimonii, fusa, quae vino infuso post breuem moram qualita-

tem drasticam et emeticam impertiant. Rarissimus eorum hodie usus est. Ge. Bredbecher. G. Gobellet émerique.

PODAGRA, est Arthritis pedum, quae prima vice regulariter media nocte, verno tempore, adgreditur articulum maiorem pollicis pedis, eumque sentim rubedine suffundit, cum exigua intumescencia, et plerumque periodice reuertitur. Ex *πῦξ*, pes, et *ἀγρῶν*, capio. Cic. *Pedibus caprus*. Vide *Arthritis*. Ge. Das Zipperlein, Podagra. G. Goust. A. *The Gout in the Foot*. B. Voeteuvel, Voet-sterecyn.

PODAGRA DENTIVM, i. q. Odontalgia.

PODAGRA LINI, i. q. *Cassuba*, s. *Cuscuta*.

PODAGRARIA, est planta vulgaris umbellifera, quae *Linnaeo* et aliis *Aegopodium* vocatur. Ge. *Giertsch*, *Grifffuß*.

PODEX, i. q. *Anus*.

POLEMONIVM, VALERIANA GRAECA, est planta flore monopetalo, quinquepartito, (Pentandr. Monogyn.) calyce monophyllo, semiquinquesido, capsula trigono-ouata, triloculari, triualui, polysperma. Folia habet ouata, trinervia, coniugata, ultimo impari claudente. Colitur passim in hortis. Sunt, qui ei vires vulnerarias tribuunt. Nomen forte habet a Cappadociae vrbe, *Polemonium* dicta. Ge. *Griechischer Baldrian*. G. *Valériane Grecque*. A. *Greek Valerian*. B. *Grieksche Valerian*, *Jacob's Ladder*.

POLIATER, vocatur medicus, iussu et auctoritate magistratus artem suam in ciuitate quadam exercens. Ge. *Stadtarzt*, *Stadtphysicus*.

POLIVM: variae plantae, (Didynam. Gymnosperm.) ex genere Teucrii, apud nos hoc nomine insigniuntur, et promiscue adhibentur, scilicet *Polium creticum*, s. angustifolium offic. et *Baub.* seu *Teucrium creticum* *Linnaei*. et *Polium maritimum erectum* *Monspeliacum* *Baub.* vel *Teucrium montanum* *Linnaei*. quae species apud nos frequentius occurrit, et Ge. *Berglabendel*, *Bergpolen*, vocatur. Polium habet caulem obrotundum, tenuem, durum, lignosum. Folia oblonga, lanugine saua instructa, dentata, crassa. Calyx est monophyllus, semiquinquesidus. Flos est monopetalus, labiatus, cuius labii superioris locum occupant stamina, labium vero inferius in quinque partes diuiditur. Ex calyce autem surgit pistillum posticae floris parti ad instar clauis infixum, ac quatuor veluti embryonibus stipatum, qui abeunt in totidem semina, in capsula, quae floris calyx fuit, recondita, obrotunda, minima. Flores in capitulum collecti summis ramulis et caulibus innascuntur, suntque aurei coloris, odoris penetrantis, aromatici, saporis amari. Crescit haec planta

f. *Teucrium creticum*, in Creta insula aliisque regionibus calidis in montibus. Dicitur a canitie, canisque capillamentis et tomento hirsuto, quae non modo capitula corymbacea, sed etiam vniuersam plantam incanam reddunt, perinde ac *Gnaphalium*. Qualitatis est amarae et aromaticae, viribusque cephalicis et neruinis gaudet. Infusum mentes et vrinam ciet, et contra morsum venenatorum animalium commendatur. Haec planta quoque Theriacam et Mithridatium ingreditur. Gr. Πολιάς canus est. Ge. *Serapoley*, *Berglavendel*. G. *Polion*. A. *Poley*. B. *Grys-kruid*, *Polium*.

POLLEN, in genere subtilissimam farinam seu puluerum denotat, proprie vero de tenuissimo puluere dicitur in antheris plantarum contento et debita tempore in stigma foemininum pro foecundatione eiecto. Ge. Der Fruchtsaub. G. *Poussière prolifique*.

POLLEX, vide *Digitus*.

POLLINCTURA, idem quam *Condisura*, siue *Cadaverum Balsamario*.

POLLVTIO NOCTVRNA, est inuoluntaria seminis, cum titillationis sensu, per libidinosa insomnia, excretio. Ge. Nächtlüche Vesselfung. G. et A. *Pollution*. B. *Onwillige Zaadloozing*.

POLYACANTHAS, est *Cardui spinosi* species, et quidem *Carduus* foliis sessilibus, lanceolatis integerrimis, subtus tomentosis, margine spinis ternatis *Linm.* (Syngenef. *Polyg. Aequal.*) *Acarna* maior, caule non folioso *Bauh.* Haec planta descripta est a *Casabona*, ducis *Herruriae* olim botanico. Hinc etiam *carduus Casabonae* dicitur. Ex *καλλ*, multum, et *ἀκανθα*, spina. G. *Chardou bean*.

POLYADELPHIA, botanicis est classis plantarum, in quarum floribus staminum filamenta inuicem in plura corpora, quasi in totidem confraternitates, conuascuntur.

POLYANDRIA, est classis plantarum, in quarum floribus plura, quam viginti, stamina sunt, nullam determinatam proportionem longitudinis inter se inuicem habentia.

POLYANTHEMVM, est planta multos flores proferens. Ex *πολλ*, multus, et *ἄνθος*, flos.

POLYCHRÆSTON, est medicamentum multis morbis accommodatum. Ita nigrum, cui intra crucibulum ad ignem fuso parum sulphuris simul iniicitur, eousque pergendo, donec deflagratio perfecta sit, exhibet sal, quod in aquae feruidae quintuplo solutum, colatum, post euaporationem collectum, albescens, amarescens, neutrum, *Sal polychrestum* vocatur. Est tamen et aliud huiusmodi sal, quod *Sal polychrestum de*

Seignette dicitur, et ex soda Hispanica et crystallis tartari præparatur. Sic et plures Pilulæ prostant, quæ *Polychrestæ* dicuntur, ex extractis amaribus et lenioribus, plerumque laxantibus, atque aloëticis compositæ. Ge. *Arzney zu vielen Krankheiten.* B. *Een Middel tot veele Ziekten.*

P L Y C H R O N I V S, est morbus diuturnus, qui ad menses et annos plurimos sæpe extenditur. Ex *πολλός*, multus, et *χρόνός*, diuturnus. Ge. *Langwierige Krankheit.* G. *Maladie longue chronique.* A. *A long or chronic Disease.* B. *Een langduurige Ziekte.*

Ψ O D I P - I A, est desiderium potulentorum continuum atque immodicum, quale febribus, hydropi, aut nimis euanationibus; superuenire solet. Ge. *Unmäßiger Durst.* G. *Soif excessive.*

P O L Y G A L A, est herba lac generans, vel multum succi lactei habens. Ex *πολλός*, multum, et *γάλα*, lac. Habet caulem tenuem; sat durum, alterum rectum, alterum repentem. Folia exigua, graminea, altera acuta, altera oblonga, et obrotunda. Flores sunt monopetali, personati, perforati, exigui, in spicas congesti; labio superiori erecto, et inferiori bifido, quod magis prominet, seu potius sunt papilionacei, ex figura, numero petalorum indeterminato existente. (Diedelph. Octandr.) Post florem sequitur fructus compressus, turbinato-cordatus, in duo loculamenta, semina oblonga continentia, diuisus. Floris calyx quinquefidus hunc florem inuoluit. Radix lignosa, exigua, dura, saporis amari et aromatici. Crescit hæc planta in locis incultis. Oves præ omnibus graminum speciebus hanc eligunt. Species officinalis est *Polygala amara* Linn. foliis cristatis racemosis, caulibus erectis, foliis radicalibus obouatis maioribus; *Polygala vulgaris*, foliis circa radicem rotundioribus, flore caeruleo, sapore admodum amaro *Bauh.* Habitat in montosis, et eximie pollere dicitur viribus incidentibus et resolventibus, hinc eius decoctum summopere in pleuritide et peripneumonia ad iuuanda spūta, imo in pthiisi, commendatur. Decoctum vinosum mulieribus lac prouocare lego. Ge. *Kreuzblume.* G. *Herbe à lait.* A. *Milk-wort.* B. *Kruis-bloem.*

P O L Y G A L A V I R G I N I A N A, vide *Seneca.*

P O L Y G A L A C T O S, est foemina, quæ multo lacte abundat. Ex *πολλός*, multum, et *γάλα*, lac. Ge. *Die viel Milch hat.* B. *Die vol Zog, ofve Melk is.*

P O L Y G A M I A, botanicis dicitur classis plantarum, quæ flores compositos ferunt, in quibus flosculi hermaphroditi discum occupant, et marginem cingunt flosculi foeminei,

staminibus destituti, idque triplici modo: *Polygamia superflua* dicitur, cum flores disci hermaphroditi stigmatate instruantur, et semina proferunt; flores quoque foeminei radium constituentes similiter semina ferunt: *Polygamia frustranea* est, cum flores disci hermaphroditi stigmatate instruantur et semina proferunt, flosculi vero radium constituentes, quum stigmatate careant, semina proferre nequeunt: *Polygamia necessaria* est, cum flores hermaphroditi ob defectum stigmatis pistilli semina perficere nequeunt, floribus autem foemineis in radio semina perfecta proferentibus: *segregata* cum calyces floriferi plures comprehenduntur a communi calyce, ut vnicum florem sufficiant, ut in Sphaerantho et Stoebe. Exempla *Polygamiae superfluae* praebent Xeranthemum, Gnaphalium, Artemisia, etc. *frustraneae* Coreopsis, Centaurea, etc. *necessariae* Calendula, Osteospermum, etc.

POLYGONATUM, *Sigillum Salomonis*, est *Conuallaria polygonatum* Linn. (Hexandr. Monogyn.) foliis alternis amplexicaulibus, caule ancipiti, pedunculis axillaribus sub vni-floris. Planta haec habet caules rotundos, politos, nullos ramos dantes, in summitate aliquantulum incuruatos. Folia ad caulem alternatim et quasi pendula disposita, oblonga, ampla, nervosa, coloris obscure viridis. Flores sunt monopetali, campaniformes, tubulati, nudi, multifidi, vni cauli adhaerentes pedunculis brevibus, in sex segmenta fissi, sex staminibus e latere interno floris enatis praediti. Ovarium ex floris centro natum rubam emittit longam, apiculo simbratio instructam, et fit bacca mollis, fere rotunda, ovalis, viridis, aut purpurea, continens semina ovalia, dura, alba. Radix est longa, digiti crassitiei, per intervalla articulata, et nodosa, aut tubulata, alba, multas fibras possidens, saporis subdulcis et glutinosi. Haec radix proprie, ob vires vulnerarias, in usum medicum cedit; cum vino decocta contra hernias laudatur. Aqua destillata cosmetica est. Folia cum aceto macerata clavos pedum tollunt. Cataplasma e radice coctum inflammationi uteri medetur. Baccae qualitate drastica pollent. Haec planta crescit in sylvis et locis umbratis. Sic dicitur a radice geniculorum frequentibus nodis ex intervallis tumente, impressis pluribus sigilli instar vestigiis. Ex *polo*, multum, et *yon*, genu, seu nodus. Ge. *Weißwurz*. C. *Seau de Salomon*, *Signet de Salomon*, *Genouilles*, *Geniculere*. A. *Salomons seal*. B. *Salomons Zegel*.

POLYGONUM, seu CENTVM NODIA, est planta flore operato, (Octandr. Trigyn.) quae habet caules longos, tenues, rotundos, solidos, tenaces, plerumque reptantes, cre-

berrime geniculatos. Folia oblonga, angusta, acuta, viridia, caulibus brevibus adhaerentia, et alternatim disposita. Calyx est quinquesidus, infundibuliformis, qui per maturitatem fit capsula seminalis. Flores apetalii, plurimis staminibus constantes, parvi, ad foliorum alas oriuntur. Semen perfecte triangulare est, sat crassum, coloris Castaneae. Radix longa, satis crassa, simplex, dura, lignosa, fibrosa, valde repens, saporis adstringentis. Species apud nos frequentissima est *Polygonum latifolium* *Bauh.* *Polygonum auiculare* floribus octandris, trigynis, axillaribus, foliis lanceolatis, caule procumbente herbaceo *Linn.* passim in incultis et ruderalis et viis Europae habitans. Viribus gaudet subadstringentibus et vulnerariis; hinc in diarrhoea, haemorrhoea et mictu cruento commendatur. Datur in infuso. Veterinariis frequenti in usu est contra mictum cruentum vaccarum et boum, quibus globi ex herba contusa compacti intruduntur, datis prius ad auertendam ex fluxu subita suppresso inflammationem, remediis refrigerantibus. — Nomen eius ex *πολδ*, multum, et *γβν*, genu. Vocatur etiam *Proserpinaca*, forte a proserpendo; *Seminalis*, a feminis multitudinem; et *Sanguinalis*, a sanguine cohibendo; vt et *Corrigiola*, an quod morbos corrigit? — Ad *Polygoni* genus a *Linnaeo* etiam *Bisterra*, *Hydropiper*, et *Fagopyrum* referuntur, quas plantas sub suis nominibus vide. Ge. *Beggras*, *Blutkraut*. G. *Sanguinaire*, *Cenzinode*, *Renouée*. A. *Knot gras*. B. *Duisend-knoop*, *Verkens-gras*, *Kreupel-gras*, *Knoop gras*.

POLYGYNIA, est ordo plantarum, in quarum floribus plures partes foeminae, scilicet styli, vel stigmata, adfunt.

POLYMORPHVM OS, vel Latinis *Multiforme*, dictum ob varios, quibus interius et exterius exasperatur, processus, est idem quod *Os cuneiforme*, s. *Sphenoides*. Nonnulli quoque *Oscuboides* *Tarsi* ita vocant.

POLYNEVRON, vide *Arnoglossum*.

POLYPETALVS *flor* botanicis dicitur, cuius corolla e pluribus petalis constat.

POLYPHAGIA, est multi alimenti assantio. Ex *πολδ*, multum, et *φάγν*, edo. Ge. *Gresserey*. G. *Gourmandise*. B. *Veel-eating*.

POLYPHARMACON, idem quod *Polychreston*. Ex *πολδ*, multum, et *φάρμακον*, medicamentum.

POLYPHORA, sunt potus, seu vina, plurimis spiritibus pollentia. Ex *πολδ*, multum, et *φορτν*, fero. Ge. *Starke geistige Getränke*. B. *Sterke Wyn*, *krachtige Wyn*.

POLYPHYLLVM botanicis est *perianthium* e pluribus foliis constans.

POLYPODES, idem quod *Aselli* et *Millepedes*. Ge. Ein Kellermurm. G. Cloportes, Pourcelets de saint Antoine. A. Hogs-lice, Many-feet. B. Duizend-been, Ezelkens.

POLYPODIUM, est planta capillaris et dorifera, (Cryptogam. Filic.) cuius species maxime frequens est *Polypodium vulgare* Linn. frondibus pinnatifidis; pinnis oblongis sublerratis, obtusis, radice squamata. Eius folia ad neruum paene in partes angustas et oblongas secari solent. Fructus foliis innascuntur; capsulae scilicet membranaceae sphaericae in acruulos congestae annulo carentes, quae fibrarum contractione rumpuntur et semina fundunt minutissima. Radix est oblonga, minimi digiti crassitie, foris rufescens, intus herbacea, ex viridi pallescens, multis nodis et tophis, quasi acetabulis, geniculata, saporis subacris dulcis, quodammodo adstringentis et nauseosi. Gaudet viribus edulcorantibus, incrassantibus, expectorantibus et eccoproticis; hinc decoctis contra arthritidem, rachitidem, pulmonumque affectus additur. Crescit in opacis syluis et montibus ad petras muscidas; inprimis ad radices caudicesque vetustos arborum Fagi, Coryli, Quercus. Ex $\alpha\alpha\lambda\delta$, multum, et $\pi\sigma$, pes. Repit enim quasi plurimis pedibus. Vel nomen accepisse ferunt a radice, scilicet quae cirrhos et acetabula polyporum modo habet. *Filicula* etiam a quibusdam vocatur a similitudine foliorum cum Filice. Ge. Engelfüß, Süßfarn, Baumfarn. G. Polypode. A. Polypody, Oak-fern. B. Veel-voet, Boom-vaaren, Engel-zoet, Eiken-vaaren.

POLYPVS Narium, est tumor in cavitate narium ab erosione, vel laesione tunicae pituitariae, et vasis luxuriantibus excrevens, estque duplex, vel turundae formam refert, et *Sarcoma* generali nomine vocatur: vel ramulis, aut pedibus variis, ad oris interiora, aut nasi exteriora, se extendit, easque partes sic obstruit, vt loquendi, spirandi, et mungendi libertas intercipiatur. Color est albus, instar muciconcreti, vel propter vasa sanguinea in eo conspicienda saepe ad rubedinem vergit; modo mollis, et dum trahitur, valde prolongandus, vel durior; aliquando lividus, niger, et graeolens, ad carcinomatis naturam accedens, et tunc admodum dolens et periculosus. Huiusmodi excrementariae in naribus et sinibus crassae meningis aliquando contingunt.—In *Corde* quoque et *Arteriis* maioribus sanguis pro tempore stagnans ob animi deliquia, etc. in parte sua gelatinoso-fibrosa

concrefcit in maffam folidam, tenacem, poftea non diffolvendam, quae vel libere pluribus radicibus in vasis illis aliquamdiu fluctuat, donec impellatur trunco vni alteriue, vel accrefcit lateri vasis, quod fumme extendit, plurimosque pulfus et refpirationis perturbationes, faepe etiam fuffocationem, vel mortem fubitaneam, cauffatur. Simile quoque concretum in vtero a fanguine fibrofo, vel a portione fecundinarum remanente, vel etiam a laefione vteri, generari potefl, ipfi interdum fubflantiae vteri accretum, tumque magis ad *Sarcomata* pertinens. *Polypus* dicitur huiusmodi concrementum ob plures radices, quae quafi pedibus fimiles funt, quo *Polypum* pifcem aemulantur. Ex *πολυς*, multus, et *πυς*, pes. — Concretiones ex lymphatica fanguinis parte, quae in vasis maioribus libere haerent, ac in ipfo mortis articulo, vel poft mortem, oriuntur, *Polypi spurii* vocantur. Ge. Ein *Nafengewächs*, *Herzwurm*, *Schleimgewächs*, *Schleimpfropf*. Ga. *Polype*. A. *Polypus*. B. *Een Slym-prop*, *Veel-voet*.

POLYPYRENAE, botanicis dicuntur *baccae*, quae plura *grana*, vel *acinus*, continent.

POLYSARCIA, eft nimia corpulentia corporis, in qua nimia pinguedinis moles corpus deturpat, eiusque agilitatem minuit. Ex *πολυς*, multum, et *σαρξ*, caro. Ge. *Vollleibigkeit*. G. *La Corpulence*. A. *Corpulent*. B. *Corpulentigheid*, *Grof. lyvigheid*.

POLYPASTON, eft trochleae compositae fpecies, et machinamentum articulis extendendis et reponendis accommodatum; ita dictum, quod multis orbiculorum circuitionibus facilitatem praeflat, et vim attrahendi vsque adeo insigniter amplificat, vt huius beneficio vnicus homo plus, quam decem pluresue homines fine illa, efficiat. Ex *πολυς*, multum, et *πάσσω*, traho. Ge. *Flafchenzug*. G. *Polypafte*.

POLYSPERMOS, qui femine diues eft. Botanicis dicuntur capsulae *Polyspermae*, quae plura femina continent. Ex *πολυς*, multum, et *σπέρμα*, fermen. Ge. *Der viel Saamen hat*. B. *Veel-zaadig*.

POLYTRICHUM: ita *Capillus veneris*, ac aliae Filicum fpecies vocantur. Vocatur ob capillarem faciem. Ex *πολυς*, multum, et *τριχον*, capillus. Dicitur quafi *Multicomum*, quod capillos denfos ac multos faciat, eiusque defluvia expleat. Vide *Adiantum*, *Capillus veneris*. — *Polytrichum* etiam eft plantae genus ad Cryptogam. Mufcos pertinens, in cuius flore mafculo calyptra conica, aequalis, anthera oblonga, ore ciliari, tefto operculo conico, in foemineo flore in diftincto indiuiduo, calyx communis patens in rofulam imbr-

catam, coloratam, pistilla filiformia articulata sunt. Huius species maxime frequens est Polytrichum aureum maius et minus *Baub.* *Polytrichum commune* Linn. caule simplici, anthera parallelepipedo. Habitat in Europae pascuis et vli-ginosiis. Eius decoctum passim vt insigne remedium diapho-reticum et pectorale laudatur. *Ge.* *Güldner Wiederthon.* *G. Perce-mouffe.* *A. Golden Maiden hair.* *B. Goude Vrouwen-Hair, Gulde Wederdood.*

POLYTROPHIA, est nutritio multa, quando nempe cor-pus nimium nutritur. *Ge.* *Uebermäßige Nahrung.* *B. Veel-voeding.*

POMAMBRA, POMVM AMBRAE, dicitur quasi pomum ex ambra aliisque odoramentis compositum. Ingredientia sunt plerumque Ambra Grysea, Moschus, Zibethum, Lada-num, Benzoin, Stryax calamita, oleum Cinamomi, oleum Caryophyllorum, etc. Ex hisce cum mucagine alicuius gummi, globuli maiores, seu poma, odoris gratia componun-tur. Vfus frequentissimus olim fuit in balsamatione corpo-rum, dum, excissis oculorum bulbis, in singulas orbitas hu-iusmodi pomum ambratum intrudebatur. *Ge.* *Geruchball,* *ein wohlriechender Ball.* *G. Pastille.* *A. A Small-ball, Po-mander, Muske-ball.* *B. Een Amber-bal, Reuk-bal.*

POMATVM, est vnguentum grati odoris, pinguedinem porcinam et poma recipiens, vnde nomen. *Ge.* *Äpfelsalbe.* *G. Pomade.* *B. Appel-zalf.*

POMPHOLYGOES, *Vrina* est, cui in superficie plurimae bullae innatant, quae plerumque in flatibus et doloribus corporis obseruatur, et materiam viscidam aegre dissolubi-lem denotat. *Α πομφολυγες*, bullas excito. *Ge.* *Schaumar-tiger Harn.* *B. Schuim-achtige Pis.*

POMPHOLYX, est fauilla tenuissima et volatilis, quae, dum aes in fornacibus perficitur, supernae earum parti ad-haerescit. Coit ibidem in glomusculos vellerum lanæ simi-les, contactaeque farinae modo dispergitur. Qualitatis est exciccantis; hinc externe pluribus in emplastris, vnguentis et collyriis adhibetur. Eodem modo et Cadmia, vi ignis violenti, in fauillam, seu Tutiam, redigi potest. Arab. *Tutia*, Lat. *Bulla*: nam *πομφολυξ* bullam significat, *απυροξ*, stans; officinis Nil, vnde dicitur *Nihil album*. *Ge.* *Weißes Nichts.* *G. Calamine, ou Tutie Blanche.* *A. The white Turry.* *B. Nier, Witniet.*

POMVM, botanicis in genere dicitur pericarpium farctum, reualue, continens capsulam.

POMVM, et POMVS, latius patet, quam malum: comprehendit enim fere omnes fructus molliorem corticem habentes, seu qui *horaei* dicuntur, omnesque qualitate acidula, dulci et refrigerante pollent. Vide *Malus*. Forte sic dictum, quod eorum plurima etiam sitim tollant, ita ut simul sint cibo et potui. Gr. Μηλον, Ὀνάρα. Nonnullia πύμα, potus, deriunt. Ge. Obst, Apffel. B. Oost, Vrugen.

POMVM, vel MALVM, vocatur etiam illa rupturae corneae species, per quam vasa tunica prorumpens eminentiam format, quae pomi figuram utcunque refert. Vide *Staphyloma*.

POMVM ADAMI, vide *Adami pomum*.

POMVM ADAMI, est *Mali Aurantii* species, volumine maior, colore obscuriore, et minus fragrans. Nomen accepisse ferunt, quod cortex rimis quibusdam exasperatur, ac si dentibus demorsus esset.

POMVM AMORIS, et POMVM AVREVM, seu MALVM AVREVM, sic vocatur ob pulchrum et amabilem adpectum. Dicitur etiam *Lycopersicum*. Vide *Lycopersicum*.

POMVM ODORIFERVM, i. q. *Pomambra*.

PONDO. De ponderibus *Iob. Rhodius* haec habet: inter pondera Romana reliquorum omnium, tam Ponderum, quam Menfurarum, veluti regula primas partes merito poscit *Libra*. Cuius schema *P. Celso* sine vlla adiectione notat pondo solum, hoc est, libram, non mercalem, negotiatoriam, Στρατιών Polluci, Gallis regiam, quae Senum denum *Budaeo*, de *Ass. lib. 2. fol. 38.* Sedecim vnciarum *H. Iunio*, sed Romanam, quae tam menfuralis a mole, quam a grauitate ponderalis, *Assis* instar, Romanis vsitatissime XII. Vnciarum, siue 14. Denariorum, erat: non quidem leui coniectura, sed computatione legitima, nostrae aequalis. Hoc tamen discrimine, ut *Librae* vnciae XII. Menfurales, x. ponderales respondeant, ex *Galenii lib. 6. de comp. Med. S. gen. cap. 8. Budaeo* de *Ass. duodecim et dimidia*, cuius sententiae momenta *Agricola* solide infregit *lib. 4. de ponderibus et mensuris*. Nostris sic notatur: POND. et LIB. ℥. Pro regionum imo et vrbium diuersitate innumera paene dantur ponderum genera. Vide etiam *Libra*. Ge. Ein Pfund. G. Un Livre. A. A Pound. B. Een Pond.

PONS VAROLII, est expansio quaedam, seu protuberantia *Medullae oblongatae*, sita in cavitare ossis sphenoidi, figurae ovalis, et variis neruorum paribus originem praebens. Sic a *Varolio* inuentore dicta, quod pontem inuersum repraesentaret, qui postea a *Willisio Prominentia annularis*

vocatus fuit. Ge. Die Brücke im Gehirn. G. Pont de Varolius. A. Bridge of Varolius. B. De Brug van Varolius.)

PONTICUM ABSINTHIUM, nomen habet a Ponto regione, in qua nascitur. Est *Artemisia pontica* Linn. (Syngenes. Polygam. Superfl.) foliis multipartitis subtus tomentosis, floribus subrotundis nurantibus, receptaculo nudo. Qualitatis est suavioris minusque amaræ Absinthio vulgari, cum quo caeterum viribus conuenit. — Ponticum etiam epitheron est saporis cuiusdam salini, cum acore et faeculentia coniuncti.

POPLES, est articuli istius, quo os femoris articulatur ossi tibiae, pars interior, siue posterior, qua crus flectitur. Gr. Ἰπύς; et Ἰπύα. Ge. Die Kniebeuge, Kniechle. G. Le Jaret. A. The Hollow of the afterpart of the Knee, the Harm. B. Knieboog.

POPBITAEAE ARTERIA, est continuatus truncus arteriae cruralis, sub poplite decurrens, qui, sparsis exiguis ramulis ad musculos vicinos, in duos ramos maiores, aut potius tres, arteriam scilicet tibialem anteriorem, suralem et peroneam, finditur. Ge. Die Kniepulsader. G. L'Artère poplitée.

POPBITAEAE VENA, ex duplici ramo venae cruralis misto constat, et sub cute tecta posterius per medium poplitis flexum decurrens, atque in tres, tandemque plures et minimos ramos fissa, excurrit vsque ad calcem, aliquando ad malleoli cutim. Ge. Die Knieblutader. G. A. Veine Poplitée.

POPBITAEVS MUSCVLVVS, est vnus ex iis, quo tibia flectitur. Externo infernoque femoris osseo tuberi adnatus, oblique, itidem tibiae superiori posteriorique eminentiae quadrata ex parte figura inseritur. Ge. Der Kniechlenmuskel. G. Muscle Poplité, ou Jaretier.

POPVLAGO, seu *Caltha palustris* Linn. est planta, quae habet caules ramosos, rotundos. Folia rotunda, ampla, polita, leuiter crenata in margine, coloris virido-obscuri, Chelidonii minoris foliis satis similia, sed quadruplo maiora. Flores sunt polypetali, rosacei, nudi, ranunculoidei. (Polyandr. Polygyn.) Pistillum floris ab it plurimas vaginulas, quae deorsum pendentes ferunt plurima semina plerumque oblonga. Radix fibrosa, albescens. Haec planta crescit in locis aquosis. Decocto florum et foliorum insignes virtutes aperitiuae, et resoluentes, emmenagogae et alexipharmacae tribuuntur; laudatur quoque in cura variolarum. Gemmae

aceto conditae, Capparum instar, inter acetaria apponuntur. Est quoque *Tussilago altera*, item *Caltha palustris*, et *Cbelidonia palustris*, sic dicta ob foliorum albedinem, quam cum Populo arbore communem habet. Ge. Dotterblume, Wiesensblume, Schmalzblume. G. Peuplier, Souci, Souchet d'eau. A. Marsh-Marygold. B. Dojder-bloem, Botter bloem, Hoef-bladeren.

POPVLARIS MORBUS, idem quod *Endemius*, seu *Epidemius*.

POPVLEVM, est *Vnguenti* nomen, sic dictum, quia componitur ex oculis, seu Gemmis, Populi, quibus additur *Barbana*, *Hyoscyamus*, *Lactuca*, *Mandragora*, *Papauer nigrum*, *Semperuivum maius* et *minus*, *Solanum*, *Violaria*, *Vmbilicus veneris*, *Rubi cymae*, et *Porci axungia*. Ge. Pappel-salbe. B. Populier zalf.

POPVLVS, est arborum genus, (Dioec. Octandr.) cuius flores masculi et foeminei in amentis dispositi calycem habent ex lamina lacera constantem, corollam vero turbinate, obliquam, integram. In foeminino flore stigma quadrifidum, capsula bilocularis, semina multa, papposa. Species huius arboris officinalis est *Populus nigra* foliis deltoidibus acuminatis serratis *Linn.* quae in locis humidis et ad oras fluviorum crescit, et plurimum in oeconomia usum largitur. Eius oculi, seu gemmae, scaten vernali tempore, vt in hoc genere vulgare est. succo balsamico, odore, ex quo olim infusione cum vino et oleo *Oleum aegirinum* parabatur, de quo vide sub hac voce. Iam tantum pro *Vnguento populeo*, quod ex plurimis rebus et inter alias ex anodynis compositum est, et emolliendi ac refrigerandi vim habet, hae gemmae colliguntur. Ge. Pappel, schwarze Pappel. G. Peuplier noir. A. The black Poplar. B. Populier-boom, Pope-laar. — *Populi* quoque *albae*, foliis subrotundis dentato-angulatis, subtus tomentosis *Linn.* gemmae eiusmodi balsamico succo scaten. Vide *Opopalsamum germanicum*. Ge. Weiße Pappel. G. Peuplier blanc, Aubel. A. White Poplar, Abele-tree. B. Abeel-boom. — Ad hoc genus quoque arbor secundam *Linnaeum* pertinet, ex qua resina *Tacamahaca* colligitur, licet alii eam ex alia arbore oriri putent. Vide *Tacamahaca*. — *Populi* nomen a πάλω, vibro, quatio, concutio, quia a minimo aeris motu *Populi* folia concutiuntur.

PORCELLANA, seu MASSA PORCELLANA, est massa semipellucida, et quasi semiuitrificata, quae ex fluoribus et argilla purissima ignis ope paratur. Eius species variae

variis in locis parantur. In initio tamen ex China allata est. Ge. *Porzellan*. G. *Porcellaine*. A. *China-Ware*. B. *Porcellein*. — Porcellanae spuriae species, quam ab inventore *Reaumurianam* dicunt, caementatione vitri cum gypso, aut terra calcarea, paratur. Ge. *Reaumurisches Porzellan*. G. *Porcellaine de M. de Réaumur*.

PORCELLVS, est insectorum species, quae et *Aselli* et *Millepedes* dicuntur.

PORCELLVS CASSONIENSIS, est tumor hypochondrii finitri cum dyspnoea, pulsu tardo, dyspepsia, animi tristitia, sputatione multa, in Hungaria frequens. Hinc potissimum symptoma passionis hypochondriacae.

PORCVS, est animal quadrupes ad Mammalia bestias pertinens, quibus dentes primores vtrinque; intermediis distantibus lanarii semper vno plures vtrinque, nasus ultra os prominens. *Sus scrofa* L. Aper vix a sue domestico differens, nisi quod lanam inter fetas non habeat; dentibus primoribus superioribus quatuor, conuergentibus; inferioribus octo paratis; lanariis superioribus duobus brevioribus, inferioribus duobus exsertis; dorso antice setoso, cauda pilosa; est animal odore pollens, naribus fodiens; tendinibus truncandis; quisquillas, stercus, succulenta, variaque spurca vorans, multa seligens; pinguisimum, stupidissimum, somnolentum, tempestatum praenuncium et impatiens; apricatur in sole; in coeno se volutat; immundum, grunniens, accurrit clamanti aduersus hostem, spumante ore dentibusque horrens; crotalis infestum; tardum venere; pene laxo, longo; mammis numerosissimis, prole innumera; laborat pediculis, scabie, scrophulis, pipere; Ganearum numerosa materies; Athleticis et exercitatis salubris, non vero criticis; saccharo, seu ficu imprimis altis laudatur; inde Perna, Sincipitia, Trunculi, Costae, Sumina, Vulua, Iticia, Rotuli, Iulcula, Linn. Dentibus Apri, licet qualitatis tantum insipidae, inodora, terreo-gelatinosae, in puluerem tritis, nescio quae virtus antipleuristica tribuitur. Axungia porcina emolliente vi pollet et ad multa vnguenta adhibetur. Stercus suillum in profluuiis sanguinis laudatur. G. Ein Schwein. G. Porc, Cochon. A. Swine, Sow.

PORI, dicuntur extremitates vasorum minimorum exhalantium, vel meatus exigui et insensiles cutis aliarumque partium, per quos sudor et effluvia vaporosa ex corpore decedunt. Ge. *Schweißlöcher*, *Defnungen*. G. A. Pores. B. *Sweet gaten*, *Pypjes*.

PORI BILIARII, dicuntur extremitates, vel principia ductuum biliariorum in hepate, qui denique in magna

Porum biliarium, vel *Ductum hepaticum*, consistunt. Ge. Dis Gallengänge. G. Les Pores biliaires. Vide *Porus biliaris*.

PORI INORGANICI, dicuntur minima intestitia et hiatus passim relictæ inter fibras, e quibus membranae, aut lamellae, corporis nostri consistunt.

POROCELE, est hernia, ex callo, aut calculo excitata, renitens, dura, et inaequalis. Ex πῶρος, callus, et πῶλη, tumor.

POROMPHALVS, est calculus, aut callus, in umbilico protuberans. Ex πῶρος, callus, et ὑμφαλός, umbilicus.

POROSIS, est calli generatio. A πῶρος, callum induca. B. *Eelmaaking*.

POROSITAS, dicitur de corporibus, meatus exiguus et foraminula habentibus. Hinc applicatur ossibus, in quorum lamellis plurimae aperturae observantur, per quas medulla ad omnia ossium puncta duci potest.

POROTICA, sunt medicamenta callum generantia, seu quae exsiccando, incrassando, et adstringendo partis alimentum in callum conuertunt. A πῶρος, calleo.

PORPHYR, est Iaspis durissima, rubens, lapillis variis inspersis. Ge. *Porphyre*. G. *Porphyre*.

PORPHYRITES, est tabula lapidea ex marmore, silece, aut porphyre, superficie laevi et aequali, super qua, ancilante alio lapide, cursore dicto, alii lapides, gemmae, corallia, testae, etc. in subtilem puluerem rediguntur. Ge. *Reibstein*, *Präparierstein*. G. *Porphyre*. B. *Een Vryf-steen*, *Preparer-steen*.

PORRACEA BILIS, vide *Bilis*.

PORRIGO, i. q. *Furfuratio*.

PORRVM, est planta flore liliaceo, (Hexandr. Monogyn.) *Allium porrum* Linn. caule planifolio umbellifero, staminibus tricuspидatis, radice tunicata, s. Porrum commune capitatum *Bauh.* Habet folia ex tunicis radicis enata, plana, quandoque carinata. Caulis est rectus, crassus, solidus, succulentus. Flos hexapetalus, quasi campaniformis, ornatus staminibus latis, planis, in tria capillamenta exeuntibus, quorum medium apice donatur; flos in fasciculos globosos colligitur. Ovarium sit fructus subrotundus, trilobularis, foetus feminibus subrotundis. Bulbi sunt oblongi, angusti, fere cylindrici, tunicati, politi, splendentes, albi. Nota haec planta habet odorem Allii, et colitur in hortis. Planta haec ita tunicata est, ut bulbus totus in tunicas possit resolui, et folia sint tantum elongatae squamulae bulbi. Vfus maxime culinaris tantum est. Pollet tamen etiam viribus resolutivibus, alexipharmacis, diaphoreticis et diureticis. Succus expressus

expressus tinnitui aurium, ipsaque planta contusa ambustioni et morfui animalium venenatorum medetur. Cum butyro frixa et applicata in pleuritide et angina leuamen fert. Nomen habere dicunt, quod porro eat et longe lateque grassatur. Gr. Πόρος, a πῦρ, incendo: est enim calidum. Ge. *Landf.* G. *Poireau.* A. *Leek, Porrey.* B. *Porey, Frey.*

PORRVS, est verrucæ, vel condylomatis, species, quæ habet quasdam radices ad extra, ad similitudinem porrorum, et ita minutim fixa. Talis in obscœnis partibus nasci solet ex venereo morbo, si virus eius, vt putat *Astrucius*, vnicam cutis papillam, vel exiliorem papillarum manipulum singulatim afficit, sed valide. Ge. *Zeigwarzen* G. *Poireau.*

PORTA, Gr. Πόρτᾱ: sic vocatur hepatis pars sima, vbi duæ paruae inueniuntur eminentiæ, seu protuberantiæ, quas *Portas* appellarunt veteres medici, putantes, chylum per facultatem attracticem suctum ex intestinis in vènas mesaraicâs ad venam portarum attrahi, et per vim hepatis assimilatricem in sanguinem conuerti; quod falsum esse recentiorum anatomicorum inuenta, et inprimis *Harueii* obseruata, enicerunt, *Vena*, quæ ibidem loci ex visceribus imi ventris, scilicet ex Vena mesenterica et splenica confluens, sanguinem in hepar ducit, ideo *Vena portarum* vocatur. Ge. *Die Pforte.* G. *Porte du Foye.* A. *The Livers port.* B. *De Lever-poort.*

PORTAE VENA, vide *Vena*.

PORTVLACA, PORTELLA, PORTICVLA, est plantæ genus flore rosaceo, (Dodecandr. Monogyn.) cuius species maxime frequens est *Portulaca latifolia* *Baub.* *Portulaca oleracea* foliis cuneiformibus, floribus sessilibus *Lin.* Habet hæc caulem rotundum, crassum, rectum, succulentum, tenerum, politum, splendens, rubicundum, in ramos diuisum. Folia succulenta, oblonga, fere rotunda, crassa, satis ampla, splendentia, carnosa, coloris albescentis, aut flavescentis, saporis viscosi, subacidi. Flos est rosaceus, quinque petalis in orbem positus constans, ex cuius calyce monophyllo et bifido surgit pistillum, quod deinde simul cum calyce abit in fructum, plerumque ouatum, seminibus foetum orbiculatis, nigris, paruis, et duabus testis in summo donatum, quarum exterior, quæ calycis pars fuit bifida, primo, interior vero, quæ aliud nihil est, quam pistillum ampliatum, postremo transuersa, bifariam dehiscunt, inferiori, seu calycis altera parte, pediculo affixa. Radix est fibrosa, simplex. Culinaris est huius plantæ vsus, et iusculis atque acetariis additur. Gaudet tamen eximia virtute refrigerante,

antiscorbūtica, et; vt lego, anthelminthica. Semen inter quatuor semina frigida minora refertur. Gr. Ἀνδράχην, Πικρὸν, Πικρῶν. Quidam putant a porco, (quasi porcorum lactuca) nomen habere, vnde χοιροβότανον, porci herba; vel a πῶλον, porta. Ἀνδράχην, quasi Ἀδράχην, quasi cum ἀδρᾶ ἄγγυ pululer. Ge. Portulack, Dürselkraut. G. Pourpier, Porcelain. A. Purslain, Porcelain. B. Porselein.

PORVS, proprie est paruunt et vix visibile foraminulum, exhalationi inseruiens, qualia inprimis in integumentis reperiuntur. Dicitur tamen etiam de paruis canaliculis. Vide *Pori*.

PORVS BILARIVS, seu HEPATICVS, est canalis, qui ex tota hepatis substantia vndique oriundus, atque ex minimis in maiores canales tandemque in vnicum desinens, eo loco, vbi vena portarum hepar ingreditur, exit; inde descendens cum ductu cystico iunctus, ductui cholidocho inseritur: vehitque bilem, in hepate praeparatam, ex hepate; et eam in intestinum duodenum amandat. A πῶλον, peruado. Gē. Der Gallengang. G. Pores biliaires. A. The Bile Channel. B. Ghl-leider, of Pyp.

POSCA, putatur dici a πῶσις, potio, i. q. *Oxycratum*.

POSSETVM, Gr. Ζυθγάλα, est lac decoctum, cui sub finem coctionis cereuilia infunditur, tunc liquidum serum in febribus forbendum datur, et coagulum remouetur; potio est Anglis familiaris. Ge. Posset, Biermolken. G. A. Posset. B. Bierwei.

POSTERACHIALE, i. q. *Meracarpus*.

POTAMOGETON, vel POTAMOGETON, Gr. Σταχδύτης, Lat. *Fontalis*, quia fontibus, et praesertim fluminibus, vicina est, siquidem in aquosis et palustribus locis nasci amat. Est planta flore tetrapetalo, calyce nullo, ferens semina quatuor subrotunda, acuminata (Tetrandr. Tetragyn.). Flores sunt spicati. Viribus gaudet subadstringentibus et refrigerantibus, variisque simul cutis morbis medetur. *Stachyites* vocatur, quasi spicata, ob caulem, quem ex se mittit floribus et semine spicatum. Ex ποταμός, fluuius, et γῆτρον, vicinus. Ge. Samkraut, Seeholderkraut. G. Epi-d'Eau. A. Water-Caltrops, Pond weed. B. Fontein-kruid, Swemkruid, Swam-kruid.

POTENTILLA, an ita dicitur ob potentes vires sistendi sanguinem. Vide *Anserina*, *Argentina*, et *Pentaphyllum*, L. *Quinquefolium*.

POTERIVM, est plantae genus floribus masculis et foemineis in eadem planta et spica separatis, (Mondec. Poly-

andr.) corolla quadripartita, bacca disperma nascente e tubo corollae indurato, incrassato, clauso. Viribus gaudet subadstringentibus et vulnerariis. Secundum nonnullos, sic dicitur, quod sit potrix herba, paludosum riguumque solum amet, vel forte quasi *potric*, quod paludosi riguique soli amans sit, sed etymologia non arridet, quia potius montes et loca arenosa amat. Hinc potius quasi *ποτὸ ἐρίον*, vel *πότρε ἐρίον*, quod lanugine obducatur lanosa. Vide *Pimpinella* et *Sanguisorba*.

POTIO, seu **POTVS**, a potare, est mixtura, vel dissolutio ex variis; vel decoctio, quae una, vel pluribus dosibus bibitur, ut haustus, decoctum, emulsio, iulapium, etc. Ge. Ein Trank. G. *Potion*. A. *A Drink, Potion*. B. *Een Drank*.

PRACTICVS, vocatur medicus, qui medicinae apud aegros exercendae operam dat. Hinc *Practica medicina*, vel *Praxis medica*, est artis medicae exercitium, theoriae cognitionem praesupponens.

PRAECIPITANTIA, sunt remedia, praecipue terrea, quae acidum in corpore nostro infringunt, et quasi praecipitant. Est vox a chymicis mutuata, quia praecipitando res alterius indolis sunt. Vide *Absorbentia*.

PRAECIPITATIO, est quaedam minimarum particularum in liquore conveniente solutarum, per contrarium liquorem infusum, subsidentia et reuiuiscencia. Sic v. c. si terrea, vel trietalla acido soluta sint, et sal aliquod alcalicum iniiciatur, particulae, antea inuisibiles, statim sub pulueris forma subsident. Ita sulphur, succinum, resinae, etc. spiritu vini soluta, ab infusa aqua praecipitantur. Ge. Niederschlagung, *Précipitation*. Ga. et A. *Précipitation*. B. *Neederstooting*.

PRAECIPITATVM, in genere dicitur omne id, quod per *praecipitationem* subsidet, in specie vero pulueres metallici, et praecipue mercuriales sic vocari solent. Ge. *Précipitat*, *Niederschlag*. G. *Precipité*.

PRAECOGNITIO, vel **PRAENOTIO**, vide *Prognosis*.

PRAECORDIA, Gr. *ᾠήσασ*, sunt viscera omnia, in thorace contenta. Ge. Die Eingeweide der Brust. G. *Les Parties autour du Coeur*. A. *The Entrails in the Breast*. B. *Borstingewanden*. — Aliis hac voce denotatur anterior thoracis regio, ut vocis hoc indicante, quasi diceretur, partes praecorde, siue ante cor. Alii rursus hoc sub nomine intelligunt regionem sub costis spuriis et cartilagine sterni. Ge. Die Gegend der Herzgrube. A. *Part of the Stomach*.

PRAEDISPONENS CAUSA, PRAEDISPOSITIO, est ista status corporis, secundum quem, accedente *Causa procausaristica*, morbus inducitur.

PRAEFOCATIO VTERINA, vide *Hysterica passio*.

PRAEMORSA, botanicis dicitur *radix* apice quasi truncata. *Praemorsum folium* vocatur, quod incisuris inaequalibus obtuse terminatum est.

PRAEPARANTIA VASA, sed melius *testicularia*, s. *spermaticea*, sunt venae et arteriae, ad testes et epididymides euntes, sic a veteribus appellantur, ex praedicio putantibus; in iis semen praeparari. Vena vtrinque plurimis ramificationibus et anastomosis tandem vno trunco, et quidem dextro in venam cauam, sinistro vero in venam emulgentem sinistram abit. Arteria vero, vtrinque ex aorta oriens sub arteriis renalibus, recto ductu, duabus, aut ad summum tribus bifurcationibus incedit, et testi inseritur. Ge. *Die Saamengefäße*. Ga. *Vaisseaux Spermatiques, ou Pampiniformes, ou Pyramidaux*. A. *The preparing or spermatie Vessels*. B. *Bereidende-vaten, Zaad vaten, Kloot-vaten*.

PRAEPARATA: ita in officinis in vniuersum omnia simplicia certa encheiresi mutata, seu etiam composita, vocantur, Ge. *Zubereitungen*. In specie autem *praeparatio* est, si medicamenta sicca puluerifata supra porphyritem vltius adhaerens affusa aqua puluerifantur, atque ex iis globuli minores, vel conii, formantur. Hinc oculi cancerorum praeparati, etc. in officinis prostant. Ge. *Präparirte Arzeneien, das Präpariren*.

PRAEPTIVUM, Gr. *Ἀρσποστία*, et *Πρόσθη*, est glandis penis virilis inuolucrum, estque tantum continuatio epidermidis, cutis, et membranac cellulosa, quae super se ipsam reflexa, coronae glandis adhaeret, et inferiori glandis parti frenulo adnectitur. A putando dictum: ab Hebraeis enim et Turcis resecuratur. Item clitoridis proiectione in foeminis ita vocatur, quae praeter exilitatem a virili diuersum in eo est, quod partem glandis tantummodo superiorem tegit, constans ex coniunctione integumentorum vtriusque *Nymphae*. Ge. *Die Vorhaut an dem männlichen Gliede*. G. *Präpuce*. A. *The Fore-Skin*. B. *De Voorhuid*.

PRAESAGIVM, VEL PRAEDICTIO, est declaratio prognosios, qua medicus indicat futurum morbi cuiusdam exitum, ex praesentibus ratiocinio cognitum; quae licet non semper necessaria, tamen ad fiduciam aegri, vel eius amicorum, conciliandam, valde utilis est. Ge. *Vorhersagung des Ausganges einer Krankheit*.

PRÆSEPIA, seu **PRÆSEPIOLA**, sunt foraminula illa utriusque maxillae, seu alveoli, quibus dentes continentur. Gr. *Φάρυα* et *Φάρυια Galeno*. Ge. *Zahnhöhlen*, *Eden* darinnen die *Zähne* stehen. Ga. *Alveoles*, *Cavités des Dents*. A. *The holes of the Teeths*, *Sockets*. B. *Tand-berbels*. — Item Apum alvei, siue cellulae, *Praesepia* appellantur. Vide *Morsariola*.

PRÆSERVATORIA INDICATIO, est modus, quo per victus rationem et remedia conuenientia a morbis futuris praeseruamur. Idem quod *Prophylaxis*. Ge. *Verwährende Anzeigung*. B. *Verhoedende Inzicht*.

PRÆSIDIVM, idem quod *Auxilium*, *Remedium*, aut *Indicatum*.

PRAET. NAT. vel **P. N.** significat *Praeter naturam*.

PRASINA BILIS, vide *Bilis*.

PRASVM, est *Porrum*, a *πράω*, incendio; quia Porrum comestum sanguinem accendit, linguam mordet. Vide *Porrum*.

PRASVM et **PRASSIVM**, vocatur a veteribus *Marrubium*, s. *Ballore*. Nomen impositum a cauliculis quadrangularibus videtur. *Πρασια* enim dicuntur dispositiones quadrangulares; vel quod *ἡ τριῖς πρῶσιαι* coleretur: adeo ut cum Porro, ut viri docti voluere, nullam similitudinem habeat. Vide *Marrubium*. — *Prasium* autem iuxta Ill. *Linm.* est plantae genus peculiare; (Didynam. Gymnosperm.) calyce monophyllo, bilabiato, corolla monopetala ringente, baccis quatuor, unilocularibus in fundo calycis, seminibus solitariis, subrotundis. Hinc femina ipsa, ut in Rubo, pulpa circumdata, baccæ naturam induunt. Hinc planta tetragymnosperma baccifera, qua nota ab aliis eiusdem ordinis omnibus dignoscitur.

PREGMA, vide *Bregma*.

PREHENSIO, vide *Catalepsis*.

PRESBYTIA, **PRESBYOPIA**, **AMBLYOPIA PROXIMORVM**, est obscuritas visus in rebus propinquis, cum tamen in distantibus aliqua sit perspicacitas, senibus familiaris, ex oculorum planiori figura, vel a nimia distantia corneae, vel lentis crystallinae, vel utriusque, a retina, vel a vi refractiva corporum pellucidorum oculi solito minori, vel a pupillae angustia, oriunda. Ex *πρεσβυς*, senex. Ge. *Gesicht in die Ferné*. G. *Vue longue*. B. *Blindheid van Ouderdom*, *oud Gezicht*.

PRESSURA, vocatur inflammatio digiti in suppurationem vergens, et in secessum unguis tendens, a frigore.

PRIAPISMVS, est *Tentigo*, siue pudendi diutina et ingrata sine libidine erectio, qualis saepe dysuriae et gonorrhoeae superuenire solet. Item membrum virile. Gr. etiam

vocatur *Σαρυπλάσις*. *ΑΠιλαρος*, Priapus, Veneris et Liberi filius, qui semper ab antiquis pingitur cum membro genitali tenso et erecto. Vide *Saryriasis*. Ge. *Krampsartige Aufrichtung des männlichen Glieds*. Ga. *Priapisme*. B. *Raedstand tegens Wil*.

PRIAPUS, i. q. *Penis*. In officinis passim adhuc *Priapi* variorum animalium, vt cerui, ceti, tauri, vulpis, prostant, quibus singulares virtutes medicas tribuit credulitas.

PRIMAE VIAE, vocantur Ventriculus et Intestina, quoniam in his incipit alimentorum coctio.

PRIMOS DENTES, siue ANTERIORES, ita vocantur, quia propter gingivarum tenuitatem, suam aciem, et alveolorum paruitatem, primi erumpunt; ab officio in cibis incidendis dicuntur *Incisorii*. Item *Γελασιοι*, quia inter ridendum primi denudantur, *Tomici Celso*, *Τομαίε διαγασήσε*, *Κρέως*, *Τοιτραί*, etc. In homine numero quatuor sunt superius, totidemque inferius. Ge. *Die vordersten, oder Schneidezähne*. G. *Les Dents de devant, ou Incisives*. A. *The Fore-Teeths*. B. *De Botter tanden*.

PRIMULA VERIS, siue BETONICA ALBA, aut HERBA PARALYSEOS, Verbasculum pratense odoratum *Baub*. *Primula veris* officinalis foliis denticulatis, rugosis, limbo corollarum concauo *Linn*. (*Pentandr. Monogyn.*) est planta, quae habet folia ampla, oblonga, aspera, rugosa, repentia; ex his erumpunt caules lanuginosi, rotundi, nudi. Flos est monopetalus, hypocrateriformis, et multifidus, ex cuius calyce. (qui tubularus, monophyllus, pentagonus, quinque-dentatus et persistens est) surgit pistillum infimae floris parti ad instar clavi infixum, quod deinde abit in fructum, seu testam oblongam, in ipso calyce ferme reconditam, apice dehiscentem, et seminibus foetam minimis, obrotundis, nigris, placentae affixis. Radix est satis crassa, squamosa, rubicunda, fibrosa, saporis adstringentis, odoris grati et aromatici. Haec planta crescit in pratis et syluis. Qualitatis est fragrantis et subamarae, viribusque neruinis, anodynis et exhilarantibus gaudet; hinc in vertigine, paralyti, cephalalgia, epilepsia, aliisque morbis neruinis commendatur. Prostat in officinis aqua, et conserua florum, qui *Flores paralyseos* dicuntur. Hi quoque frequenter in infuso adhibentur. Succus expressus cosmeticus est. Sic dicitur, quod incipiente vere et ante illud tempus flores suos emittit. Ge. *Schlüsselblume*, *Himmelschlüssel*, *St. Peterschlüssel*, *Weißbetonie*. G. *Coucou*, *Prime vere*, *Bavillon*, *Primerole*. A.

Cow Slips, Prim-rose. B. Sleuzel-bloemen, Hemel-sleuzel, Backkruid, St. Pieters-kruid.

PRINCIPES DIES, vide *Critici Dies.*

PRINCIPIA, i. q. *Elementa.*

PROBOLÆ, i. q. *Apophysis.*

PROCATARCTICA, est *Cauſſa morborum remotior*, quæ etiam aliis *occasionalis* dicitur, et quæ ad *Cauſſam prædiſponentem* accedens id efficit, vt morbus oriatur, ſiue illa ſit externa, ſiue interna, vt ira, vel æſtus æris, cacochymiam mouens, febrimque inducens. Α προκατάρκτω, antegredior. Ge. *Gelegenheitliche Urſache. B. Voortrekkende, of beginnende Oorzaak.*

PROCATARXIS, i. q. *Procatarctica.*

PROCESSVS, i. q. *Apophysis.*

PROCESSVS CHYMICI, nihil aliud ſunt, quam operationes chymicæ. Ge. *Chymische Proceſſe. G. Operations Chymiques. A. Chymical-Proceſſ. B. Chymische Werking.*

PROCESSVS CILIARES, ſunt quaedam ſtriae, vel plicae, in oculo, quibus lens cryſtallina aliquantum in ſede ſua firmatur, aut mouetur. Ab oculi pupilla, velut radii a centro profecti, in orbem diſponuntur; fibræ iſtæ ſerie denſa ordinatæ, antèrius, vbi corneae tuniçae cohaerent, colore variegato inſigniuntur; interim vbi cryſtallini humoris margini, ac etiam tuniçae retinae orae contiguæ ſunt, ſemper nigrae apparent, reſpondentibus ſcilicet ſimilibus lineis in vitrea membrana, vel in retina. Iſte proceſſus ciliaris ex miñuſculis plicis de ſuperficie choroideae orientibus, dum ſcilicet ad vnam ſtriam duæ, tres, quatuor lineae eleuatae concurrunt, componitur, numerum ſeptuagenarium forte excurrentibus, ligamento cuidam ex totidem nigricantibus extruſto, alligatis. Harum vtriuſque ordinis fibrarum quaedam, ligamenti latitudinis margines ambos tangunt, quaedam ad medium pertingunt. Vaſculoſa hæc contextura, cum tota vtea membrana, mobilis eſt. Non tantum etiam oculi pupillam turgentibus vaſculis dilatant, aut contrahunt, quin et humorem cryſtallinum protrudunt, ac retrahunt, inque obiectorum adſpectus deſcedunt. Vide *Corpus ciliare, Ligamentum ciliare. Ge. Das Band des Augenſterns. Ga. Procès ciliaires. B. De Regenboogs hairige Kring.*

PROCESSVS MAMILLARIS, vide *Olfactorius neruus.*

PROCESSVS PERITONAEI, ſunt in vniuerſum omnes illae productiones ex duplicata lamina peritonaei oriundae, quæ viſcera firmant, etc. In ſpecie vero canales ita vocantur terſus abdomen aperti, in ſine vero coeci, qui in recens natis

adhuc patent et sub testium descensu ex abdomine in scrotum oriuntur. Hi canales deinde concreſcunt cum funiculo ſpermatico, et tunicam vaginalem formant. In puellis fimiles adſunt canales, qui deinde cum ligamentiſ vteri rotundis coaleſcunt, eaque inuoluunt. Optime hos proceſſus Cl. *Hunterus* deſcripſit.

PROCIDENTIA, PROLAPSUS, eſt talis partis mollis ex naturali ſede reſceſſus, vt ſine integumentis comunibus emineat; hinc differt ab hernia, in qua partes prolapſae cute obuelatae manent. Ge. *Der Vorfall*. G. *Chûre*. B. *Uitzakking*.

PROCIDENTIA, VEL PROLAPSUS ANI, PROCTOCELE, eſt inteſtini recti inuerſi, propter nimiam laxitatem, per anum deſapſus. Oritur etiam ab humore acri, inteſtinum vellicantem, a dyſticia, et a calculo veſicae, quo inteſtinum per conſenſum toties irritatur, vt muſculorum leuatorum fibrae relaxentur. Vocatur item *Procidentia ſedis*, et *Procidua ſedes* Plin. *Προκίττων ἀγχε*, quando ſedes prolabitur. Gr. *Πρόκτωσις ἀγχε, ἡ ἔδρα*. Gè. *Das Ausfallen des Mastdarms*. G. *Chuze ou Deſcente de l'Anus, du Fondement*. A. *Falling down of the arſe-gut*. B. *Uitbangen des Einde-darms*.

PROCIDENTIA, VEL PROLAPSUS VTERI AUT VAGINAE, HYSTEROPTOSIS, eſt vteri, vel vaginae, prominentia, cognoſcenda per protuberantiam in vagina obſeruandam, aut extraſplam propendentem ab vtero prolapſo, inuerſo, vel a vagina inuerſa prolapſa eſſormatam, reductibilem ſaltem initio, ſtipitam doloribus ad renes et inguina, pondere, hypogaſtrii, inceſſu difficili, tenefmo, vrinae frequentia, aut difficultate, etc. G. *Vorfall der Mutter, oder der Mutterſcheide*. G. *Abaiſſement, Chûre, ou deſcente de la Matrice, ou du Vagin*. A. *A Falling down of the Womb*. B. *Uitval, of Zinking der Lyfmoeder, of der Scheede*.

PROCONDYLI, ſunt oſſa digitorum, *Metacarpio* proxima. Ex *πεδ*, pro, et *κόνδυλος*, digitus. Vide *Metacondyli*.

PROCTALGIA, DOLOR ANI, eſt dolor podicis, ſiue extremi inteſtini recti, et vicinarum partium, oriens vel ab inflammatione, vel vlceribus cancroſis, fiſtula, intertrigine, rhagadibus, procidentia, marifcis, tenefmo, haemorrhoidibus albis, etc.

PROCTITIS, eſt inflammatio ani cum febre et tenefmo.

PRODROMVS, eſt morbus, ex ſuo genio alium ſuperuenturum indicans. Vt haemoptiſis phthiſin, vel vertigo apoplexiam praefagit. Ex *πεδ*, pro, et *τρέχω*, curro. Ge. *Ein Vorboth*. G. *Avant-coureur*. A. *A Fore-runner, or preſage*. B. *Voorlooper*.

PRODUCTA, chymicis dicuntur illae substantiae, quae ex aliis corporibus, vel putredine, vel ignis roitura, eliciuntur, sicque per nouam particularum vnionem genita sunt, nec antea hac sub forma his corporibus inerant, vt salia volatilia, olea empyreumatica, etc. Distinguantur ergo ab *Eductis*, quae talia, qualia antea fuerant, saltem separantur, vt aqua, terra, etc.

PRODUCTIO, vide *Apophysis*.

PROEGVMENTA, **PRAEDISPONENS**, est *Causa* morbi antecedens interna, in corpore ex alia remota ortum habens, et accedente causa occasionali ita morbum producens, vt, ea sublata, morbus possit perseverare, quemadmodum cacochymia, a vitiosa victus ratione producta, vnde obstructio vasorum et meatuum, vel constipatio viscerum, producitur. *Α προγυμναι*, antecedo. Ge. Vorhergehende Ursach. Ga. Cause antecedente. A. Antecedent cause. B. Voorgaande Oorzaak.

PROFLVVI CORTEX, s. **CONESSI**, aut **TILICHERRY**, vel **TELLICHERRY CORTEX**, est Cortex arboris humilis in Malabar et Zeylona crescentis, nigricans, saporis austeri et grati amari, qui in dysenteria, diarrhoea et febribus intermittentibus laudatur. Arbor est *Nerium auridyfericum* foliis ovatis acuminatis petiolatis *Linnae*. Ge. Conessirinde. A. Conessi- or Tili-cherry-bark.

PROFLVIVM, in genere est excretio praeternaturalis quorumcunque fluidorum e corpore, quantitate, aut etiam qualitate peccans, vt sanguinis ex naribus, vulneribus, expudendo muliebri, vt in expurgationibus, et menstruis nimis. Sic dicitur de semine, vt in gonorrhoea, sic de excrementis, vt in diarrhoea, lienteria, coeliaca passione, sic de lacte, nimia quantitate profuente. Ge. Ein Fluß. Ga. Ecoulemens, Perte. A. A Fluxion, Fluxe, Praeternatural discharge. B. Vloed.

PROFVNDVS MUSCVLVVS, i. q. *Perforans musculus*.

PROGNOSIS, et **PROGNOSTICA SIGNA**, sunt, e quibus praesentibus futura, quae aegro accident, praecognoscimus. Quae imprimis petuntur 1) ex observationibus in simili morbo notatis, ac praesens hic adest. 2) Ex viribus vitae praesentibus cognitis, et comparatis cum causis et indole morbi, quibus trutinatis, num morbus diu, num breui duraturus sit, satis bene tutoque praecideri potest. 3) Ex aegri praegressa vitae ratione, corporis habitu firmo, vel debili, aetate, sexu, climate, sub quo viuit, anni tempore, et praegressis in eodem corpore morbis. 4) Ex effectu remediorum

prompto, vel nullo. Si haec omnia sollicitè perpendit medicus, singulaque exactè trutinat, tuto ex arte concludere potest, quid in morbo secuturum sit, si nihil noui, quod mutet aegri statum, accedat; similibus Hippocrates insistentes viis, tantam sibi conciliauit famam, vnde nihil medicum Deo magis similem reddere, quam futura praedicere, asseruit. A προγνώσκω, praegnosco. Ge. Vorbedeutung, Anzeigung. G. Prognose. A. Prognostication, or Foretelling. B. Voorkeuning, Voorzegging. Vide Praesagium.

PROIECTIO, est terminus chymicus, et dicitur, quando puluis calcinandus crucibulo cochleatim, siue per vices, inicitur.

PROIECTURA, i. q. *Apophysis*.

PROLABIA, Gr. Πρόχειλα, sunt extremae labiorum partes prominentes. Ge. Die Vorlippen. G. La partie antérieure des Levres, ou le devant des Levres. A. The Fore Lips. B. Voorlippen.

PROLAPSUS ANI, VTERI, etc. vide *Procidencia Ani, Vteri*, etc. — Prolapsus vuae, vide *Strophyloma*.

PROLEPTICVS, est morbus semper anticipans: vt si paroxysmus, vel exacerbatio, febris hodie hora quarta adueniat, cras vero hora tertia, vel secunda. A προλαμβάνω, anticipo. Ge. Eine vorrückende Krankheit. B. Een vervroegende Ziekte.

PROLIFER FLOS, est ille, vbi nouus ex centro prioris, id est, ex pistillo continuato, nascitur. Ge. Sprossende Blume. — *Prolifera umbella* est, si umbellae partialis pedunculus nouam umbellulam, s. prolem, emittit. Germ. Sprossende Dolbe.

PRONATORES MUSCVLI: eorum alter est *Rotundus*, alter vero *Quadratus*. *Primus* a forma et munere dicitur *Pronator rotundus*, interiori humeri tuberculo alligatus, hinc ad radii medium, cui valido adhaeret tendine, excurrit. *Secundus* dicitur *Quadratus*, ab inferiori et interna vlnae ossis parte transuersim productus, interno et inferiori itidem radii lateri annectitur. Vterque hic musculus actione sua, immoto prorsus *Olecrano*, inferiorem extremitatem radii supra inferiorem extremitatem vlnae introrsum voluit, sicque pronationem manus, seu eum situm efficit, in quo vola manus retrorsum, vel deorsum, dorsum vero antrorsum, vel sursum, respicit. Ge. Der vorbeugende Muskel. G. *Muscles Pronateurs*. A. The pronator Muscle. B. De vooromkeerende Spieren.

PROPAGO, dicitur vitis vetula depressa, atque in terram per inflexos arcus submersa, ut ex vna plures emergant. Ge. Ein Nebenschöß, Sechser. G. Provin de Vigne. B. Afszetting, Afscheidung. — In anatomicis interdum valorum et nervorum rami minores *Propagines* vocantur.

PROPATHIA, vocatur quarundam functionum sensibilis perturbatio, quae morbos ingruentes praecedat et praenuntiat, e. gr. lassitudo spontanea, etc. Ge. Vorempfindung der Krankheit. G. Propathie, Presentiment.

PROPHASIS, est praenotio in morbis. — Item, occasio et causa antecedens. A προφαίνω, praeluceo. Vide *Procatartica*, *Prognosis*.

PROPHYLACTICA, est pars Hygieinae, quae morbos futuros et imminentes auertit. A προφυλάσσω, praeseruo. Vide *Praeservatoria Indicatio*. Ge. Verwahrungsmittel. B. Verhoedende Inzicht.

PROPHYLAXIS, i. q. *Prophylactica*.

PROPOLIS, est crassior apum materia, flava, odorata, styracem, ut scribunt, seu potius resinam, odore referens, cerae finitima; gluten in alveorum foribus repertum, in spiritu vini et oleo terebinthinae solubile. Quidam *Ceram sacram* vocarunt. Vnde, et a quibus vegetabilibus apes hanc materiam colligant, nondum hucusque satis innotuit, interim videtur esse rudis quaedam resina, nullam habens nec odore, nec sapore, nec consistentia, cum cera similitudinem. Sapor subamarus est, igni si imponatur, lignum aloës reddet, et consistentia spissior est, imo et colore subnigra. Illa materia lateribus alvei non tantum ab apibus apponitur, ne aeris iniuriæ apum generi nocuae sint, sed hyemali tempore etiam circa introitum, siue alvei portam, ob eandem causam; vnde et ei nomen impositum est. Ex προ, pro, et πύλη, porta. Huic materiae, praeter usum mechanicum et oeconomicum, eximia virtutes digerentes, emollientes, maturantes, atque mundificantes attribuuntur; hinc in antiquis vlcibus summo opere commendatur. Ge. Dorstöß, Stoppwachs. G. Propole. A. Propolis. B. Voorwasch.

PROPOMA, est potus, ex vino et melle, vel saccharo, paratus. A προπίνω, praebibo.

PROPOTISMA, est medicamenti propinatio. A προπίνω, praebibo.

PROPTOMA, est partis externae, etiam ante lapsum conspicuae, et a palpebris, bulbo oculi, lingua, ac vuula diuersae procidentia, ut in scroto, mammis, labio inferiori,

praeputio, vel auriculis, vel a causis internis, vel externis, et interdum artificio producitur. *Sauv.*

PROPTOSIS, est partis alicuius procidentia: vt oculi, omenti, vuulae, etc. A *προπίπτω*, procido.

PRORAE OS, vide *Basilare Os*.

PROSERPINACA, vide *Polygonum*.

PROSPHEROMENA, sunt cibi, vel medicamenta, quae intra corpus sumuntur. A *προσφέρω*, offero, adhibeo, ad-moueo.

PROSPHYSIS, est adnascencia, cohaerentia et coalitio, cum scilicet digiti sibi inuicem connexi sunt et coalescunt, vel etiam extrema pars ossis, diaphysi contigua. A *προσφύω*, adnascor. Ge. *Zusammenwachsung*. G. A. *Coalition*. B. *Zamen-waffen*.

PROSTATAE, ADSTANTES, siue CORPORA GLANDV-
 LOSA, sunt duae glandulae, infra vesiculas feminales sitae,
 iuxta meatum feminarium; vel potius vna continua in ho-
 mine et quibusdam animalibus glandula, seu cellulofum
 compactum corpus, haecenus vtcunque cordis forma, quod
 ad vesicam crassius, et ea sede quasi emarginatum sit, versus
 vrethram autem gracilescat, vt eius fines accurate definiri
 nequeant. Subiicitur partim vrethrae, vt recto intestino in-
 fideat, et vesicae, et vesiculis feminalibus. Vrethram su-
 perne amplectitur, vt tamen maior pars prostatæ inferius
 ponatur. In eam prostatam et superne et inferne fibrae
 rectae vesicae vrinariae denique euanescunt. Fabrica ob-
 scura est, et neque glandulae simplicis similis, cuius caeca
 esset aliqua, neque compositae; neque enim in lobulos recte
 discedit, neque acini in ea reperiuntur, neque quidquam
 praeter densam cellulofam, tenacem et stipatam quasi scirrho-
 sam carnem sistit. Ductus tamen excretorii, numerosi, recti,
 exigui adsunt, qui oblique antrorsum decurrentes, propriis
 poris in valliculam nascentis vrethrae, quae est ad vtrumque
 latus capitis gallinaginis, aperiuntur, succumque secerum
 effundunt. Vnde accurate hic miscetur semen et humor
 prostatæ: dum vesiculae et prostatæ eadem membrana
 musculari cinguntur. Humor hic factus, est blandus, sub-
 spissus, ab alcohole vini coagulabilis, candidus, copiosus;
 post abstinentiam ab opere venereo diuturnam actione de-
 ponendae alui, aut reddendi lotii, saepe expressus, animal-
 cula, quae in semine adsunt, non continens, ablata testium,
 et vesicularum seminalium, actione, superstes, nec tamen
 tunc prolifer. Videtur hinc semen crassius et cineritium
 diluere, vehere, et forte in primis a coitu momentis nutrire

animalcula in vero femine contenta, unde vna cum femine eicitur; forte et vræthrae lubricationi inferuit, titillationi aniam dare etiam perhibetur. Simile corpus in foeminis reperisse se crediderunt *Barbolinus* et *R. de Graaf*. Dubia tamen adhuc huiusmodi corporis glandulosa in foeminis existentia est, cum nihil circumscripti, nihil solidi, in cellulosa tela vræthrae circumposita reperiatur. Α *περίτρησι*, prostituta, praesum. Ge. Die Vorstehdrüse. G. Prostatae. A. *Prostata*. B. *De Voorstaanders, Klieren aan den Wortel der Manelyke Roeds*.

PROSTATHIS, est pectus, siue thoracis anterior facies. — Item, pars carnosae in manuum et pedum cavitare, nec non inter digitos nascens. Ex *περ*, pro, et *σθος*, pectus.

PROSTHESIS, est pars chirurgiae, quae, quod deficit, restituit. Exemplum habemus in solutione continui, cum iactura substantiae, vt patet in vlceribus, cauis et fistulosis, quae arte chirurgica carne iterum replentur. Α *προσθησι*, appono. Ge. *Ersetzung*. G. *Prothese*.

PROTEVS, dicitur Mercurius, qui se in omnes formas vertit, et propriam tamen iterum recuperat — *Proteiformes* vocantur illi morbi, qui sub larua aliorum morborum delitescunt, vel etiam ii, qui saepius typum mutant, quod in febribus imprimis obtinere docuit *Mortonus*.

PROTOGALA, i. q. *Colostrum*, seu *Primum puerperae lac*.

PROTOPATHIA, est morbus primarius, siue idiopathia, quae ab alio morbo non est orta. Sic haemoptoe potest esse morbus *Protopathicus*, et inde oriens phthisis pulmonalis erit morbus *Deuteropathicus*. Ex *πρῶτος*, primus, et *πάθος*, patior.

PROTVBERANTIA, vide *Apophysis*.

PROTVBERANTIA ANNVLARIS, vide *Pons Varolii*.

PROVOCATORII DIES, vide *Critici Dies*, et *Intercalares*.

PRVNA, i. q. *Anthrax*.

PRVNA, de fructu, vide *Prunus*.

PRVNELLA, sumitur aliquando pro *Aphthis*, vel albican-
tibus, nigris, vel puniceis, aliquando pro *Angina*. Ge. *Die Bräunt*. G. *Prunelle, Mal de Gorge*. A. *Sore-throat*. B. *De Bruine*.

PRVNELLA, siue *Brunella*, est plantae genus, (*Didynam*, *Gymnosperm*.) calyce monophyllo, bilabiato, corolla monopetala, ringente, filamentis quatuor bifurcis. Species maxime frequens, in pratis et pascuis Europae proueniens, est *Brunella maior*, folio non dissecto, *Baub. Prunella vulgaris* foliis omnibus ovato-oblongis, petiolatis, bracteis

ouantis *Linn.* Qualitatis est subodoratae, viribusquē sphastringentibus potter. Hinc decoctum eius in sanguinis et alii fluxu, praecipue vero gargarisma in angina commendatur. Planta haec sic videtur dici, quod conueniat in febris ardentibus, quando os et lingua prunae instar ardent. Planta haec veteribus plane incognita, nomen traxisse videtur a vocabulo Germanico *die Bräune*, quae est species anginae, quae semper intra paucos dies in gangraenam abit, estque morbus interdum epidemicus et castrensis. Dicunt, exercitum quondam hoc morbo tere totum laborasse, multaque remedia esse adhibita, et tandem hanc plantam esse inventam, quae omnes aegros hoc morbo laborantes curauerit, succo huius plantae in gargarismate assumto, et foliis pro cataplastmate adhibitis. *Ge. Brunellen, Gottsheil, St. Antonstrant. G. Herbe au Charpentier, Brunelle. A. Self-beal. B. De Brunc, Brunelle.*

PRVNELLAE SAL, LAPIS PRVNELLAE, NITRUM TABVLATVM, CRYSTAE LVS MINERALIS: ita vocatur Sal ex nitri vncijs quatuor cum scrupulo florum sulphuris deflagratus, et in tabulas effusus. Nomen hoc vt Prunella planta acquisiuit a Germanis eo, quod epidemica castrensisque angina, quae Germanis *die Bräune* dicitur, huius salis ope felicissime sanaretur. Caeterum non est nitrum perfecte purum, sed sale polychresto aut tartaro vitriolato parcissime remixtum. Nam acidum grauissimum sub deflagratione sulphuris a phlogistae substantiae compedibus liberatum, nitrum ex parte intrat, acidum leuius nitrosum expellit, et eius locum denuo occupat. Contusum subtiliorem puluerem, quam nitrum depuratum, suppeditat, virtute tamen refrigerante eidem aliquantulum postponendum est. Datur in eadem dosi et in morbis iisdem, in quibus nitrum depuratum proficuum censetur. *Carib. Frequentissime vero gargarismatibus additur. Ge. Caspeter, Schlein. G. Sel de prunelle.*

PRVNVS, est plantae, vel arborum genus, (Icosandr. Monogyn.) quod tum *Prunus* proprie sic dictas, tum apud *Linn.* cerasos comprehendit. Cuius cortex est griseus, fere purpureus. Calyx est monophyllus, quinquefidus, deciduus; flos est albus, rosaceus, pentapetalus, staminibus triginta, vel ultra praeditus. Ouarium in fundo calycis sit fructus niger, subcaeruleus, stauescens, rubescens, ouatus, vel globosus, sub tenui, glabra tunica pulpam mollem condens, in suo medio continente officulum oblongum, vel ouale, in Pranis proprie sic dictis, compressum, vtrimque acuminatum, vnicointrus nucleo foerum. Pediculus satis longus fructui suppositus. Fructus immaturi

caro in Prunis proprie sic dictis est dura, viridescens, saporis stiptici. Radix lignosa, nigra, se vndiq̄e extendens. Prunorum quam plurimae dantur species et varietates, partim sylvestres, partim cultura prouenientes. Frequentissimae sunt inter cultas. 1) Prunus fructu paruo, dulci, atro-caeruleo *Tourn.* Prunus domestica, pedunculis subfoliariis, foliis lanceolato-ouatis, conuolutis, ramis muticis, *Linn.* Pruna Gallica *Pharm.* Ge. Zuckerpflaumen. Gá. Pexit damas noir. A. Common Prune, or Plum tree. 2) Prunus fructu magno, dulci, atro caeruleo *Tourn.* Pruna damascena *Pharm.* Ge. Zwetschfen. G. Gros damas violet de Tours. A. Damask Prune. 3) Prunus Brignonensis, fructu suauissimo *Tourn.* Pruna ex flauo rufescentia, mixti saporis gratissima *Báub.* Pruna brignolensis et Pruneolae *Pharm.* Ge. Prünolien. G. Brignoles, Prunes de brignoles. Conueniunt omnes hi fructus in qualitate acidiuscula, dulci, gaudentque viribus refrigerantibus, humectantibus, lubricantibus et ecoproticis. Prostant in officinis pruna laxatiua, quae ob addita leniora laxantia in seguitie alui conueniunt. — Prunus sylvestris, s. spinosa. Vide Acacia Germanica. Ge. Schwarzdorn, Schlehen. G. Prunier sauvage. A. Black-thorn, Sloe-tree. — Gr. Περύνη. Asiat. Περύνη, an quia ei magnus et durus nucleus, siue πυρήν. Ge. Pflaumenbaum, Quetschenbaum, Zwetschgenbaum. G. Prunier. A. Plum tree. B. Pruim boom.

PRURIGO, i. q. Pruritus, seu Scalpurigo.

PRURITVS, est molesta cutis sensatio, quae habet aliquid ex titillatione, dolore et voluptate. Sed illud proprium est, vt ad scálpendum incitentur, vnde clarum est, vires ad resistendum hic minores esse, sed tamen maiores, quam in dolore, vnde scálpendo noua sensorio inducta concussionem, adeo videntur vires augeri, vt id, quod titillat, excutiat, et ad latus depellatur. Id etiam notandum, non sentiri facile pruritus, nisi in cute externa, adeoque comitem esse scabiei, aliorumque morborum cutaneorum. Ortum habet vel a leui adtactu mechanico, vel a particulis acrioribus acriter pungentibus, in cutis glandulosis acinis et poris ab aliis tenacioribus retentis, quae per diaphoresin emanare non possunt. Gr. Κνησμός, Κνησμός, Ξυσμός. Ge. Das Jucken der Haut. G. Pruritz, Demangaison. A. Itching. B. Juckre.

PSALTERIVM, ob similitudinem quandam vocatur portio quaedam substantiae medullaris cerebri, triangularis, inter discedentia posteriora crura fornicis. Haec retrorsum latefcit, et a vasis plexus choroidei multis lineis inscribitur, quae

nonnunquam truncum medium rectum, transuerſasque lineas habent. Ge. Gehirnarſe.

PSAMMISMVS, eſt balneum ex arena ſicca et calida, quo hydropicorum pedes exſiccantur. A ψάμμος, arena. Ge. Ein warm Sandbad. G. Bain de Sable. A. A Bath of Sand. B. Een Bad uit warm Zand.

PSAMMODEA, ſunt vrinarum contenta arenofa et fabuloſa. Ex ψάμμος, arena, et ἄιδος, forma. Ge. Sandichter Saß im Urin. G. Urine ſabloneuſe. A. Sandy Urine. B. Zandachtigheid in de Pk.

PSAMOS, eſt arena in corpore humano genita, quae in paſſione nephritica ſaepe emingitur. Ge. Grieff, Sandkörnlein. G. Sable, Gravier. A. Gravel, Sand. B. Graauelig Zand.

PSELLISMVS, eſt impotentia, vel difficultas, quasdam litteras recte pronunciandi, et pro varietate harum litterarum plures ſpecies ſub ſe comprehendit. G. Bégayement.

PSEUDACORVS, ſ. **PSEUDO-IRIS**, i. q. *Acorus adulſcrinus*, ſeu *Iris paluſtris*.

PSEUDOACACIA, *Robinia Linn.* (Diadelph. Decandr.) habitans in America ſeptentrionali, nunc autem ſatis frequenter ob ſuauitatem in Europa culta, eſt arbor procera, valde grata; quae habet folia oblonga, coniugata, ultimo impari claudente. Flores ſunt albi, longi, leguminofi, papilionacei, odoris dulcis et grati; ex horum calyce fit ouarium membrana ſimbriata obuolutum; quod abit in ſiliquam planam, in duas partes dehiſcentem, foetam ſeminibus reniformibus. Cortici et radicibus vires expektorantes, floribus autem laxantes et antihyſtericae attribuuntur. Nomen a ψεύδος, falſum, et acacia, quaſi falſa acacia. Ge. Akazienbaum. G. Faux Acacia, Acacia commun. A. The common baſtard Acacia, Locuſt-tree, Sweet ſmelling Locuſt-tree. B. Valse Acacia, wilde Fruim-Boom.

PSEUDOASTHMA, vocatur nonnullis illa dyſpnoeae ſpecies, quae non a proprio vaſorum aëriſerorum in pulmonibus vitio, ſed ab abceſſu, aliaue cauſa, pulmones exterius comprimente, originem ducit.

PSEUDOBYNIUM, ab aliis ad Napum, ab aliis ad Naſturtium refertur, eſtque Braſſica (*Napus ſylueſtris*) (Tetradyn. Siliquoſ.) floribus tetrapetalis cruciformibus ſpicatis, ſiliquis longis, cylindricis, teretibus. Additur acetariis, ſed etiam viribus abſtergentibus et vulnerariis pollet. Decoctum in colica nephritica, ſcorbuto atque hydrope incipiente laudatur.

Folia

Folia contusa et in oleo macerata eximium rusticis balsamum traumaticum suppeditant. Vires in stranguria celebres. *Ge. Wilde Steckrüben. G. Herbe aux Charpentiers, Nautc sauvage. A. Wild-naphew. B. Wilde Sreekraap.*

PSEVDODICTAMNVM, est species *Marrubii*, (Didynam. Gymnosperm.) et quidem *Marrubium pseudodyctamnus* calycum limbis planis villosis, foliis cordatis concavis, caule fruticoso *Linn.* Habet scilicet cauliculos multos, minimos, lanuginosos, nodosos, albescentes. Folia mollia, tomentosa, obrotunda, Dictamnium Creticum fere referentia. Calyx est monophyllus; infundibuliformis, decemstriatus, et saepe decemdentatus. Flores sunt verticillati, dense congesti, coloris purpurei, monopetali, bilabiati. Labium superius fornicatum est, plerumque bifidum, inferius vero tripartitum. Ex calyce autem infundibuliformi surgit pistillum, posticae floris parti ad instar clavi infixum, ac quatuor embryonibus stipatum, qui deinde abeunt in totidem semina oblonga, in capsula infundibuliformi, quae floris calyx fuit, recondita. Radix est fibrosa, minima, lignosa. Qualitate spirante et calida, ut et viribus resolventibus, pellentibus, neruinis, vterinis et emmenagogis cum Dictamno Cretico convenit, quo tamen in omnibus longe est inferior. Dicitur quasi Dictamnium falsum, a *ψευδος*, falsum, et Dictamnium, *Ge. Wilder Diptam. G. Faux Dictamne. A. Bastard Diptamy. B. Rastard Diptam.*

PSEUDO-IRIS, vide *Pseudacorus*.

PSEVDONARDVS, i. q. *Lauendula angustifolia*.

PSEVDOMEDICVS, idem est, quam *Agyrta*, vel *Medicaster*, qui nulla theoriae medicae cognitione imbutus, praxin tamen exercet, et pompa externa, aliisque imposturis, ignaro vulgo imponit. *Ge. Ein ungelehrter Arzt. B. Een onbedreven Arts.*

PSEVDOSSELINVM, est *Caucalidis* minoris species, cuius usus culinaris. Est *Tordylium Anthriscus* *Linn.* *Ge. Desemmeterfillen. G. Faux Persil. A. Hedge Parsley. B. Ackerklitzen mer roode Bloemen.*

PSIDIVM, est cortex Mali Granati, qui quoque vocatur *Malicorium*.

PSILOTHRON, vide *Bryonia*.

PSILOTHRON, seu **DEPILATORIVM**, est medicamentum, quo pili vel e corpore auferuntur, vel propter hirsutiem attenuantur. Tale est maxime cognitum, quod e mixture calcis viuae et auripigmenti praeparatur. A *ψιλος*, tenuis, et *λαω*, lauo, vel a *ψιλωω*, deglubo, denudo, et *θρξ*,

pilus. Ge. Salbe, davon das Haar ausfällt. G. *Depilatoire*. B. *Een Hair uitvallend Middel*.

PSOAS MUSCULUS, maior est et minor. Maior, qui etiam *lumbaris internus* dicitur, oritur ab ima vertebra dorsi et quinque lumborum, tum a corporibus, tum a processibus transuersis, descendit secundum lumbos, hinc oblique in latus demittit se ad priorem partem ischii, et cum iliaco interno, sub ligamento Poupartii ex pelui elabens, attingit se trochanteri minori ossis femoris. Hinc actione sua est flexor femoris. Minor, qui interdum deficit, oritur ab ima vertebra dorsi et summa lumborum, iuxta maiorem descendit, et inseritur margini superiori ossis pubis. Hic, quum agit, dorsum et lumbos flectere iuuat. Α ψάων, contraho. Ge. Der Lendenmuskel. G. *Le grand & le petit Psoas*. B. *De Lenden-spieren*.

PSORA, est scabies fera, cutim in furfures mutans, constans e pustulis ichorosis, escharoticis, cum pruritu magno. Α ψαρία, scabie laboro. Gr. Ψάρα κνγλα. Ge. Die Hautdigkeit, Krätze. G. Galle, Rogne. A. Scurf, Irb. B. *Een zemelachtige Schurfsheid*.

PSORALEA, est plantae genus flore papilionaceo, (Diedelph. Decandr.) cuius species est *Psoralea pentaphylla*, radice crassa *Luss.* *Psoralea pentaphylla* foliis digitato-quinatis, foliolis inaequalibus *Linu.* Habitat in Mexico et Malabaribus, et ob singularem, quae ei tribuitur, virtutem alexipharmacam *Contrayerua alba Mexicana* vocatur.

PSORIASIS, est scabies scroti sicca, pruriginosa, quae saepe cum exulceratione molestat.

PSORICA, sunt medicamenta aduersus scabiem.

PSOROPHTHALMIA, est pruriginosa oculorum, vel potius palpebrarum, scabies. Ex ψάρα, scabies, et οφθαλμία, oculorum dolor. Ge. Die jückende Krätze der Augenlieder. G. Galle, ou Gravelle, des Paupieres. A. *Iching, or Irb, of the Eye-lids*. B. *Schurfsheid der Oogen*.

PSYCHOLOGIA, est doctrina de anima. Ex ψυχή, anima, et λόγος, sermo. Haec ad medicum tantum pertinet, quatenus ex mutato corpore mentis actiones insignem etiam patiuntur mutationem; vel ex mentis operationibus intensius corpus afficitur. Ge. Die lehre von der Seele, *Psychologie*. G. *Psychologie*.

PSYCTICA, sunt medicamenta refrigerantia. Α ψύχος, frigus.

PSYDRACIA, ad mentem *Pauli et Alexandri*, sunt exiguae cutis capitis vicuscula, similia eis, quae cutem exardere

solent. *Celsus* autem definiuit, quod sit paulo durior pustula subalbida, acuta, ex qua quod exprimitur, humidum est. *Psydraces* alii sunt paruae pustulae, tanquam bullae, supra cutim, a frigore hyemali efflorescentes. A *ψυδρα*, frigidus. *Psydracium* iuxta *Galenum* est effervescentia, quae in diuersis corporis partibus accidit, in summo rubicunda; alibi vero psydracias esse vesiculosas, vel phlyctenodes, innuit; verum saepius accidit, vt initio effervescentia sit rubra, intus firma, quae deinde cuticulae separationem a cute inducit, vnde intus caua, vacua, vel sero flauo turgida, videtur. Varias dantur species, a causis internis; vel externis, vt punctura vesparum, vrtica, sironibus, oriundae. Ge. Blattern auf dem Haupt. B. Blaarrjes, Pustjes.

PSYLLIVM, *Psyllium* maius erectum *Baub.* est planta, quae ab aliis pro specie *Plantaginis* habetur, quippe cum qua in flore conuenit: *Plantago psyllium*, caule ramoso, herbaceo, foliis subdentatis, recuruatis, spicis aphyllis *Lim.* (*Terrandr. Monogyn.*) Habet scilicet caules foliosos, sarmentosos, ramosos, repentes. Folia sunt oblonga, angusta, acuta, villosa, incisa, neruosa, et parum laciniata instar *Coronopi*. Caetera sunt, vt in *Plantagine* et *Coronopo*. Semina sunt parua, oblonga, puliciformia, lubrica, lucida, ex fulco punicea, saporis primum mucilaginosi, postmodum acris et nauseosi. Hinc mucilago extracta viribus inuiscantibus, lubricantibus, refrigerantibus et emollientibus gaudet. Ardorem quoque vriniae, praecipue in gonorrhoea, demulcet. Additur gargarismatibus, clysteribus et collyriis. Haec planta crescit in Italia et Germania. Nomen habet, quoniam semen pulicis apprimae simile est, vel, vt nonnullis videtur, quia, si viridis in domum feratur, generari in ea pulices prohibeat. A *ψύλλα*, vel *ψάλλος*, pulex. Hinc quoque *Pulicaris herba* appellatur. Ge. Psyllenkraut, Flöhkraut. G. Herbe aux puces. A. Flea-bane, Flea-wort. B. Vloo-kruid.

PSYLOTHRVM, vide *Psilothrum*.

PTARMICA, seu STERNVTATORIA, sunt medicamenta, quae inspirando in nares attracta maiori, quam errhina, praedita acrimonia, tantopere irritando et corrugando nervos nasales et membranam pituitariam sternutationes excitant, sicque pituitam circa nares exprimunt, vt magna copia tum, expellatur, tum erumpat. A *πτασμα*, sternuto. Ge. Niesennachende Mittel. Ga. Scernutatoire. A. Sneezing powder. B. Nies-middelen.

PTARMICA, *Dracunculus hortensis*, folio serrato *Baub.* *Achillea ptarmica* foliis lanceolatis acuminatis, argute serratis

Linn. (Syngenef. Polygam. Superfl.) est planta, quae habet caulem vnicum, tenuem, rotundum, fistulosum, satis firmum, vndequaue instructum foliis, Draconis esculenti foliis similibus, argutis, asperiusculisque denticulis circumquaue serratis, atro virore splendentibus, sapore acri et feruido pyrethri mitiore. Flos est radiatus, cuius scilicet discus ex plurimis flosculis, corona vero ex semiflosculis constat, embryonibus insidentibus, et calyce squamoso comprehensis. Embryones autem deinde abeunt in semina parua, ouata, flocco instructa. Radix est longa et filamentosa. Qualitatis est acris, inodorae, et praecipue radix viribus, sialagogis, errhinis et sternutatoriis gaudet. Commendatur in odontalgia. Folium etiam naribus intrusum sternutatipnem excitat, inde ei nomen datum est. *A πρᾶτρω*, sternuto. *Ge. Dießkraut, Dorant.* *G. Herbe à éternuer.* *A. Sneeze-wort, Goose Tongue.* *B. Nieskruid.*

PTERIS, est plantae genus, ad plantas dorsiferas, seu epiphyllaspermas, (Cryptogam. Filic.) pertinens, in quo fructificationes digestae sunt in lineam subtus cingentem marginem folii.

PTERNA, i. q. *Calx.*

PTERYGIUM, i. q. *Ala.* Hinc *Ala*, vel *Pinna*, nasi, aut processus aliformis ossis sphenoidis, ita vocatur. — Item, exrescentia membranosa, quandoque etiam carnosa, vel pinguis, alba, quamdiu recens est; rubra vero, et vasis praedita, si magis inueterata fuerit, *Vnguis* et *Vngula* dicta, supra corneam oculi tunicam, ab angulo vt plurimum interno, versus oculi pupillam exrescens, eamque saepe obscurans. *Ge. Ein Nagelfell im Auge.* *G. Ongle.* *B. Een Nagel aan bet Oog.* — Item Nymphae pudendi muliebris sic vocantur. — *Pterygium* saepe etiam confunditur cum *Panarizio*, ab aliis autem stricte sumitur pro carnis incremento, aliquam vnguis partem operiente. *A πτερυγίον*, ala.

PTERYGOIDES, dicuntur processus et muscoli ossis cuneiformis a parte inferiore. Duo tales offei sunt processus in osse cuneiformi, quorum singuli rursus in duas laminas longitudinales, seu alas, externam scilicet et internam, distant. His adnectuntur duo paria musculorum, quorum vnum est *Exsertum*, quod ortum ab externa parte alae exterioris pterygoideae, progressum retro inseritur forti tendine in spatio semilunari sito inter condyloidem et corohoidem maxillae inferioris processum. Alterum est *Insertum*, ortum carneum et tendinosum ex tota interna superficie lamellae externae pterygoideae, progrediens antrosum descendit, ac lato et

robusto tendine affigitur fossulae paulo supra angulum internum maxillae inferioris sub magnis apophysibus. Horum musculorum *externi* maxillam inferiorem antrorsum, *interni* retrorsum ducunt, omnes vero alternatim eam ab vno latere ad alteram mouent, sicque proprie triturationem in manducatione efficiunt. Ex πτερυγία, ala, et ἄδος, forma. Ge. Die flügel förmigen Fortsätze des Keilbeins, und Muskeln dieser Fortsätze. G. *Muscles Pterygoidiens, Apophyse pterygoidienne.* B. *Flugels-äyze Spieren, en Uitsceekfels.* — Item, cui scapulae alarum in modum exstant, teste Galeno et Araeaeo, quod genus hominum tabi obnoxium est, Πτερυγιάς Hippocr. et Araeaeo, Φθινιάς Hippocr. Ge. Dem die Schulterblätter herausstehen. B. *Dien de Schouder-bladen uitsceeken.*

PTERYGOMA, vocatur M. A. *Seuerino* excrementa quaedam, ex lento humore, in exteriores vuluae partes affluente, subnascens, quae pudendum vteri finem sic opplet et obstruit, vt necessaria in coitu masculini feminis immissio intercludatur.

PTERYGOSTAPHYLINI, sunt musculi vuluae, qui a processibus aliformibus originem trahunt, et in vuluae lateribus finem consequuntur. Sunt duo; internus et externus; *Pterygo-staphylinus internus*, siue *Spheno-staphylinus*, oritur prope supremam processus pterygoidei partem ex offe sphenoide, et finitur in parte posteriori ac superiori vuluae; hic *Salpingo-staphylinus* a *Valsalua* vocatur, quia e parte tubae Eustachianae prouenit. *Pterygo-staphylinus externus* oritur iuxta latus externum praecedentis, descendit inter vtramque lamellam processus pterygoidei, tendinemque super apophysi tenui lamellae interioris, quasi per trochleam, ad anteriorem vuluae partem reflectit, vnde vuula ab hoc parifurfum et antrorsum, a reliquis retrorsum, et ad latera videtur moueri. Hic musculus a *Valsalua* *musculus nouus tubae* vocatur, quia, si per alios musculos fixa teneatur vuula, Tubam Eustachii, vt et nares, ab eo dilatari existimat. A πτερυγία, ala, et τραπεζία, vuula. Ge. *Muskeln des Zäpfleins.* G. *Muscles Pterygo-staphylins, Muscles de la Luette.* A. *The Muscle of the Roof, of the Mouth.* B. *De Lel-spieren.*

PTILOSIS, est oculorum vitium, in quo, incrassatis palpebrarum marginibus, ciliorum pili excidunt. Ge. *Das Ausfallen der Augentwimpern.* B. *Een dikse der Oog-scheelen met eene Kaalheid des Hairs.*

PTISANA, est decoctio ex hordeo decortico, passulis mundatis, glycyrrhiza, aliisque vegetabilibus in aqua decoctis parata. A πτισσα, pinso, decortico. Ge. *Gersten-*

wasser, Decoct, gefottener Trank, Pfisane. G. *Pisane*. A. *Pisane*. B. *Een Koel-drank, Gersten-drank*.

PTOSIS, est morbus palpebrae superioris, in quo aut ob paralyfin musculi eleuatoris, aut a tumore enato depressa delabitur, sic ut oculus recte aperiri nequeat. Ge. *Das Niederfallen des obern Augenlides*. G. *Chûte de la paupière*.

PTYALAGOGA, sunt medicamenta salivae se- et excretionem promoventia. G. *Remedes Ptyalagogues*.

PTYALISMVS, est maior, quam naturaliter solet, salivae ex ore excretio. A *πτύω*, spuo. Ge. *Das Spucken, Speichelfluß*. G. *Flux de Bouche, Salivation*. A. *Salivation*. B. *Speekzelvloed, Kwyling*.

PTYALON, siue illa materia, quae ruffendo ex pulmonibus eicitur. *Saliua* namque proprie significat liquorem per ductus salivales effusum; humorem e naribus et supra palatum profluentem, *Piruitam cerebri* vocant; at *Mucus tonsillarum*, est materia viscida, quae per tonsillas excernitur. A *πτύω*, spuo. Vide *Saliva*.

PTYSMA, i. q. *Ptyalon*.

PUBERTAS, dicitur illud tempus aetatis iuuenilis, quod anno duodecimo, vel quarto decimo, incipit, in quo vterque sexus ad generationis opus idoneus euadit. Ge. *Mannbares Alter*. G. *Puberté*. B. *Huwbaarheid*.

PUBES, est illa pars abdominis, quae pudendo proxima lanugine, seu pilis, in iis, qui puberes facti sunt, tegitur. Hinc, qui huiusmodi pilis non adornati sunt, *Impuberes* dicuntur. Maribus decimo quarto accrescit, foemina vero duodecimo. Ge. *Die Haare auf der Schaam*. G. *Le poil des parties honneuses*. A. *Hair in the privie parts*. B. *'t Schaam-hair*. — *Pubes* etiam botanicis dicitur omnis hirsuties in planta.

PUBIS OS, siue **PECTINIS OS**, est pars ossis innominati, quae in junioribus cartilagine ab ischio et ilio separata, in adultis cum iis in acetabulo in vnum os concreuit. Est vero praecedentibus duobus minus, situm transversim, in parte anteriori, vbi duo ossa vtriusque lateris se inuicem contingunt et peluum formare iuuant. In hoc osse, vbi cum ischio coniungitur, relinquitur foramen magnum, fere ouale, musculis obturatoribus clausum. Sic vocatur ob pudendorum viciniam. Ge. *Das Schaambein*. G. *L'os Pubis, l'os Barré*. A. *The Share bone*. B. *Het Schaambein*.

PVDENDA, vocantur partes externae, in vtroque sexu generationi dicatae. Ge. *Schaamglieder*. G. *Les parties honneuses*. A. *Privie-parts*. B. *Schaamdeelen*.

PVDENDAGRA, in genere quidem dolorem partium genitalium denotat, aliis autem proprie est idem, quod *Lues Venerea*.

PVERPERA, focmina est, quae iamiam peperit, et quamdiu ex incommodis puerperium sequentibus decumbit. Gr. *Παιδορβος*. Ge. *Eine Kindbetterinn*, *Sechswöchnerinn*. G. *Une Accouchée, une femme en Couches*. A. *A woman in Childbed*. B. *Een Kraamvrouw*.

PVGILLVS, Gr. *Δεσουλδον*, est mensura medicorum, quae herbae et flores mensurantur; continet pugillus, quantum quinque digitis capi potest, et fere drachmam vnam pondere aequat. Aliis tamen, quantum tribus digitisprehenditur. *Galenus* abusive rutae fasciculum dixit, quantum duobus digitis comprehendi potest. Ge. *Fünf Finger voll*. G. *Une Pincée*. A. *Smal Handfull*. B. *Een Handvol*.

PVLEGIVM, est planta ad Menthas pertinens, (Didynam. Gymnosperm.). Habet scilicet caules longos, quadratos, villosos, quosdam elatos, alios repentes. Folia sunt obrotunda instar Maioranae, sed tactui molliora, et nigriora: ex horum alis ramuli oriuntur, vel parva foliola valde tenuia. Calyx est monophyllus, erectus, quinquedentatus. Flores sunt verticillati, coloris caerulei, vel purpurei, aliquando rubicandi, raro albi, labiati, labium superius bifidum. Flori succedunt semina quatuor minima. Radix est fibrosa. Huius plantae tres praecipue species prostant, scilicet: 1) *Pulegium latifolium* *Baub.* *Mentha pulegium* floribus verticillatis, foliis ovatis, obtusis, subcrenatis, caulibus subtretibus, repentibus, staminibus corolla longioribus *Linn.* 2) *Pulegium erectum* *mas Dal.* 3) *Pulegium ceruinum angustifolium* *Baub.* *Mentha aquatica* *Satureiae* folio *Tourn.* Qualitatis sunt omnes amaricantis et spirantis, multoque oleo aethereo scitent. Gaudent viribus resolventibus, pellentibus, stomachicis, carminatiuis, emmenagogis, et antihysteriis; hinc decoctum, vel aquosum, vel vinosum, in affectibus soporosis, cephalalgia, vomitu, colica, anorexia, lienteria, hysteria, dysmenorrhoea, leucorrhoea, asthmae et tussi convulsiva commendatur. Nomen habere dicitur, quod eius flores recentes incensi, pulices odore suo intericieant. Gr. *Πύλεγον*, seu *Πύλεγον*, quod gustatum a pecore, cum floret, balatum concitet. Ge. *Pulen*, *Polen*, *Flöhkraut*. G. *Pulior*. A. *Penny-grass*, *Penny-royal*. B. *Polei*, *Pulei*, *Palei*.

PVLICARIA, seu **PVLICARIS**, i. q. *Psyllium*.

PVLMONARIA, i. q. *Peripneumonia*.

PVLMONARIA, est planta, gymnotetrasperma asperifolia (Pentandr. Monogyn.). Species officinalis est *Pulmonaria latifolia*, vel *Symphytum maculosum* *Baub.* *Pulmonaria officinalis*, foliis radicalibus ouato-cordatis scabris *Linu.* Habet haec caulem angulosum, villosum, coloris purpurei, Buglosum referentem. Folia quaedam ex radice erumpunt dispersa et repentia; alia stipiti adhaerent siue caulibus; sunt oblonga, acuta, ampla, in medio neruum habentia, lanuginosa, et plerumque maculata; semina obrotunda, in calyce ampliato inclusa. Radix est fibrosa, saporis viscosi. Crescit haec planta in syluis, et circa montium radices. Vires habet vulnerarias, et pulmonum exulcerationibus, aliisque eorum morbis mederi putatur. Vel sunt, qui a similitudine cum pulmonibus sic denominari putant. *Ge. Lungentraut.* *G. Herbe aux poumons, Pulmonaire.* *A. Cowslips of Jerusalem.* *B. Longenkruid.*

PVLMONARIA ARBOREA, LICHEN ARBOREVS, est planta parasitica, (Cryptogam. Alg.) ad Lichenes pertinens; Lichenoides pulmonarium reticulatum vulgare, marginibus peltiferis *Dill.* *Lichen pulmonarius* foliaceus laciniatus obtusus glaber, supra lacunosus, subtus tomentosus *Linu.* Adnascitur trunco Quercus et Fagi. Qualitatis est siccae et inodorae, viribusque thoracis et roborantibus pollet. Sunt, qui in ictero, tussi inueterata, diarrhoea et nimio mensium fluxu commendant. Veterinariis pulvis cum sale contra tussim pecorum in vsu est. *G. Pulmonaire de Chêne.*

PVLMONARIA GALLORVM, vide *Hieracium, Pilsella.*

PVLMONES, Gr. Πνεύμονες, et Πλάμονες, sunt duo viscera in vniuersum sibi similia, sita in vtraque cauitate thoracis a mediastino separata. Cœni, sed valde irregularis, cuique figura in homine est. Superior finis in obtusum conum fastigiatus aliquantum super costam primam se effert. Inia basis caua oblique truncatur, antèrius breuior, pone longior est, et marginem acurum cum superior. conuexitate intercipit. Medio loco anterior quidem, non longa tamen portio pulmonis, plana fere est, inde ad obtusum angulum altera, lateralis facies pariter paene plana et modice omnino conuexa, qualis costarum caua vbiq; facies est; posterior longitudo valde conuexa est, vt caueas a costarum prima, magisque exsculpta costarum parte formatas subeant. Qua dexter pulmo sinistrum respicit, vterque antèrius planus est, deinde cauus, et sinister pulmo pro recipiendo corde exsculpitur, vt aliquam partem eius visceris nudam reliquat. Dexter ad finem auriculæ dextræ venit, reliquum cor a sinistro

tegitur. Totus pulmo liber est, et non nisi vasis maioribus adnexus: vitiose enim, etsi frequenter, pulmo ad pleuram reuincitur. Dexter Pulmo, constanter sinistro maior duos cum medio minore lobos, sinister duos lobos habet. *Haller*. Substantia pulmonum propria, quasi spongiola est, in infantibus grate rubens, in adultioribus liuescens; constans vasis sanguini foli vehendo, et mutando, (vt *Arteria et Vena pulmonali*), aliis suo sanguine tantum nutriendo hunc, (vt *Arteria et Vena bronchiali*), aliis foli aëri excipiendo, (vt *Arteria aspera* cum suis diuisionibus) dicatis: atque innumeris neruis a plexu pulmonali, et lymphaticorum copiosorum omni genere et magnitudine variis, etc. Ipsa enim *Arteria aspera*, post varias diuisiones continuo decrescens, tandem abit in substantiam ex vesiculis sphæroideae figurae conflata, membranaceam, subtilissimam, vltimo coecam, expansilem ab aëre inflato, contractilem propria vi, vt et thoracis compressu. Hæ vesiculæ mediante substantia cellulosa, vel reticulari, sibi inuicem iunctæ, et ita sitæ, vt a trachea mox ex vna in alteram patens sit aditus, vndique vasis trajectoriis sanguineis et nutrientibus cinguntur. Dum igitur, dilatato thorace, aer per laryngem et asperam arteriam in vesiculas aereas ingreditur easque expandit, vascula minima parietes vesicularum perreptantia explicantur, sicque alterna inspiratione et expiratione transitus sanguinis per ea promouetur, ipse sanguis sic conuassatus intime miscetur, et exhalatione caloris humidi condensatur, sicque mutatus auriculæ cordis sinistrae infunditur, vt adeo pulmones sanguificationi, sanguinis circulationi, respirationi, voci, loquelæ, etc. inferuiant. G. Die Lungen. G. Le Poumons. A. The Lungs. B. De Longe.

PVLPA, est caro fructuum, radicum, aliorumue corporum, quæ infusione, vel coctione, extrahitur, eam per setaceum traiciendo: vt Pulpa Tamarindorum, Cassiæ, Dactylorum, etc. vel contundendo, vt in Cucumeris, Melonumue semine; vel eligendo, vt pulpa colocynthidis, etc. Ge. Das Mark, das Fleisch, Fleisch. G. Pulpe, Chair. A. Flesh, Marrow, Pulp. B. Vlees, Merg. — Botanicis etiam *Rulposa* dicuntur *folia materia tenaci facta*.

PULSATILLA, est planta ad Anemones pertinens, (Polyandr. Polygyn.) cuius species hodie officinalis et maxime frequens est *Pulsatilla nigricans Pharm.* Pulsatilla flore minore nigricante *Bauh.* *Anemone prænensis* pedunculo inuolucrato, petalis apice reflexis, foliis bipinnatis *Linn.* Habet hæc folia *Pastinacæ syluestris* satis similia, sed minora, huic

tenui diuisura, pilisque respondentia, ex pediculo longiori palmari circiter admodum villoso, et prope terram subrubente, appensa, odoris acris et admodum nares ferientis; dum digitis conteruntur, gustus acerrimi; ex horum medio producitur cauliculus rotundus, cauus, lanugine spissa obductus. Flos est rosaceus, plurimis scilicet petalis in orbem positis constans, ex cuius meditullio surgit pistillum staminibus plerumque obsitum, quod deinde abit in fructum, in quo velut in capitulum colliguntur semina, in tenui capillamentum desinentia. Folia etiam quaedam caulem infra florem cingunt, non secus, ac in aliis speciebus Anemones, a quibus differt semine lanato in caudam tenuato. Radix est crassa, longa, nigra, in plura capita interdum diuisa. Crescit in collibus syluisque montosis Europae. Qualitatis quidem est acris et rubefacientis, autore tamen Ill. *Stoerk.* extractum eius cum saccharo mixtum, vt praestantissimum remedium in variis amblyopiae speciebus, aliisque fonticis oculorum morbis, eximio saepe cum fructu adhibetur, idque passim praestat, quod aliis remediis obtineri non poterat. Nomen habet, quod ostia anni quasi pulset, verque instare indicet; vocatur etiam *Herba venzi*, quod scilicet nimium tremuli pappi leuissimo statu huc atque illuc agitentur et propellantur. Quare *αψηγορ* dici potest. Ge. *Rüchenschelle, Windblume.* G. *Coquelourde.* A. *Pasque Flower.* B. *Keukenkruid, Keuken schelle.*

PVLSATIO, vide *Palpitatio.*

PVLSATIO CORDIS, vide *Pulsus.*

PVLSVS, siue PVLSATIO CORDIS et ARTERIARVM, est alterna cordis et arteriarum dilatatio et contractio, facta ex sanguine influente et dilatante tum cor, tum arterias; et ex harum fibrarum musculosarum vi contrahente, in sanguinem dilatantem agente, eumque propellente. Haec actio quae in corde dicitur *Diastole* et *Systole*, in arteriis vocatur *Pulsus*. Hae vicissitudines in cordis ventriculis fiunt tempore contrario, quam in arteriis, dum enim cordis ventriculi constringuntur, arteriae a sanguine replente ex corde emissio dilatantur. Prout igitur cor, vel arteriae, frequentius, vel lentius, fortius, vel debilius, agunt in sanguinem, pulsus variant; hinc observatur in morbis *validus, languidus, celer, tardus, durus, mollis, plenus, vacuus, aequalis, inaequalis, deficiens, myurus, mediocris, vidosus, vermicularis, formicans, tremulus, serratus, caprizans, etc.* Ge. *Der Puls.* G. *Puls, battement, ou mouvement des Artères, Pulsation.* A. *Pulse, Bearing of the Heart, and Arteries, Pulsation.* B. *De Puls, Aderslag.*

PVLSATILIS FONS, vide *Fontanella*.

PVLVERISATIO, est quando contundendo res durae in puluerem rediguntur. Ge. Zu Pulver reiben. G. A. Pulverisation. B. Poeder of stofmaking.

PVLVILLI, i. q. *Splenia*.

PVLVIS, est medicamentum siccum, particulis minimis, non cohaerentibus, constans, quod illa forma praescribitur, si integras simplicium vires desideremus. Constat vel ex vno ingrediente, vel e pluribus mixtis. Plures huiusmodi pulveres compositi in officinis prostant, quorum etiam multi *Species* vocantur. Vide *Species*. Ge. Pulver. G. Poudre. A. Powder. B. Poeyer, Poeder.

PVLVIS CARTHUSIANORVM, vide *Kermes mineralis*.

PVLVIS PYRIVS, est pulvis granularus factus ex sulphure, nitro et carbonum farina inuicem mistis, subactis et efficcatis. Vfus est notissimus. Si forte in vsum medicum adhibere necessitas cogat, eandem, quam *nizrum*, vires exhibet. Ge. Schießpulver. G. Poudre à canon. B. Buskruid.

PVLVIS TONANS, est pulvis constans e tribus partibus nitri, duabus salis tartari, et vna sulphuris, inuicem mixtis, qui si igni admoqueatur, cum ingenti fragore dissilit. Ge. Knallpulver. G. Poudre fulminante.

PVMEX, *Pumex vulcani*, Ichisti niger Linn. Porus igneus lapidis Asbesti Wall. lapis est erosus, porosus, spongiosus, exiguisque cauernulis, seu foraminibus, plenus, leuis, saporis subsalti, odoris situlenti. Praecipue circa montes ignivomos reperitur. Probatum, qui candore, minimoque pondere praecellit, ut et qui quam maxime spongiosi, aridique sunt, trituque faciles, nec fricando arenosi. Vfus maxime mechanicus est, sed etiam pulueribus dentificiis additur. Specificas in tollendis strumis vires habere creditur. Gr. Ktsonys. Arab. Tanech. Ge. Dimstein, Reisklein, Luffstein. G. Pierre Ponce. A. Pumice stone. B. Pumsteeu.

PVNCTATVM, botanicis dicitur *folium*, vel *receptaculum*, punctis excavatis adpersum.

PVNCTVM AVREVM, vox est chirurgorum veterum, hernias curantium, atque illud fit, quando peritoneum ab hernia in sacculum formatum, reducto intestino in eundem aureo filo constringitur, ne rursus intestina in eundem incidant locum. At dudum haec methodus ob fontica incommoda a peritissimis chirurgis explosa est. Ge. Guldene Nath. B. De gulde Steek.

PVNCTVM, consideratum, ut parua et rotunda particula,

dicitur etiam de quibusdam corporis humani partibus, v. c. *Punctum lacrymale.*

PVNCTVM LACRYMALE, vide *Alaciae.*

PVNCTVM SALIENS: dum ovum grandescit, in interiori eius tunica amnios dicta, nubecula quaedam comparet, quae sensim crassior evadens, mucosam materiam acquirit, in cuius medio primo punctum saliens, deinde rude embryonis corpusculum, vt informis galba, conspicitur, quod indies augescendo maiorem perfectionem nanciscitur. Est ergo proprie *Punctum saliens* cor embryonis eousque iam evolutum, vt humoribus attenuatis et influentibus irritatum eius oscillationes conspicuae fiant.

PVNCTVRA, est talis partium mollium per instrumentum tenue et acutum separatio, vt paruum et valde contractum relinquatur vestigium. Ge. *Ein Stich.* G. *Coup de pointe.*

PVNCTVRA NERVORVM, est, quando nervus, acu, spina, aut alia re acuta, compungitur, vnde saepe symptomata letalia orta fuerunt. Veteres, qui tendinosas partes omnes nervosas partes esse putabant, etiam vulnera earum gravissimis symptomatibus ansam praebere credebant. Hincque earum laesionem nominis puncturae nervorum insigniebant. Licet vero recentiorum experimenta ostendant, tendines perse non sentire, tamen tensio ex tendine semidiscisso, aut aponeurosi vulnerata orta plurima symptomata producit Ge. *Nervenstich.* G. *Nerf piqué.* A. *A puncture of a Nerve.* B. *Een Zenuw-Steek.*

PVNCTVRA SCROTI, vide *Paracentesis.*

PVNCTVRA VESICAE, est idem quod *Paracentesis vesicae*, qua foramine in vesica per acum triquetram in perinaeo, aut supra pubem, vel per intestinum rectum facto, urina morbose retenta emittitur. Ge. *Blasensstich.* G. *Ponction de la Vessie.*

PVNICVM MALVM, *Punica granatus Linn.* Rami huius arboris sunt exigui, angulosi, spinosi. Eius cortex est rubicundus. Folia exigua, Myrtum referentia, sed minus acuta sunt, caules rubicundos habentia, confusa odorem satis fortiter praebentia. Flores sunt magni, rubicundi, rosacei, polypetali, ovario intra calycem innati, staminibus numerosissimis praediti. Ovarium, excusso flore, emarcidis staminibus, calycem in umbilicum contrahens, fit fructus pomiformis, cuius cortex est coriaceus, durus, rugosus, foris ex spadiceo luteo puniceus, intus vero luteus, saporis amaricantis, adstringentis, austeri. Fructus est sere globosus, coronatus, in plura loculamenta divisus, acinis succi plenis foetus,

membranis tenuissimis distincta, et semine turgentibus vt plurimum oblongo. Punica mala triplicia sunt ratione saporis, 1) dulcia, 2) acido-dulcia, seu vinosa, 3) acida. Haec arbor crescit in hortis, praesertim in regionibus calidis, vt in Hispania. Dicitur volunt a Poenis, quod in Punica regione abunde inueniatur, aliis placet nomen deduci a colore puniceo. Vide *Granatus*. Ge. Granatapfel. G. Grenadier. A. Pomgranate. B. Granaar-appel.

PVPILLA, seu PVPVLA, est Choroides, siue vuae tunicae et iridis apertio, radios luminis transmittens ad humorem crystallinum, in homine rotunda, quae pro influxu spirituum animalium in fibras radiantibus longitudinales et orbiculares limbum internum constituentes, seu potius pro vasculorum impletionem et turgescencia musculi in modum in maiori, vel minori luce contrahi, vel dilatari, solet. Nomen habet ab imaguncula, seu pupula, quae in ea se introspectanti offert. Gr. *Κόρη* et *Γλυμη*. Ge. Der Stern im Auge, Pupille. G. La prunelle de l'oeil. A. Pupilla of the Eye. B. Oogappel.

PVPILLARIS MEMBRANA, est membrana tenuissima oriens vndique ex iridis acie, quae in homine adulto pupillam finit, multo, quam iris, tenuior, cinerea, absque flocculis, vasis picta, quae ab iride accipit decolora, vt tamen artificio anatomico facile repleantur et rubescant, in rete intricata, ad septimum vsque mensem in hominis foetu constanter reperiunda, quae ab eo nunc in lucem edito abest, vt ne vestigia quidem supersint. Hall. Quae eius sit vtilitas, vix hucusque satis innotuit.

PVPIS OS, i. q. *Frontis os*.

PVPVLA, vide *Pupilla*.

PVRGAMENTA VTERI, vide *Lochia*.

PVRGANTIA, sunt medicamenta, quae externe, vel interne, corpori vno applicata, irritando fibras musculares oesophagi, ventriculi, intestinorum, eorumque vasa fecerentia, ita agunt, vt haec omnia in sua cavitare, vel glandulis vicinis, haerentia determinent sua contractione versus inferiora, et excernant per intestinum rectum extra corpus. Gr. *Καθαρμα*. Ge. Purgiermittel. G. Remedies purgatifs. A. Purging Medicines, Purgatiues. B. Buikzuiverende Middelen, Purgier-middelen.

PVRGATIO ALVI, seu CATHARSIS, et COPROPHORIA, est ipsa excretio materiae contentae in ventriculo et intestinis per anum, producta vel ab ipsa se exonerante natura, vel medicamentis purgantibus. G. Ein Stuhlgang, Purgieren.

G. *Purgation, Selle.* A. *Purging.* B. *Baik zuivering, Stoelgang, Afgang, Purgatie.*

PURPURA FEBRIS, est febris continua, in qua corpus externe maculis subrotundis, rubris, vel purpureis, coloratur, et inter periculosas recenseri debet. Ge. *Flackfieber.* Ga. *Fievre pourprée.* A. *A purple Fever.* B. *De Purperkoorts.* Vide *Petechiae, Pustulae.* — Quibusdam idem est ac *Febris miliaris*, quam tamen alii pustulis visu et tactu explorandis distinguunt.

PURPURA MINERALIS, vocatur pulvis violaceus fundum petens, si solutio stanni et solutio auri in aqua regia facta successiue miscentur. Vfus encaustarum et vitriariorum est pro vitro purpureo. Ge. *Mineralischer Purpur.* G. *Pourpre mineral.*

PURPURA SCORBUTICA: hoc nomine exanthema chronicum pustulosum rubrum vocatur, quod insignem pruritus excitat, et in cacochymicis, sed plerumque sine febre, oritur. Hinc differt a vera Purpura febrili, seu febre miliari. Ge. *Scorbutischer Friesel.*

PURPVRINA, i. q. *Mosaicum, s. Musuum aurum.*

PVRVM, medicis saepe opponitur mixto. Sic Vinum purum dicitur, quod aqua non dilutum est. Purae excretionis damnantur, verbi gratia, si sanguis purus per sputa, vel bilis sincera per aluum, exeat; hoc etiam sensu sinceram vomitiones mixtis deteriores pronunciat Hippocrates.

PVS, vide *Pyon.*

PVSHA, i. q. *Pofca.*

PVSTVLAE, sunt efflorescentiae, vel vesiculae purulentae, turgentes, in cute excitatae, quae vel propter diaphoresin impeditam, vel propter pustularum materiam nimis viscidam eo loco haerent, et inaequalitatem quandam excitant. Harum quaedam siccatae in squamulas conuertuntur; aliae autem etiam exulcerantes crustulas relinquunt; hinc earum quam diuersissimae species dantur. Ge. *Blätterlein.* Ga. *Ampoules, Pastules, Vessies.* A. *ABlisters, Pusb.* B. *Puisten.*

PVTREFACTIO, est corporis animalis, vel vegetabilis, per motum particularum intestinum, in calore humido, substantiam ipsam corrumpente, eiusque penetrabilia referante, dissolutio. Ge. *Das Faulen, Fäulung.* G. A. *Putrefaction.* B. *Verrotting.*

PVTRIDA FEBRIS, est febris continua, pulsu paruo, debili et inaequali, summaque virium prostratione stipata, oriens a materia maligna sanguinem dissolvente, hinc haemor-

rhagiae, petechiae, etc. frequenter in ea occurrunt. Plurimumque epidemica est. Ge. *Saulsfieber*. G. *Fitore purride*.

PYCNOSIS, vide *Pycnotica*.

PYCNOTICA, i. q. *Incrassantia*.

PYELOS, vide *Choana*.

PYLORVS, siue IANITOR, est dextrum ventriculi orificium, sinistro angustius, circulo crassiore membranaceo, et musculofo, ceu sphinctere, alimenta remorante, ne nimis cruda elabantur, praeditum, intestino duodeno annexum, per quod cibi ex ventriculo expellendi in intestina transeunt. A *πύλον*, ianua, et *ἄστρον*, custodio. Ge. *Der Pförtner*. Ga. *Le Pylore*. A. *The Porter*. B. *De Poortier des Maags*.

PYNANGH NVX, i. q. *Areca*.

PYON, siue PVS, est materia alba, viscida, tenax, subpinguis, aqua grauior, aequalis coloris, in vulneribus et vlceribus bonis, post praeuiam inflammationem et suppurationem haerens, facta, vt plurimi putant, ex affusa lymphae ex vasculis ruptis, vna cum partibus vasculorum emortuorum mista, cuius pars tenuior auolat, vel absorptum est intra corpus, vnde non nisi aliquo tempore post collectionem in vulnere dictis characteribus donatur. Ge. *Eiter*. Ga. *Pus*, *Matiere d'une Playe*. A. *Mutter*. B. *Eiter*, *Materie*.

PYOSIS, est puris in qualibet parte generatio, vel collectio. A *πύον*, pus. Ge. *Eiterung*. G. A. *Suppuration*.

PYRACANTHA, dicitur Spina acuta, siue Oxyacantha. Vide *Oxyacantha*. Vt et Pyrafter, siue Pyrus syluestris. Vide *Pyrus*. Priori arbori nomen minus responder, sed magis posteriori. Ex *πύρ*, ignis, hinc deriuatur pyrus, quod eius fructus flammae in modum plerumque formati sunt, et *κωνίδα*, spina. *Pyracantha* proprie est *Mespilus aculeata* amygdali folio *Tourn.* *Mespilus pyracantha* *Lin.* (Icosandr. Pentagyn.) Ge. *Der immergrünende Dorn*. G. *Le buisson ardent*. A. *The Pyracantha, or evergreen Thorn*. B. *Pyracantha*.

PYRAENVS, est Alcohol vini. Ex *πύρ*, ignis, quia ignis ope destillatur, et *ἄλος*, vinum.

PYRAMIDALES MUSCULI ABDOMINIS, sunt duo exigui et tenues muscoli, quasi triangulares, ad partem inferiorem musculorum rectorum, inter hos et vaginam siti, orientes a parte anteriori et superiori ossium pubis, et oblique adscendentes paruis tendinibus lineae albae inserti. Interdum vnus saltem adest in medio, latior tum et crassior. Interdum vterque adest, tumque muscoli recti finis latior et crassior est. Hi muscoli actionem reliquorum musculorum ab-

dominis subleuant.—*Musculi pyramidales nasi*, sunt duo strata fere triangularia fibrarum muscularium, quae vtrique a coniunctione ossium nasi et ossis frontis oriuntur, et iuxta os nasi descendunt cartilagini mobili alae nasi inferuntur, suaque actione hanc eleuant, naresque dilatant. Ge. Der pyramidenförmige Muskel des Naus, oder der Nase. G. A. *Muscles pyramidaux*. B. *Naaldgelyke Spieren*.

PYRAMIDALIA CORPORA, sunt *Vasa semen praeparantia* etiam dicta. Vide *Corpus pampini forme*. — Item *Corpora pyramidalia* dicuntur duae protuberantiae exiguae, oblongae, sibi contiguae, quas format *medulla oblongata*, sub *protuberantia annulari*, ad quarum latus externum vtrique sunt *Corpora olivaria*. Ge. *Pyramidenförmige Körper im Gehirn*. G. *Corps pyramidaux de la moëlle allongée*.

PYRAMIS, vide *Conus*.

PYRENOIDES PROCESSVS, est processus secundae vertebrae, *Dentiformis* etiam dictus.

PYRETHRVM, Latinis *Saluaris*, est planta flore composito radiato, semine nudo, (Syngenes. Polygam. Superfl.). Varias in officinis plantae hoc nomen ferunt. 1) *Bupthalmum creticum* Cotulae facie, flore luteo et albo *Breyne*. *Anthemis pyrethrum* caulibus simplicibus unifloris decumbentibus, foliis pinnato-multifidis *Linn.* quae potissimum in regno Tunetano prouenit, quae *Pyrethrum verum*. 2) *Pyrethrum pes Alexandri*, est radix plantae umbelliferae nondum satis cognitae, quae in fasciculis ex Hollandia ad nos adfertur. In officinis radix *Pyrethri veri*, seu primae speciei proprie prostat, pro qua tamen saepe radix *Chrysanthemi fruticosi*, *Leucanthemi canariensis*, vel etiam *Achilleae ptarmicae* *Linn.* venditur, quae tamen priore tenuior. — Est vero proprie radix digiti circiter longitudine et crassitie, extus coloris fusci, intus albicantis: resinam continet acrem et penetrantissimam; hinc viribus incidentibus, errhinis et sialagogis gaudet. Interne vix adhibetur, externe in odontalgia et paralyti linguae commendatur. Sunt, qui hac radice acetum acuum. Nomen habet a feruido, acignis simili, qui in eius radice est, sapore; vnde plurimum salinae elicitur. A πυρ, ignis. Ge. *Bertram*, *Zahnwurz*, *Speichelwurz*, *Geiffertwurz*. Ga. *Racine saluaire*, ou *Pyrethre*. A. *Bartram*, *Pellitory*. B. *Bertramkruid*, *Vuur-wortel*, *Tand-wortel*, *Quyl wortel*.

PYRETICA, i. q. *Antipyretica* et *Febrifuga*.

PYRETOLOGIA, est februm descriptio, continens eorum symptomata, effecta, causas, et sanandi rationem, &c. EX πυρετός, febris,

febris, et $\alpha\gamma\omega$, enarro. G. Beschreibung der Fieber. B. Kooris Beschryving.

PYREXIA, vide *Febris*.

PYRIFORMIS MUSCULVS, vide *Quadrigeninus*.

PYRITES, est substantia mineralis varii coloris et formae in massis variae magnitudinis in plerisque metallifodinis reperiunda, constans e mixtione terrae cum particulis vitriolicis, vel sulphureis, vel arsenicalibus, vel vere metallicis, scilicet ferreis, vel cupreis, leuiter inter se vnitis, et igne, vel aere, separandis. Pyrites in magnis aceruis collectus sponte incalcescit et inflammatur; hinc et ignis subterranei et aquarum martialium causa habetur. In substantia eius vix vllus in medicina vsus est, ex eo tamen maxima copia sulphuris vulgaris et vitrioli excoquitur. Ge. Hist. G. Pyrite. A. *Mundick*.

PYROLA, est plantae genus flore rosaceo, (Decandr. Monogyn.) cuius species officinalis est *Pyrola rotundifolia* maior *Baub.* *Pyrola rotundifolia* staminibus ascendentibus, pistillo declinato *Lin.* Habet haec caulem angulosum, qui multa folia rotunda emittit; folia ex radice erumpentia, sunt satis carnosae, polita, tota hyeme virentia, caulibus longis adhaerentia. Calyx est monophyllus quinquefidus. Flos in spicam congestus, est pentapetalus, quali galeatus, coloris albi; pistillum floris sit fructus angulosus, in quinque loculos dehiscens, qui loculi continent semina exigua. Radix flexilis, fibrosa, repens. Tota planta habet saporem amarum et adstringentem, viribusque vulnerariis et roborantibus gaudet. Hinc infusum eius contra haemorrhagias et leucorrhoeam, et in gargarismate contra anginam inflammatoriam summopere laudatur. Sic appellatur, quod eius folia *Pyri* arboris foliis similia sint. Ge. Wintergrün, Holzhangolt, Walbhangolt. Ga. *Verdure d'hiver*, *Pyrole*. A. *Winter-green*. B. *Winter-groen*.

PYROPHORVS, est pulvis nigricans, qui, accedente aere externo, sponte flammam concipit, et corpora contigua accendit. Praeparatur vt plurimum ex alumine vsto, et substantia quadam inflammabili, plerumque puluere carbonum, mixtis et calcinatis. Nomen habet, a $\pi\upsilon\rho$, ignis, et $\phi\epsilon\rho\varsigma$, fero. Ge. *Feuerfangendes Pulver*. G. *Pyrophore*.

PYROS, vide *Triticum*.

PYROSIS, est ardens faciei rubor, qui illis praesertim contingit, qui feruidis diebus iter faciunt. A $\pi\upsilon\rho\varsigma$, accendo. Ge. Hitze im Angesicht. Ga. *Chaleur au visage*. B.

Histe in 't Aangezigt. — Aliis idem est, quam *Ardor ventriculi*, vel *Soda*. Ge. Brennen im Magen.

PYROTECHNIA, idem quod *Chymia*. Ex πυρ, ignis, et τέχνη, ars.

PYROTICA, siue VRENTIA, sunt medicamenta potentia calida, quae corpori humano applicata, valde calefaciunt, propterea quod particulas eiusmodi contineant, quae vaporibus, vel humoribus, in eos se insinuantibus solutae vehementer in solida agant, eaque irritent, atque ita calorem magis, vel minus vehementem, et diuersimode corrumpentem, vel immutantem, pro ratione sui motus et particularum mouendarum diuersitate excitent. Haec sunt rubefaciencia, vesicantia, cathaeretica, septica, escharotica, et psilothra. A πυρ, incendio. Ge. Brennende Urzneyen. Ga. *Remedes caustiques*. B. *Inbrandende Medicamenten*.

PYRVUM, PYRVUS: Truncus huius arboris est magnus, lignum flauescens, habitus procerior et erectior, quam Mali, cultura tamen etiam in pumilum mutandus. Folia satis lata, obrotunda, aliquantulum oblonga, acuta, viridia, in fine albescentia: finis pedunculi abit in ouarium oblongum, cuius margo supremus fit corona expansa, instar calycis, in quinque segmenta, stellatim expansa, in centro caua. Flos ouario innatus habet petala quinque expansa instar rosae, nata ex interstitiis segmentorum coronae, et stamina viginti, vel ultra, etiam inde orta ex ora calycis, (Icosandr. Pentagyn.). Ouarium supremi centrum emittit tubas quinque terminatas in apicem scabrum, orbicularem, et ouarium ipsum fit fructus oblongus, turbinatus, carnosus, umbilicatus, diuisus in quinque loculamenta, foeta seminibus nigris. Haec arbor vel crescit in hortis, vel etiam sponte in syluis nascitur. Pyrorum infinitae occurrunt differentiae et varietates, multo plures, quam Malorum, a fructus scilicet magnitudine, figura, colore, odore, sapore, consistentia, cortice, pediculis, tempore, quo maturantur, regione, in qua proueniunt, duratione, etc. desunt. Fructus hi immaturi qualitate obstipante, maturi vero, aquoso-dulci, refrigerante et nutriente pollent. Vfus maxime cibarius est et culinaris. Flautulenta qualitas optime coctione emendatur. Gr. Ἄρισος. Sic dicitur, quod fructus ad pyramidis similitudinem e lato in acutum spectet, et in mucronem abeat. Ge. Birnbaum. G. *Poirier*. A. *Pear-tree*. B. *Pear-boom*.

PYVLCON, est instrumentum chirurgicum, quo pus, vel sanies, e profundis sinibus trahitur; cannula scilicet argentea, rotunda, oblonga, vulneri, vel vlceri, proportionem

respondens, cuius extremitas, quae vulnere immittitur, variis perforata est punctis; altera, quae extra vulnus eminet, lamellam orbicularem circumpositam habet, ne vulnus intret, et ut alligari hinc parti possit. Ex πύον, pus, et ἔλκω, traho. Ge. Ein Eiterzug, Röbriehen.

PYVRIA, est materiae purulentae, albae, flavae, vel viscido-mucosae, lutulentae, ex vesica, vel vtereribus, vel renibus, defluenti, vel eo depositae cum urinis eiectione. Ge. Eiterichter Urin. G. Piffement purulent.

PYXACANTHA, est *Buxea spina*. Nomen accepit, quod planta sit spinosa foliis buxeis; πυξος enim est buxus, et ἀκανθα, spina. Ge. Buchsdorn. G. Buys d'âne, Buys épineux. A. Box thoru. B. Buks-boom met Doorn, Buks-doorn.

PYXIS, capsula est pharmaceutica et chirurgica, figulina, stannea, vel eburnea, in qua medicamenta asseruantur, vel ad usum dantur. Hinc unguentum quoddam olim emolliens et inflammationes depellens, quia commodissime in theca, seu pyxide, asseruabatur, *Pyxidis* nomen sortitum est. — Sinus item ossis coxae quoque et *Pyxis* et *Acerabulum* et *Coryle* appellatur. Ge. Eine Büchse, Salbenbüchse. Ga. Une Boete pour les Onguens, ou un Exui pour les instrumens. A. A Box. B. Busse, Doos.

PYXIDIS OS, vide *Basilare os*.

Q.

Q PL. in formulis medicorum scriptum significat, *Quantum placet*.

Q. V. est *quantum vis, quantum volueris*.

Q. S. hoc est, *quantum satis, quantum sufficit*.

QVADRANS, apud medicos est pondus trium uncularum, id est librae Romanae quarta pars. Ge. Ein Viertheil. G. La quarritme partie de la livre, un quarteron. A. A Quarter, of a Pound. B. Een Vierendeel.

QVADRATUS MUSCULVS, sic vocatur *Musculus abductor*, seu potius *Rozator femoris*, qui oritur a parte posteriore et exteriori tuberositatis ossis ischii, et inseritur ossi femoris in cavitate inter utrumque trochanterem. Hoc nomine quoque gaudet *Musculus depressor labii inferioris*, qui oritur a labio exteriori baseos maxillae inferioris circa locum synchondroseos eius, et recte ascendens ab utroque latere iunctus, inseritur toti musculo orbiculari inferiori. — Item sic vocatur *Flexor lumbi*, qui oritur principio lato et carnoso

ab interna costa ossis ilii et ab osse sacro, et desinit in transversis processibus vertebrarum lumbalium, et vltimae dorsi, et actione sua dorsum et lumbos flectit. Vide porro in *Quadrigenus* et *Pronator*. Ge. Der viereckigte Schenkel Hüften- und Lendenmuskel. G. *Muscle quarré*. B. De vierkante Spier.

QVADRIGA, i. q. *Cataphracta*, vel *Thorax*, est fasciae species, quae in thoracis laesionibus applicatur. Ge. Harnischbinde, Rüst. G. *Le Plastron*, *Cataphacte*. — Nomen habet, quoniam spicae cruciatim in ea formantur, ita vt habenis equorum in quadriga similes sint.

QVADRIGEMINI MUSCVLI, sunt quatuor vtrinque musculi in actione sua conspirantes, scilicet *Pyramidalis*, vel *Pyramidalis*, vel *Iliacus externus*, qui a parte laterali et interiori ossis sacri oriens, et per incisuram ischiaticam transiens est, inferitur: *Gemini* porro duo, superior et inferior, quorum longo tendine in cavitatem, quae pone *Trochanterem maiorem* ille a spina ossis ischii, hic a margine posteriori tuberositatis ischii oriens, eidem cavitati pone *Trochanterem maiorem* inferuntur, et inter se tendinem *Obturatoris interni* transmittunt: et denique musculus *Quadratus*. Hi musculi omnes, dum coniunctim agunt, femur extrorsum rotant. Ge. Die vier Schenkelmuskeln. G. *Muscles quadrifurcés*. B. De vierdubbelde Spier.

QVADRIGEMINAE PROMINENTIAE, in cerebro, vide *Nates*, *Telles*.

QUALITAS, est particularum minimarum dispositio, seu contextus, vnde corpora quacunq; ratione, qualia denominari et effectus quosdam exserere possunt. Haec est manifesta, occulta, venenata, etc. Ge. *Eigenschaft*. G. *Qualité*. A. *Quality*. B. *Hoedanigheid*.

QVARTANA FEBRIS INTERMITTENS, Gr. *Tetartanos*, est genus febris intermittens, cuius accessus similes quarta quavis die seu post septuaginta duas horas, reuertuntur: vel series accessuum febrilium quarta quavis die similibus. In ea praeterordinaria sanguinis commotio cum suis symptomatibus, quarto quouis die hominem inuadit, magno cum frigore, quod diutius in hac, quam reliquis intermittens, continuat. Illud sequitur calor, qui hic mitior est, atque vix vltra quatuor, vel quinque, horas protrahitur, et tunc aeger plane liber manet, si simplex, vel legitima febris sit, per duos intermedios dies. Succedit quandoque aliis febribus, et infarctui viscerum, vel per se oritur, inprimis circa initium autumnii. Ge. Das viertägige Fieber. G.

Fievre quart. A. *A Quartan Ague.* B. *De Derdendaagſche Koorts.*

QUARTARIUM, idem quod *Quadrans*: item mensura est vini vnciarum quinque, et olei vnciarum quatuor cum semisse. Ge. *Ein Viertel eines Maasses.* B. *Een Vierendeel.*

QUARTATIO, est operatio chymica, qua aurum et argentum mixta, addito plumbo liquantur, tandemque ope aquae fortis, vel regiae, ab invicem separantur. Ge. *Scheidung aus der Quart.* G. *Quartation.*

QUARTIO, dicitur Talus, siue Astragalus, a quatuor nempe lateribus. Vide suo loco.

QUASSATIO, i. q. *Conquassatio.*

QUASSIA, est arbor flore rosaceo, (Decandr. Monogyn.) cuius perianthium est pentaphyllum, brevissimum, foliolis ovatis, persistentibus; corolla petalis quinque lanceolatis, elongatis, sessilibus, aequalibus constat; nectarium autem squamis quinque ovatis villosis, basi filamentorum interiori insertis; pericarpia quinque lateralia distantia, receptaculo carnoso inserta, ovata, obtusa, bialuia. Semina solitaria, globosa: caulis est teres, arboreus, cinereus; ramis raris, nec multum subdivisis, ramulis ultimis viridibus, punctis impalpabilibus, albis adspersis. Folia sunt pinnata, alterna, petiolata, patentia, petiolis communibus, spithamaeis, utrinque marginatis membrana latiuscula, ad ortum foliorum contracta, terminatis in mucronem mollem, subulatum, marcescentem, pubescentem: pinnae, seu foliola, sunt triiuga, seu quadriiuga, sessilia, rarius exacte opposita, lanceolato-ovalia, acuminata, integerrima, laevia, nonnihil venosa, patentia, peruvigilia, ante explicationem conduplicata, digiti longitudine, duorum pollicum latitudine, membranacea, nec rigida, persistentia saepe per totum autumnum, non tamen perennia, laete viridia. Stipulae sunt nullae, nec arma: racemi terminales, simplices; bracteae alternis, linearibus reflexis, corollisque magnitudine et fere statura Distamni albi. *Lin.* Crescit haec arbor in America septentrionali, praecipue in Surinam. Quod haud ita pridem in officinas nostras introductum est *Lignum quassiae* est caudex descendens, seu radix arboris, a plurimis tamen lignis nulla se distinguens nota singulari. Albicans est, variae crassitiei, saepe ad crassitiam brachii humani; aeri per aliquod tempus commissum, non nihil flavescens. Medulla cum alburo cohaeret, nec ab illo villo modo separatur: cortex est tenuis, colore griseo, inaequalis et rudis, interdum fissuris quasi exulceratus. Qualitatis hoc lignum est inodorae, omnium tamen vegetabilium amarissimae,

minime vero ingratae. Pollet hinc eximiis viribus antacidis, balsamicis, antiputredinosis, tonicis atque stomachicis; hinc in febribus intermittentibus, exacerbantibus, putridis, arthritide, leutorrhoea, anorexia, sudoribus colliquiatiuis, magno hodie cum fructu adhibetur. Datur in pulvere, pilulis, electuario, tinctura, vel frequentissime in infuso aquoso, vel vinoso. Quassia eccoprotica non est, vnde omnino patet, eam naturae nostrae, reliquis extreme amaris, multo amicrorem esse. Nomen habet a seruo quodam nigrita, *Quassi*, qui multos suos conseruos hoc remedio a febre maligna liberavit, idque tandem Europaeis primus aperuit.

QUATRIO, i. q. *Quartio*, f. *Talus*.

QUATVOR. Hoc sub numero plura in officinis prostant, vt *Quatuor aquae pleuriticæ*, scilicet Cardui benedicti, Cardui mariae, Scabiosae et Taraxaci; *Quatuor flores cordiales*, scilicet Borriginis, Buglossi, Rosarum, Violarum; *Quatuor semina calida maiora*, Anisi, Foeniculi, Cumini, Carui; *Quatuor semina calida minora*, Ammeos, Amomi, Apii, Dauci; *Quatuor semina frigida maiora*, Citrulli, Cucumeris, Cucurbitae, Melonum; *Quatuor semina frigida minora*, Endiuiae, Lactucæ, Portulacæ, Scariolæ; *Quatuor unguenta calida*, Agrippæ, Althææ, Martiatum, Neruinum; *Quatuor unguenta frigida*, Album camphoratum, Infrigidans Galeni, Populeum, Rosatum.

QUERCERA, i. q. *Phricodes*, et *Epiala*.

QUERCUS, Quercus cum longo pediculo *Baub*. *Quercus robur*, foliis deciduis, oblongis, superne latoribus, sinibus acutioribus, angulis obtusis *Lin.* (Monoec. Polyandr.) est arbor recta, crassa, diu durans, ramos suos late dispersgens. Truncus obductus est cortice crasso, aspero, rubicundo. Folia sunt magna, oblonga, lata, sinuosa, quasi laciniata. Flos mas amentaceus, constans apiculis masculinis, tenui capillamento longo per densa agmina affixis; fructus loco a flore in eadem planta remoto, tribus tubis instructus, natus in calyce foliolis angulosis constante, tandem squamoso, fit glans calyce inferius excepta, sub putamine coriaceo integro, regens nucleum bifariam fissilem. Haec arbor crescit in syluis, collibus, et montosis locis; in usum trahuntur, lignum, cortex, folia, glandes, earumque capsulae, gallae, viscus, fungus, et nucamenta. Vus amplissimus est economicus, mechanicus, coriarius et tinctorius. Quercus in omnibus suis partibus qualitatis est subadstringentis et ob-

stipantis. Sunt, qui corticem cortici Peruviano, et lignum ligno Guaiaco substitui posse credunt. Infusum, vel decoctum, cum vitriolo martis nigrescit, et ut remedium antisepticum commendatur. Plures alias arborum species Quercus genus continet, quae omnes viribus conueniunt; Gallas tamen optimas *Quercus aegilops* Linn. et *Quercus gallifera* Parkinsf. largiuntur. Gr. *Δρῦς*, licet praefici Graeci omne genus arboris sub *δρῦς* nomine intellexerint, a verbo *δρῦν*, erumpo. Latinum nomen ortum est a quaerendo, quod glandes olim sub arboribus solebant quaeri et colligi. Alii deriuant a *κῠρῖς*, galla, vel a *κῠρῶ*, exaspero. Ge. *Eichbaum*, *Eiche*. G. *Chêne*. A. *Oak-tree*. R. *Eike-boom*.

QUERCYLA, vide *Chamaedrys*.

QUERCUS MARINA, i. q. *Fucus vesiculosus* Linn. vide *Aerhiops vegetabilis*.

QUERQUERA, i. q. *Quercera*.

QUID PRO QVO, *Succedaneum* dicitur et *Antiballenon*. Est, quando medicamentum vnius indolis et qualitatis pro altero substituitur a pharmacopoeis; hoc tamen nisi medicorum consensu faciendum. Gr. *Ἀντιβαλλόμενον*. Ge. *Etwas an eines andern Stelle gebrauchen*. B. *'t Een voor 't Ander*.

QUIES, est otium, et ab exercitatione et motu voluntario abstinencia, quae, quoniam tum sanitatem conseruat, tum, si nimia fuerit, morbis etiam ansam praebet, inter res non naturales recensetur, et medici attentionem flagitat.

QUINCUNX, Quincuncialis figura, eius figuræ, quæ decussim antiquis significabat, media est. Fiebat vero decussis ad x literæ formam, quæ quidem apud Latinos decem significat, atque hæc si per medium secetur, remanebit v figura, quæ quinarium numerum, atque adeo quincuncem indicat.

QUINQVE: Hoc sub numero plura in officinis simplicia adhuc prostant. *Quinque fragmenza lapidum pretiosorum*, Granati, Hyaciathi, Carneoli, Sapphiri, Smaragdi: *Quinque genera Myrobalanorum*, vide *Myrobalanus*; *Quinque herbae capillares*, Adiantum aureum, Adiantum nigrum, Ceterach, Ruta muraria, Adiantum rubrum: *Quinque herbae emollientes*, Althæae, Maluae, Mercurialis, Parietariae, Violarum; *Quinque radices aperientes maiores*, Apii, Asparagi, Foeniculi, Petroselinii, Brusci; *Quinque radices aperientes minores*, Capparis, Eryngii, Graminis, Ononidis, Rubiae tinctorum.

QVINQUEFOLIUM, vide *Pentaphyllum*, et *Potentilla*.

QVINQVENERVIA, vide *Pentapleuron*.

QVINQVINA, vide *Cina Cina*.

QVINTA ESSENTIA, vide *Essentia quinta*.

QVOTIDIANA FEBRIS INTERMITTENS, est febris, quae omni die, plerumque tempore matutino, aegrum inuadere solet cum frigore, et quandoque etiam vomitu, quem excipit calor, magis lentus, quam mordax, et paucus sudor, duratque ordinario per duodecim, aut pauciores horas, corpus hebes et graue relinquens, et post totidem horas iterum reuertens, si exquisita fuerit; hocque stato paroxysmorum reditu distinguitur a tertiana duplici. Febris haec secundum varios omnium intermittentium est rarissima; in Germania tamen non adeo infrequens est. Gr. Πυρετός 'Αμφιμερής. Ge. Das tägliche, oder alltägliche Fieber. G. Fievre Quotidienne. A. A *Quotidian Aque*. B. *De dagelyksche Koorts*.

R.

R idem est, ac si diceres *Recipe*. Notatur R̄. vel ʒ.

RABDOIDES, i. q. *Sutura sagittalis*. Ex ῥάβδος, virga, et ἰδος, forma.

RABIES, in genere quidem omne delirium furiosum denotat, in specie vero dicitur *Rabies canina*, seu *Hydrophobica*, vide *Hydrophobia*.

RACEMVS, pro vua accipitur, neque tantum ipsius vitis est, sed etiam hederae et aliarum herbarum, aut fruticum, vuas quasdam producentium. Dicitur etiam ramosum id, e quo acini dependent, vel in genere inflorescentia pedunculo ramis lateralibus instructo.

RACHIS, botanicis dicitur receptaculum filiforme, flosculos longitudinaliter adnectens in spicam, i. q. *Rachis*.

RACHIAE, et RACHIAEI, sunt musculi ad dorsum pertinentes. A ῥάχις, dorsi spina. Vide *Rachisae*.

RACHITIS, vide *Rachitis*.

RACKASIRA BALSAMVM, est succus resinoso-gummosus, stillans ex arbore nondum satis cognita, aut descripta, Americae meridionalis. Colore et consistentia cum balsamo *Copaivae* conuenit, quod tamen qualitate aromatica, sapore, odore et viribus balsamicis longe superat.

RACOSIS, vide *Proptoma*.

RADIAEVS, RADIALIS, est *Musculus* carpi, et quidem vel *externus*, vel *internus*; *externus*, qui etiam *bicornis* dicitur, e duobus musculis conſtat, quorum alter *longus*, alter *breuis* vocatur. Oritur vterque a condylo humeri externo, et ad ſuperficiem externam radii descendens, ſulcum ligamento proprio tectum in parte inferiori radii tranſiens, longus tendine ſuo baſi primi oſſis metacarpi, breuis vero tendine ſuo baſi ſecundi oſſis metacarpi inferitur: hic musculus actione ſua manum extendit et eleuat. *Radiaeus internus*, oriens a condylo interno humeri, fibrasque ſuas cum pronatore rotundo confundens, ſub ligamento carpi tranſit, et tendine ſuo interne ad baſin primi oſſis metacarpi affigitur. Hic musculus actione ſua manum ſteſcit. Ge. Der äußere und innere Spindelmuſſel. G. *Muscle Radial*. A. *Muscle of the Elbow*. B. *Elleppypſpier*.

RADIATVS, botanicis dicitur *ſlos* compoſitus, cuius diſcus ex corollulis tubuloſis, vel ſloſculis, radius vero, vel ambitus, ex corollulis lingulatis, vel ſemiſloſculis, communi receptaculo affixis et calyce communi comprehenſis, conſtat. Ge. *Strahlenförmige Blume*. G. *Fleur radiée*.

RADICALE, botanicis vocatur *folium*, vel *pedunculus* radici inſidens.

RADICALES DIES, vide *Critici dies*.

RADICALIS CVRA, vocatur illa, per quam cauſſa morbi proxima cum omnibus ſymptomatibus plenarie tollitur, ſic vt ſanitas perfecte reſtituatur, hocque ſenſu opponitur *Palliativae curae*. Ge. *Gründliche Heilung*. Ga. *Gueriſon radicale*.

RADICALIS SOLVTIO, dicitur corporum in ea, ex quibus conſtant, principia reſolutio. Ge. *Auſlöſung in die Beſtandtheile*. G. *Diffolution radicale*.

RADICVLA, RADICVLAE, RADICES, RAPHANVS, ſ. **STRVTHIVM**, eſt *Rapbanus borenſis*, qui in obſoniis pro deliciis habetur; nomen obtinuit, quod caeteras amplitudine corporis ſuperet, vel quam pauciſſimis magnitudine cedat. Folia habet magna, ampla, aſpera, viridia, profunde incifa, Rapam referentia, ſed magis ſinuofa. Caules ſunt rotundi, ramoſi, flores quadrifidos, purpureos, et cruciformes habentes, (Tetradyn. Siliquoſ.) Succedit filiqua corniformis, craſſa, ſpongioſa, duobus ſeminum ſubrotundorum ordinibus foeta, mediſtino tenui diſcretis. Radix eſt longa, craſſa, carnoſa, alba, rubicunda, aut nigra, ſaporis acris, aut penetrantis, ſed grati. Haec planta in hortis colitur. Radix e terra effoditur vere, quando eſt tenera, ſucculenta, fragilis,

et esculenta. Qualitate flatulenta, viribusque antiscorbuticis pollet. Vide *Rapbanus*. Ge. *Nettich*. G. *Raisfort*. A. *Radish*. P. *Radys*.

RADIVS, est os cubiti minus, etiam *Focile minus* dictum. Eiusdem fere longitudinis, sed obliquius est vlna, et quoniam utriusque ossis extrema crassiora sunt, quae eorum corpora, hinc in medio nonnihil a se inuicem distant, vbi tenue interest ligamentum, quod *interosseum* dicitur. Supra vero vlna radium excipit; infra hic illam. Superior eius pars, quae tenuior, cauitatem habet glenoideam, et cum externo humeri processu articulatur per diarthrosin, vnde motus pronus et supinus. Inferior crassior per appendicem connectitur cum carpi osse semilunari et nauculari ad maximum digitum. Gr. *Στῆνυξ*, *Καρπὸς Παρωνίξου*. Ge. *Die Spinzel im Arm*. G. *Le Rayon*. A. *The Radius*. - B. *De kleine Ellepp*.

RADIX, Gr. *Ῥίζα*, est infima pars plantae, terrae infixae, per quam nutrimentum capiens crescit, siue id, quo alimentum attrahitur. Neutiquam tamen est tota illa pars, quae, vt a circumposita sibi nutriatur materia, terrae committitur, quae proprie radicis truncus dicitur, et potius ad caulem, seu caudicem, quam ad radicem, referenda est, quum implicatis iisdem vasorum generibus constet; verum illa pars, quae exteriori sui superficie matrici contigua, infinitis osculis pertusa, acceptos humores promouet, vt per canales deinceps, vasis lacteis non absimiles, in ipsum plantae corpus ferantur, eiusque partes euoluant, proprie radix vocanda est. Quae quanquam stricta nimis videatur, generalissima tamen et omnibus plantis applicanda est definitio: competit enim aequae his, in quibus, nulla, vt vulgo putatur, ac illis, in quibus manifesta sensibus occurrit radix. In prioribus minimis vndique foraminibus pertusa deprehenditur superficies, per quae nutrimentum hauriunt. Variis enim plantis tota superficies radicis loco inseruit. Plantae autem, quae conspicua et sensibus magis obuia radice sunt praeditae, hac in parte multum inter sese differunt, aliae enim sunt bulbosae, quae vel squamosae, vel tuberosae deprehenduntur, aliae grumosae, aliae fibrosae, aliae denique nodosae, quas vt primarias radicum differentias notasse sufficiat: inutile foret, minora, quibus inter sese differunt, hic allegare discrimina, quatenus aliis, multae, longae, altaeque sunt radices, vt fico, robori, platano; aliis paucae et summae terrae adhaerentes, vt oleae, punicae malo: aliis neruosae, vt abieti: aliis carnosae potius, vt robori; aliis veluti nodosae et villosae, vt oleae, quae cuicunque frutici, suffrutici, herbae et similibus

applicari possunt. Ge. Wurzel. G. Racine. A. Roos. B. Wortel.

RADIX, vide *Rapbanus*.

RADIX CAROLI SANCTI, RADIX INDICA, est radix plantae in provincia Mechoacan Americae habitantis, scandentis, vel repentis, et Lupulo sat similis, caeterum vix quoad florem et fructum cognitae. Cortex radice, qui raro ad nos adfertur, et in quo vis eius proprie residet, albicans est, qualitatis aromatico-amaricantis. Prodest contra scorbutum, catarrhos et anorexiam, gingivas firmat et a corruptione liberat. Contra epilepsiam et luem veneream laudatur. Adhibetur, vel in substantia, vel in infuso. Vomitum quandoque excitat. G. Racine de St. Charles.

RADIX CAVA, est Aristolochiae, s. potius Fumariae bulbosae, species, cuius radix caua est. Vide *Aristolochia*.

RADIX DVLCIS, vide *Liquiritia*.

RADIX SANCTAE HELENAE, est radix nodosa, pollicem crassa, extus nigricans, interius alba, speciei Cyperi in florida Americae habitantis. Qualitatis est subaromaticae, amaricantis, viribusque stomachicis et antinephriticis pollet. Recens confusa membris roborandis applicatur. Nodos radice abscindunt incolae, et ex iis perforatis sphaerulas conficiunt traiecto filo de collo suspendendas, quae siccatae rugantur, osseamque acquirunt duritiem, et quibus insignes virtutes tribuunt. Nomen habet a Portu Sanctae Helenae, vnde ad nos licet raro adfertur. G. Racine de St. Hélène.

RAIA, vide *Mus marinus*.

RAMENTVM, dicitur de parvis particulis, quae radendo de quocunque corpore separantur. Sic *Ramenta intestinorum* vocantur, quae saepe in dysenteria maligna excernuntur. Ge. Abgeschabtes Ding. B. Affschraapsel.

RAMEVM, botanicis est *folium* ramo insidens.

RAMEX, vide *Hernia*, aut *Cirfos*.

RAMI, non tantum dicuntur distributiones vasorum et nervorum maiorum, sed etiam partes plantae et eius caulis, quae sunt eiusdem structurae et substantiae, ac eius truncus, et tantummodo ut eius divisiones considerandae veniunt: quemadmodum enim ex minimis similibus collectis radiculis radice truncus et caudex oritur, sic ex caudice rami procedunt. Hic autem in nonnullis rectus assurgit, in aliis illico in folia et ramos explicatur. Priores (quales inprimis sunt arbores) erectum habent stipitem, qui prolongatus tantum est caudex, quod in posterioribus, seu herbis, quae in folia explicantur, non ita obtinet: ambae tamen in ramos ex-

panduntur, qui in his foliacei, in illis stipitiformes deprehenduntur; in prioribus folia sunt ipsi rami, et haec alia magnitudine sua longe exsuperant; in posterioribus, vti in omnibus arboribus, stipites diuiduntur in ramos iterum ramosos, et suae substantiae vbique similes, quorum latera hinc inde, et vltimi fines in petiolos et folia explicantur. Ramos autem iisdem fere partibus constare docet annotinus oblique in autumno abscissus ramus, in loco humido terrae commissus: depectae enim partes inferius in radices, superius in folia et nouam foecundamque arborem explicantur. Haec igitur omnia tantummodo sunt productiones radicis, sic caudex nihil continet, quod non similiter in radice reperiat, et contra nihil in radice obseruatur, quin idem in caudice appareat, quumque radix in omni parte videatur habere illud rudimentum, vnde tota deinceps perfecta planta producitur, idem in caudice et ramis obtinere inde conicitur, quia scilicet, si ex quacunque fere arbore, v. gr. Salice, duo virgulta abscindantur, et absumtis partibus superioribus, vnum rectum, seu parte, quae radici erat propior, alterum inuersum terrae committitur, vtrumque eodem crescit modo, nisi quod in posteriori rami, magis horizontales, et folia paulo maiora deprehendantur. Sic si arbores, praecipue tenerae et mollioris substantiae, vna cum radicibus provide ex terra extrahantur, eorumque rami in terram demergantur, sursum respicientibus radicibus, hae tandem in ramos, rami vero in radices abeunt, superstitite sic arboris vegetatione. Vnde apparet, in ramis quoque adesse illud rudimentum, quod in veras radices abire, et nouam futuram plantam continere queat. Ge. Ein Ast, Zweig. G. Des Rameaux. A. Bougb, Twig. B. Een Tak.

RAMIFICATIO, dicitur de paruis vasorum et neruorum ramis, qui ex trunco maiori egrediuntur. Ge. Vertheilung. B. Takmaaking.

RAMOSA, botanicis dicitur radix in fibras subdiuisa; *Ramosus truncus*, qui ramis pluribus lateralibus, *ramosissimus* vero, qui ramis multis absque ordine cumulatis instructus est.

RANA, est animal ad amphibia reptilia pertinens, ore respirans, pedibus quatuor, corpore nudo ecaudato. Huius duae species maxime apud nos frequentes sunt *Rana temporaria* Linn. dorso planiusculo subangulato; *Rana aquatica* innoxia Gesn. quae vere aquatica, aestate terrestris et culcibus victitat; deuoratur ab anatis et ardeis; corde licet exempto salit, ipsumque cor exemptum diutissime irri-

tabile est: et *Rana esculenta* Linn. corpore angulato, dorso transverse gibbo, abdomine marginato. Viridis lineis tribus flauis, intermedia ab ore ad anum ducta; dorsum transverse gibboso diffractum; pedes postici palmati; mas auribus globoso inflatis; cantu vespertino frequentiori praedicit pluuiam. Habitat vtraque abunde in stagnis Europae. Foemina immensum ouulorum numerum multa materia viscosa inuolutum excludit, quae mas dorso foeminae insidens suo femine sub eorum exclusione foecundat, e quibus ouulis primo animalculum rotundum caudatum prodit, quod, depositis exuuiis, vt vera rana apparet. Mucus hic vna cum ouulis immaturis *Sperniola*, vel *Sperma ranarum* Ge. *Grosch-laid* vocatur, cui eximia vis refrigerans, repellens et cosmetica tribuitur. Prostat in officinis aqua destillata, et emplastrum de ranis, cum, vel sine mercurio. Illa in erysipellate, anibustis et haemorrhagiis, hoc in resoluendis tumoribus venereis, summopere commendatur. Ge. *Grosch*. Ga. *Grenouille*. A. *A Frog*. B. *Kikvorsch*, *Kikker*.

RANCIDITAS, est illa species corruptionis, quae oleosis corporibus, siue vetustis, siue per calorem accidit, et gustui detestabilem saporem cum sensu caloris exhibet. Ge. *Ranzicht*. G. *Forr*.

RANINAE ARTERIAE, sunt propagines duae ab arteria sublinguali, ramo arteriae carotidis externae orientes, et ad frenulum linguae vtrinque se in linguam inferentes; *Raninae venae* sunt vtrinque rami duo venae iugularis externae anterioris, qui, datis ad glandulas sublinguales ramulis, pariter iuxta frenulum in linguam immittuntur. Ge. *Die Groschaderu*. G. *Veines ranines*. B. *Kikvorsch Aderen*.

RANVLA, siue RANA, vide *Batrachium*.

RANUNCVLVS, est plantae genus, (Polyandr. Polygyn.) quod habet calycem pentaphyllum herbacei coloris, ante floris perfectionem plerumque fugacem. Flos est perfecte rosaceus, pentapetalus, seu polypetalus. Radix nonnquam fibrosa, vel granulosa et digitata, nunc tuberosa, aliquando plane intorta. Huius generis quam plurimae dantur species et varietates, vel in nectario, vel in forma seminum, vel in numero staminum, vel in forma receptaculi, vel ratione foliorum, inter se differentes. Omnes tamen inter se in qualitate acri, caustica et corrodeute plus, vel minus conueniunt. Hinc vix ad vsum medicum internum absque magno periculo adhibentur; vulgus iis vesicatorii loco vtitur, et Ranunculo scelerati mendici vlcera artificialia sibi

excitant. Ob florum elegantiam plures species in hortis nostris coluntur. At omnium odor ipse suspectus est et venenatus, diraque producit symptomata. Exsiccatione qualitas noxia expirat. Gr. Βαρβάνιον, a Ranis nomen accepit: quod limitibus humidis opacisque marginibus ranarum more laeretur: aut quod aquis, vbi Ranae degunt, potissimum gaudeat; aut quia inter eius frutices ranae frequenter inveniuntur. Ge. Hahnenfuß, Schmalzblume, Butterblume. G. Renoncule. A. Crow-foot. B. Boter-bloem, Hane-voet, Ranunkel.

RAPA, et RAPVM, est planta, quae habet folia oblonga, magna, ampla, repentia, profunde incisa, aspera. Flores sunt quadrisidi, cruciformes, flauis, (Tetradynam. Siliquos.). Flori succedit siliqua, cornu fungosum referens, septo medio diuisum, semine subrotundo et rubicundo praegnans. Radix est crassa, expansa, carnosa, oblonga, aut rotunda, coloris viridis, aut albi, aut rubicundi, aut externe nigricantis, in parte inferiori fibras habens, interne dura, alba, saporis aliquando dulcis, aliquando acris. Species, quae frequentissime apud nos colitur, est Rapa sativa rotunda Bauh. Brassica Rapa radice caulescente orbiculari depresso carnosa Linn. Qualitatis est diluentis, aquosae et esculentae; hinc cedit inprimis in vsum culinarum, decocta tamen pro gargarismate conducit ad aphthas, aliaque oris et faucium vitia. Tosta contra perniones, stranguriam et calculum commendatur. Putant, dici a *ραπίς* et *ραπίς*. Rapa, vel rapum, quasi ruapum, vel ruapa vocatur, quod e rure eruatur; vel quod facile extra terram ruat; vel, quod magis placet, quod passim in cibis rapiatur: ergo nomen a rapiendo accepisse videtur: nam et a praetereuntibus etiam ex agris rapitur, et euellitur. Gr. Γογγύλι, Γογγύλις. Ge. Rüben. G. Rave. A. Turnip, Rape. B. Raap, Knol.

RAPHANIA, *Scelotyrhe* quorundam, (vt *Sauuag.*) est morbus, qui passim interdum epidemice grassatur, et potissimum articulorum contractione spastica, agitatione conuulsiva, dolore violentissimo, periodico, fornicatione, aut rigiditate, aliisque diris symptomatibus stipatus est. Epidemiae causam alii in constitutione aeris, alii in clauis fecalinis, alii in feminibus loliaceis, alii in venenatis mucilagibus et vaporibus, in pane impuro et male cocto, alii in laruis frumentum depalcentibus quaesiuerunt. Ill. *Linnaeus* Amoen. Acad. T. VI. p. 448. causam tribuit plantae inter segetes crescenti, quae est Raphanistrum, quod tamen alii negant. Vide *Raphanistrum*. Ge. Die Kriebelkrankheit. G. Danse de St. Guy.

RAPHANISTRVM, *Morif. Tourn.* **RAPISTRVM**, *Rai. Bauh.* **RAPHANVS** **RAPHANISTRVM**, *Linn.* siliquis teretibus, articulatis, laevibus, unilocularibus, est planta subhispida, caule herbaceo, sesquipedali, foliis superioribus oblongo-lanceolatis, racemis terminalibus, et axillaribus solitariis, calyce tetrapetalo, erecto, corolla tetrapetala cruciformi; (Tetradynam. Siliquos.) siliqua terete articulata, articulis unilocularibus monospermis, seminibus subrotundis. Crescit haec planta inter segetes. Folia qualitatis sunt aquoso-oleraceae; hinc eorum usus cibo aptus; semina vero, praecipue recentia, vix vllis ordinis naturalis acrimonia cedunt. Hinc frumento admixta, cum eo in farinam conuersa, et ad panificium adhibita, morbum spasmodicum, qui *Raphania* dicitur, efficere posse, nonnullis, praeunte Ill. *Linn.* creduntur, eo certius et latius grassaturum, quo magis aestas humida et pluuiosa, aut largiorem huius plantae prouentum, aut maiorem eius acrimoniam effecit. Hoc tamen plurimi alii negant. *Ge. Hederrich, Ackerohl, Ackerseuf. G. Moutarde sauvage. A. Charlock. B. Herick.* (Vide *Rapistrum.*)

RAPHANVS, est plantae genus flore tetrapetalo, cruciformi, (Tetradyn. Siliquos.) cuius plures species et varietates apud nos coluntur. Maxime frequens est *Raphanus maior orbiculatis*, vel rotundus *Bauh. Raphanus satiuus* siliquis teretibus, torosis, bilocularibus *Linn.* Habet folia magna, longa, lata, acuta, pro hinc viridentia, Rhapontici foliis satis similia. Caulis est rectus, firmus, striatus, cauus. Flores sunt parui, tetrapetali, cruciformes: his succedunt fructus ovato-oblongi cum acumine, glabri, torulis ventricosi, velut articulati, spongiosi, biloculares, non dehiscentes, foeti seminibus subrotundis, glabris. Radix est oblonga, pollicis crassitudine, ac etiam crassior, vel etiam subrotunda. Est illa qualitatis aquoso-acris, orgasticae, vique diluente, attenuante, antiscorbutica, diuretica, carminatiua et ructatrice pollet. Praeter usum cibarium, in asthma conuulsiuo, raucedine et ischuria commendatur. *Ῥαφάνη*, seu *Ῥαφάνη*, nomen habet *καὶ τὴν ἑσπέρην*, seu *ἑσπέρην φαινήν*, quod nempe facile appareat: nam die tertio a latu prosilit. Hoc nomine potissimum gaudet *Raphanus rusticanus*. Vide *Radicula. Ge. Nettiich. G. Raifort. A. Radish. B. Radys.*

RAPHANVS **AQVATICVS**, est *Sisymbrium amphibium* *Linn.* cuius herba secundum nonnullos cum Raphano viribus conuenit.

RAPHANVS **RVSTICANVS**, vide *Armoracia*.

RAPHE, vide *Satura* et *Rhaphe*.

RAPISTRUM *monospermon*, est *Myagrum perenne* Linn. (Tetradyn. Siliculof) et habet caules tenues, rotundos, ramosos, aliquantulum villosos. Folia sunt repentia, crassa, Rapam referentia, ad principium laciniata, dein subrotunda, leuiter sinuata et subhirfuta. Flos cruciformis luteus, quatuor scilicet petalis constans, ex cuius calyce surgit pitillium, quod deinde abit in fructum, seu testam, ferè globosam, unicapularem, semine foetam vt plurimum singulari. Radix longa, fibrosa, et albescens. Qualitatis est vt reliquae eiusdem ordinis plantae, acris, orgasticæ. A nonnullis in scorbuto et stomacho commendatur. *Rapistrum* flore luteo est *Sinapis arvensis* Linn. s. etiam *Raphanus Raphanistrum* Linn. G. Sederich, Uckerfohl, Uckerseuf. G. Rave, Moutarde sauvage. A. Cbarlock. B. Herik, Wilde Rapen.

RAPVUM TERRAE, vide *Cyclamen*.

RAPVNCVLVS *spicatus*, s. *corniculatus*, est *Phyteuma spicata* Linn. (Pentandr. Monogyn.) spica oblonga, capsulis bilocularibus, foliis radicalibus cordatis. Habet folia ex radice erumpentia, Violam referentia, punctis nigris aliquando instructa, pedunculis longis adhaerentia. Caulis est angulosus, excavatus, succum lacteum præbens, folia oblonga, angusta habens. Calyx est monophyllus, quinquepartitus, erectus. Flores monoperali, stellati, quinquepartiti in summitate in spicam sunt congesti, coloris caerulei, purpurei, vel albi. Post florem sequitur fructus, diuisus in tria loculamenta, semina exigua, splendentia, et rubicunda continentia. Radix alba, Rapum referens. Hæc planta prouenit in Alpibus, frigidisque pratis et vallibus, at et facile in hortis colitur. Radix viribus aperitiuis, stomachicis et galactophoris gaudet.—*Rapunculus esculentus* est *Campanula rapunculus* Linn. foliis undulatis, radicalibus lanceolato-oualibus, panicula coarctata, (Pentandr. Monogyu.). Radix est Rapo similis, digiti crassitie, caules tenues, angulosi, sulcati, corolla campaniformis, quinquedentata, capsula trilocularis. Tota planta lactescit. Sponte in pratis prouenit; at etiam in hortis olitoriiis colitur. E taleolis radice facile propagatur. Planta cum radice in aetariis esitatur. *Rapunculus* est diminutium a Rapa. Ge. Rapunzelin, Rapunzelwurzel. G. Raiponce. A. Rampions. B. Rapunzen.

RAREFACIENTIA, sunt remedia, quae moderato calore, vapores humoresque diffando, poros partium maiores faciunt, hinc eandem materiae quantitatem in spatium maius diffundunt. Dicitur præcipue de fluidis corporis nostri in
maius

maius volumen expansis: Gr. Ἀραιωτική. Ge. Dünna-
chende Arzeneien. G. Rarifizant. B. Dunmaakende Middelen.

RARVS, opponitur *denso*, dicitur de corporibus, quae
spongiosa et leuia sunt. — Tarditas arteriarum micatio voca-
tur *Rarus pulsus*, dum intra determinatum temporis spati-
um pauci ictus contingunt.

RASETTA, idem est, quod *Carpus*, aut *Brachiale*.

RASORIVM, est cultelli species, quo utitur chirurgi in
abradendis capillis. A radendo vocatum. Ge. Ein Scheer-
messer. G. Rasoir, A. Razor, Rasor. B. Een Scheer-mes. —
Aliquando idem quod *Raspatorium*.

RASPATORIVM, seu SCALPRVM RASORIVM, est instru-
mentum chirurgicum, ossibus cariosis et squamosis abraden-
dis confectum. Gr. Ξυρτήρα vocant. Ge. Das Schröteisen,
Schabeisen, Schrötmessel. G. Ruzine, Rarissoire. A. A
Grater, or Rape. B. Een Rasper. — Item *Raspatorium*, seu
Radula, a radendo, est instrumentum ex lamina terrea per-
tusa et asseri paruo affixa, cuius inaequalitate et scabritie
radices, ligna, cornua, ungulae, etc. raduntur. Gr. Ξυρτα.
Ge. Schabeisen, Reibeisen. G. Rape, Racloir, Rarissoire.
A. Rasp. B. Een Raspe.

RASVRA, vocatur id, quod radendo, vel raspando, lignis,
cornibus, unguis auferitur; sic in officinis prolat *Rasura*
Cornu cerui, Ungulae Alcis, Eboris, Dentis Hippopotami,
Ligni sancti, etc. Ge. Geraspelt Hirschhorn, Elfenbein. G.
Raclure.

RATIO, est facultas animae humanae e pluribus ideis con-
iunctis, vel separatis, firmas conclusiones elicendi. Sic Ratio
et experientia fundamentum medicinae constituunt, et me-
dicina utriusque huic principia innixa, *Rationalis* dicitur. Ge.
Vernunft. G. Raison.

RATIONIS OS, i. q. *Sincipitis*.

RATVLA, vide *Raspatorium*.

RAVCEDŌ, Gr. Βράρυος, est vox rauca, grauis simul et
dissonans, absque vlla soni glabritie, vel claritate, et exilis,
sic vt saepe non audiatur, nisi a prope adstantibus, adest et-
iam in hac sibilus aliquis: orta a siccitate, vel asperitate in-
strumentorum formandae voci inseruientium; hinc conse-
quitur catarrhum, tussim, susceptum frigus, crapulam, ni-
mios clamores, puluerem in fauces illapsum, consumptionem
instrumentorum vocalium a quibuscunque vlceribus, ab-
usum ciborum, aut medicamentorum acrium, etc. Ge. Hei-
serfelt. G. Enrouemens. A. Hoarseness. B. Heesheid.

RAVED SENI, est *Rhabarbarum orientale*.

RECEPTACVLVM, dicitur de vesicula, in qua humor quidam colligitur.

RECEPTACVLVM ~~RECIPIENS~~, i. q. *Sacculus chyli ferus*.

RECEPTACVLVM CHVMICVM, est vas amplum, in quo guttae et vapores destillantes ex rostro vasis, in quo corpus destillandum habetur, excipiuntur. Vocatur et *Recipiens* et *Excipulum*. Ge. *Vorlage, sin Recipient*. G. *Un Recipient, Balon*. A. *A Recipient, Receiver*. B. *De Onzfanger*.

RECEPTACVLVM, botanicis vocatur basis, qua partes fructificationis connectuntur. G. *Blumen- und Fruchtbehältniß*.

RECEPTVM, i. q. *Formula*.

RECIDIVVS MORBVS, est, quando materia a priore morbo relicta, vel corporis morbosa diathesi non satis mutata in sanitati convenientem, denno recrudescit et eundem similemve morbum resuscitat. Ge. *Rückfall*. G. *Recidive*.

RECIPE, verbum est, quo formulae medicae semper incipiunt, et quod exprimitur simplici litera R.

RECIPIENS, vocatur vas, materiam per destillationem prolectam capiens. Vide *Receptaculum*. Ge. *Die Vorlage*. G. *Recipient*. B. *De Onzfanger*.

RECLINATA, botanicis vocantur *folia* deorsum flexa, vt arcus sit basi inferior, apice descendente. *Reclinata* est *Vernatio*, quae versus petiolum deorsum reflexa est.

RECREMENTA, vocantur illae materiae quae in corpore animali eo fine discernuntur, vt tanquam superfluae, vel noxiae, e corpore eliminantur, e. g. sudor, vrina, etc.

RECVRDESCENTIA, est, quando morbus iam desinens, aut mitis factus, de novo ad eundem vigorem redit.

RECTIFICATIO, est destillatio repetita liquorum iam antea destillationi subiectorum, ad eos magis purificandos et exaltandos. Ge. *Verbesserung, das Rectificiren*. G. et A. *Rectification*. B. *Verbertring*.

RECTI MVSCVLI, habentur inter externos abdominis musculos: sub quibus arteriae et venae epigastricae ab interna parte ascendunt, tum a mammariis interius prope mammillam descendunt. Circa medium abdominis inscriptionibus binis, ternis, interdum et quaternis tendineis, in superficie externa, in plures veluti musculos discernuntur. Ad micromatam pectoris cartilagineam, costarumque trium, vel quatuor, cartilagineae, exorta carnosae sunt, in osse vero pubis, valide tendinoseque corpore defixi. Hi musculi in vagina includuntur, quae formatur ab aponeurosi musculorum oblique ascendentium et transversalium. Actione sua maxime cae

vum abdominis angustant, et excretiones varias promouent. — *Rectus capitis anticus maior et longus*, a processibus transversis vertebrarum colli quinque inferiorum oritur, et in occipitis osse ante foramen magnum definit. — *Rectus capitis anticus minor*, s. *paruus*, a vertebra prima colli oritur, et ad latera maioris inferitur. Vterque musculus caput antrorsum flectit. — *Rectus capitis lateralis*, s. *transuersalis anterior*, a processu transuerso vertebrae primae colli ortus inter condylum ossis occipitis et processum mastoideum inferitur. — — *Rectus capitis posticus*, a parte posteriore vertebrae secundae, vti *Rectus capitis posticus minor*, a vertebra prima oritur. Vterque musculus vero retro foramen magnum ossis occipitis inferitur. — *Rectus cruris*, s. *gracilis anterior*, duplici tendine a spina anteriore ossis ilium et acetabuli marginè procedit, in parte anteriore ossis femoris descendit, et cum reliquis extensoribus tibiae patellae communi tendine inferitur. — *Rectus cruris internus*, s. *gracilis internus*, ab osse pubis ad tibiae capitis anteriorem partem descendit. — *Recti quatuor oculi* a margine foraminis optici procedunt, et bulbo oculi inferuntur. Ge. Die graden Musteln. Ga. *Muscles droits*. A. *The Right Muscles*. B. *De regte Spieren*.

RECTA, botanicis dicitur *Arista* perpendiculariter extens, et *Calypera recta*, quae vndique aequalis est.

RECTVM INTESTINVM, est omnium, et praecipue caecorum, intestinorum vltimum. Incipit a coli fine, vnde aliqui tamen inflexura deorsum pergens definit in anum; gaudet musculis, sphinctere, et duobus dilatatoribus. Ex hisdem, quam colon, tunicis constat, ita tamen, ut crassior sit tunica muscularis, ipsumque intestinum absque cellulis, plurimum vero plieis atque rugis dilatabilibus et tunica mucosa vestitis conspicuum sit. Foecibus excerpendis transitum dat. Ge. Der Mastdarm, Afterdarm, After. G. *Le Gros Boyau, le Rectum*. A. *The strighe Gut*. B. *De Aars darm. Endel darm*.

RECURRENTES NERVI, sunt duo rami, qui vtrinque a truncis Paris vagi circa arteriam subclatiam oriuntur. Dexter hanc arteriam, sinister arteriam aortam circumdat, rursumque adscendentes pluribus ramulis in musculos laryngis, pharyngis et glandulam thyroideam distribuuntur. His nervis adfectis, laevis, ligatis, vel abscissis, vox animalis, vt nonnulli referunt, vel minuitur, vel penitus extinguitur. Ge. Die zurücklaufenden Nerven. G. *Nervi recurrens*.

RECTIVS, siue APELLA, est, cui portio praeputii resecta fuit, vt in Iudaeis et Mahomedanis, aut potius, qui eam artificiosa prolongatione restituere conati sunt. Ge. De

schnitten an der Vorhaut. G. Circuncis. A. Circumcised. B. Besnedene.

RECURVATA, botanicis dicuntur *folia* deorsum inflexa, vt conuexitas arcus superiora spectet. Sic *Aculei* dicuntur *recurui*, qui extrorsum reflexi sunt.

REDUCTIO, est operatio chymica, qua corporibus metallicis, forma propria, vel per corrosionem, vel per calcinationem, exutis, haec forma denuo restituitur. Eius ratio consistit in ablatione illius substantiae, quae cum metallo mixta ipsi propriam formam exuit, et in restitutione, siue additione eius principii, praecipue phlogisti, ob cuius defectum formam natiuam metallum amisit: vt dum calci antimonii, vel ochras martiali pinguedo, vel puluis carbonum, additur, et noua fusione antimonium, vel ferrum, reducitur. Ge. *Wiederbringung. G. A. Reduction.— Reductio* etiam chirurgis dicitur operatio, qua partes quaedam corporis vitiose elapsae, vel prolapsae, manibus vel instrumentis restituntur.

REDVVIA, est leuis quaedam cuticulae ad vnguim radices fissura. Nonnulli sic quoque Paronychiam vocant. Ge. *Neidnagel, Nagelwang. Ga. Envie aux doigts. A. The Looseness, or defect of the Skin about the root of the Nails. B. Nyn, of Nydnagel.*

REFLECTIVA, i. q. *Analeptica.*

REFICIENTIA, i. q. *Analeptica.*

REFRIGERANTIA, sunt remedia, vel actu frigida, vel e talibus particulis constantia, quae calorem in corpore ortum temperant, vt Nitrum, acida vegetabilia, fructus horaei, etc. Ge. *Rühlende Mittel. G. Rafräichissans, Réfrigérans.*

REFRIGERATORIVM, est vas ligneum, aqua plenum, per quod fistula recta, vel spiralis, ex stanno, vel plumbo, transit, qua aqua per distillationem prodiens, refrigerandi gratia perfluit. Ge. *Ein Rühlfaß. G. Réfrigérant, Réfrigétoirs. A. A cooling vessel. B. Een Koelvat.*

REGENERATIO, siue **PALINGENESIA**, chemicis vocatur, quando res quaedam operationibus in aliam formam redactae, ope aliarum operationum, vel peregrinorum additorum, in eandem naturam, qua prius gaudebant, reducuntur.

REGIMEN, vox recepta est in arte medica, denotans certam et a medico imperatam dietae et victus rationem, cuique temperamento, vel etiam cuique morbo, conuenientem. Sic etiam chymicis est *Regimen* ignis, seu determinatus caloris gradus ad vnamquamque operationem necessarius. Vide

Gradus. Ge. Verhalten. G. Régime. A. Diet. B. Bestuur, Regeering.

REGINA PRATI, est Vlmaria. Sic dicitur, quod tam læte caput in pratis prae caeteris plantis erigit. Vide *Vlmaria*.

REGIO, vocatur anatomicis spatium quoddam determinatum in superficie corporis, sub quo variae aliae partes comprehenduntur. Sic dicitur regio epigastrica, umbilicalis, hypogastrica, etc. quae suis sub nominibus quaerendae. Ge. *Geend des Leibes. G. Région.*

REGISTRES, REGISTRA, seu VENTILA, spiracula furni chymici sunt, quae aër ingreditur sub ventii specie, vel quibus superne exit, et quibus hinc pro operatoris intento dirigitur ignis, in variis operationibus; iis enim clausis, ignis debitor sit, verum apertis, intensior. Gr. *Ερσίκια. Ge. Register; Lustloch. G. Soupirail. A. A hole to let in the Air. B. Logrgaren, Regeerpypen.*

REGIVS MÖRBNVS, vide *Icterus*.

REGNVN, est certa quaedam reductio corporum in tellure nostra reperiendorum ad aliquam classem generalem, quae omnia in quibusdam proprietatibus conueniunt. Tale uti in Historia naturali in vniuersum ita in specie in medicina constitutum fuit triplex, e quo tota materia medica constat. 1) *Vegetabilium*, continens sub se omnium plantarum genera, quae maximam materiae medicae partem constituunt, et quae crescunt et viuunt, scilicet per motum fluidorum in canalibus structis stantur. 2) *Mineralium*, continens sub se omnia, quae ex terra effodiuntur, neque tam manifestam ex suo semine, ac vegetabilia, originem habent, sed absque structura determinata per aggregationem crescunt. 3) *Animalium*, complectens omnia animantium genera in quouis medio vitam suam degentia, scilicet quae crescunt, viuunt, et praeterea adhuc facultate sentiendi praedita sunt. Ge. *Naturreich. G. Regne. A. Kingdom. B. Ryk, Geslag.*

REGVLARIS, dicitur florum *corolla*, quae aequalis est figura, magnitudine et proportione partium, seu quae lineae circuli exacte circumscribi potest.

REGVLVS, vocatur pars illa, quae post fusionem mineralium metallicarum, earumque effusionem in cono fusorio fundum petit, facile tum a scorius separanda. Dicitur praesepue de semimetallica parte antimonii, cuius pro varia additione solum, vel metallorum, varii reguli profant. — Item de Arsenico, Cobalto etc. *Regem, vel Regulam*, appella-

runt, forte quia erat totius nobilissima essentia. Ge. Der König. G. Régule. A. Regulus. B. Königskien.

RELAXANTIA, vide *Cathartica*.

RELAXATIO, est fibrarum corporis nostri, sicque musculorum, vasorum et membranarum dilatatio ultra elasticitatis suae, hoc est, virtutis, contractoriae, tonum, qua partes in functionibus suis sanis impediuntur; vti in strabismo, varice, aneurismate, hernia, etc. Gr. Χαλασις, "Aveic, Χαλωση. Ge. Die Erschlappung. G. Relâchement. A. Relaxation. B. Verwydering.

REMEDIUM, i. q. *Medicamentum*, seu *Auxilium*.

REMINSCENTIA, Gr. Ἀνάμνησις, est perceptio, qua rerum antea perceptarum ideae, menti sensatione, vel alia perceptione impressae, per earum vestigia, vel imagines cerebro, impressas, vel voces, aut alia earum signa oblata animae, mediantibus spiritibus animalibus, in sensorio communi, rursus offeruntur; vel reminiscencia est arbitraria rerum cerebro antea impressarum ad suos usus reuocatio. Ge. Gedächtniß. G. Reminiscence. Souvenance, Souvenir. A. Remembrance. B. Gebuegnis, Herinnering.

REMISIO FEBRIVM, est incaloescentiae supra modum sanguinis imminutio, quae in febribus intermittentibus absolui integre solet, in continuis vero ex parte tantum contingit.

REMITTENS FEBRIS, vocatur, quae tali modo per exacerbationes totam absoluit periodum, vt sequens exacerbatio incipiat, priusquam antecedens plane desinat, sicque aeger nunquam plenaria apyrexia gaudeat, sed semper febre magis, vel minus valida laboret. Hinc ordinem febrium constituit, plura genera et species comprehendentem. Ge. Ein nachlassendes, remittirendes Fieber. G. Fièvre rémittente. A. Remitting Feuer.

REMORA ARATRI, est *Ononis*, dicitur, quod in opere arantes boues subinde sistat. Vide *Anonis*.

REMORA, est instrumentum chirurgicum apud *Hilandum*, quo os femoris restituitur.

REMOTA, botanicis dicuntur *folia* spatio a se inuicem distantia.

REMVLVS, vide *Costae*.

RENES, Gr. Νεφρον, bini sunt in abdomine, extra peritoneum, in eius substantia cellulosa positi, figura fabae, prope diaphragma, multa pinguedine inuoluti, ad eandem fere altitudinem, quam hepar et lien, quae illos quoque tegunt; dexter in homine inferior est, quam sinister; accipiunt arte-

riam ab aorta perpendiculariter emissam, quae *renalis*, vel *emulgens* dicitur, et diuiditur in plurimos ramos vermulari reptatu currentes, et in se hiantes, ex quibus fistulae laterales minimae, vel urinariae, oriuntur, quae in corpora papillaria octo, decem, vel duodecim terminantur, et urinam sanguine secretam euehant in peluim renis, seu principium vreteris, vnde demum ad vesicam urinariam defluit. Vterque ren emittit vnam venam, *Emulgentem* dictam, in Cauam statim terminatam; neruisque quam plurimis a plexu renali oriundis, et lymphaticis vasis gaudet. Ge. Die Nieren. G. *Les Roignons, Reins*. A. *The Kidnies*. B. *De Nieren*.

RENES SVCCENTVRIATI, vide *Capsulae arabilariae*.

RENUNCIATIO, dicitur sententia medici, vel chirurgi, ad magistratum delata, de letalitate vulnerum, aliisque quaestionibus, quae in foro iuridico non nisi ex scientia medica diiudicari possunt.

REPELLENTIA, sunt, quae sua frigiditate, vel adstringendi vi, feruorem et affluxum humorum reprimendo, ac poros et meatus partium claudendo, et vasa constringendo, intumescentiam partis imminuunt, et allabentes humores alio pellunt. Haec ergo pro diuersitate causarum, vel humorum accumulatorum indole, summe proficua; at etiam summe noxia esse possunt, praecipue si materia repulsa viscera vitalia perat. Gr. *Απορροισια*. Ge. *Zurücktreibende Arzneyen*. G. *Repercussifs*. B. *Terug dryvende Middelen*.

REPENS, dicitur *radix* longe excurrens, hinc inde germinans; *Repens folium*, terrae incumbens, radículasque agens.

REPENS FASCIA, i. q. *Spica*.

REPERCVIENTIA, i. q. *Repellentia*.

REPOSITIO, est operatio chirurgica, qua membrum aliquod luxatum, seu quod ex articulatione sua excidit, cum violentia et artificiosa extensione et pressione in pristinum locum reponitur. Ge. *Einrichtung der Glieder*. G. *Replacement*. A. *Reposition*. B. *Herstelling der Ledén in hunne plaats*.

RESEDA, est planta, flore polypetalo anomalo, (Dodecandr. Trigyn.) quae habet caulem excavatum, striatum, villosum, ramosum, curuum. Folia sunt alternatim disposita, profunde incisa, crispata. Flores sunt anomali, qui constant ex petalis nonnullis inaequalibus, semper aliquibus semitridis, supremo ad basin gibbo, mellifero, longitudine calycis, perianthio monophyllo, partito comprehensis, in summitate caulium crescentes, coloris flauis. Flori succedit capsula membranacea, triangularis, unilocularis, oblonga,

continens semina exigua, obrotunda, nigra. Radix est longa, tenuis, lignosa, alba, acris. Haec planta crescit in pratis. Eius species dantur odoratae, v. c. *Reseda odorata Linn.* vel *Reseda phytouma Linn.* Planta vero officinalis, de qua hic potissimum sermo est, est *Reseda lusca* foliis omnibus trifidis, inferioribus pinnatis *Linn.* Viribus gaudet demulcentibus et resoluentibus, hinc externe inflammationibus applicatur, et nomen forte habet a resedandis doloribus, collectibus, inflammationibusque. *Ge. Streichkraut. G. Réseda, Herbe Maure. A. Base Rockett. R. Vreemde Raken.*

RESIDENTIA, est crassamentum, seu foeces, quae in liquoribus turbidis ad fundum subsident. *Ge. Bodensatz. G. Sédiment.*

RES NATURALES, siue RES DEBITAE, aut ORDINATAE, vulgo a veteribus recensentur tres: sanitas, sanitatis causae, et sanitatis effecta. Alii veterum septem enumerant, vt elementa, temperamenta, humores, spiritus, facultates, actiones: sed elementa et temperamenta pertinent ad physicam: humores, spiritus et partes, sanitatis causis annumerantur, quae constant ex bona temperie et apta conformatione; facultates et actiones, sub sanitatis effectis constituuntur. *Ge. Natürliches Ding. G. Choses naturelles. A. Natural things. B. Natuurlyke Dingen, vel potius de Beoorlyke, vel ordeentlyke Dingen.*

RES NON NATURALES, sunt sex: Aër, Cibus et Potus, Motus et Quies, Somnus et Vigiliae, Animi pathemata, Excreta et Retenta. Sic appellantur in scholis medicorum veterum, quia neque absolute ad hominis naturam pertinent, neque tamen praeternaturales, vel noxiae sunt, sed si modum excedant, saepe morbis ansam praebent, et causas morborum remotiores, vel procatarcticas, constituunt, in eorum vero debita vsu bona *Diaeta* consistit. Hisce ab aliis adiunguntur *Applicata* corpori externa, vt sunt balnea, fomenta, emplastra, etc. omnia enim haec bono vsu adhibita, corpori profuant, et ipsi naturalia fiunt; verum abusu nocent. *Ge. Nichtnatürliche Dinge. G. Choses non naturelles. A. Not natural Things. B. Niet natuurlyke Dingen, Noodzakelyke Dingen.*

RES PRAETER NATURAM, sunt Morbus, Morbi causae, et Symptomata, siue morbi effecta, quorum praesentia illa, quae in corpore sano fieri debebant, nunc impediuntur, adeoque in corpore adesse non deberent. *Ge. Widernatürliche Dinge. G. Choses contre Nature. A. Things against Nature. B. Tegenatuurlyke Zaken, zondigende Dingen.*

RESINA, est corpus ex unione acidi cum oleo aethereo natum, in certo frigoris gradu durum, fragile, pellucidum, ad calorem liquefcens, et diffuens, in aqua non soluendum, et in alcohole solubile, in igne atdens instar olei. Gr. *Parten*, sunt arborum, aut herbarum, concretæ lacrymæ, vt *Mastix*, *Tbus*, *Ammoniacum*, *Terebinthina*, etc. quæ tempore et solari calore indurantur. Substantiæ pinguis, inflammabiles, et in spiritu inflammabili, quoad partes resinofas, solubiles sunt. Hinc ex huiusmodi concretis in præparatione remedium per menstrua spirituoſa partes resinofas a gummoſis ſeparantur, et rursus ex iis præcipitantur, vt *Resina Jalapæ*, *Scammonii*, etc. Ge. *Harz*. G. *Résine*. A. *Rosin*. B. *Hars*.

RESINA ELASTICA, est singularis quaedam substantia, quæ hæud ita pridem ex Prouincia Quito et Cayenna Americae meridionalis ad nos adlata nobis innotuit. Incolis *Caoutchouc* dicitur, et est succus exstillans ex vulnerata arbore quadam incolis *Hbeve* dicta, cuius fructus fructui *Palmae Christi* aliquantum similis est. Hæc arbor vix forte adhuc in vlla horto botanico Europæ viſa, nonnullis creditur esse *Cecropia peltata* Linn. Coilotapalus ramis excauatis, foliis amplis, peltatis, lobatis *Brown*. Ficus Surinamenſis, multifido folio, ſuperna parte admodum ſcabro, uerſa denſa lanugine molli. *Pluk*. Succus ex hac arbore exstillans breui abit in ſubſtantiam ſuſcam, ſiccam, inflammabilem, in aqua emolliendam, in oleo nucum accedente calore, optime vero in aethere vitriolico ſolvendam, in ſpiritu vini vero indiffolubilem, ad hæc ſumme ductilem et elafiicam, ita vt annuli ex ea facti, modo digitis, modo carpo, modo brachio, absque ruptura applicari poſſint, ſponte demum ſe rursus contrahentes. Indi artiſticiſic ſuccum exstillantem in varias formas dirigunt, vt exſiccatus variam ſupelleſtilem præbeat, vt ocreas, et lagenas, quæ preſſæ humorem contentum eſſundunt. Ge. *Seber*. *Harz*, *Elaſtiſch Harz*. G. *Résine élaſtique*.

RESINA FLAVA, **RESINA NIGRA**, vide *Terebinthina*.

RESOLVENTIA, ſunt medicamenta, quæ liquorum animalium moleculas, quæ præternaturaliter couerant in ſe, in naturales iterum diſcerpunt, adeoque eas vel circulantibus attenuant, vel hærentes in loco diuidunt, et circulationi reſtituunt. Ge. *Auflöſende Urneyen*. G. *Remedes reſolvans*, *Aperitiſi*. A. *Reſolvents*. B. *Openende, of ontſtoppende Middelen*.

RESOLVTIO NERVORVM, i. q. *Paralyſis*.— Dicitur etiam *Reſolutio* de cruda et morbifica materia, quæ ope naturæ

ita mutatur, vt excerni possit, vel saltem non amplius, nociva euadat. Ge. *Auflösung*. B. *Onsbindung*.

RESONITVS, i. q. *Contraffsura*.

RESORBENTIA VASA, vide *Absorbentia*.

RESPIRATIO, est actio composita, vel duplex, consistens in inspiratione et expiratione. Est scilicet thoracis alterna dilatatio et collapsus; qua priori aër per os, nares, laryngem et asperam arteriam in vesicularem pulmonum substantiam intrat, eam sua gravitate et elasticitate expandit, sanguinis fluxum per arterias venasque adiuuat, et in sanguinem agit ob thoracem ampliatum et eleuatum sternum per contractionem musculorum intercostalium; ac diaphragma planius redditum: et quo posteriori aër ex pulmonis compressi vesiculis, aspera arteriâ, larynge, ore et naribus expellitur, ob thoracem collapsum vi cartilaginum costarum agentium, cessante scilicet causa actionis musculorum intercostalium, sed pressione musculorum abdominalium agente in viscera, adeoque diaphragma intus in thoracem intrudente, et simul iuuantibus contractionem thoracis musculo triangulari aliisque, etc. Binae hæc actiones, dum semel inceptæ, sunt maxime necessariae ad vitam in animali perfecto: iis enim impeditis, vita cessat, quia humorum circulatio per vasa sua cessat. Vide *Palmones*. Ge. *Das Athemholen*. G. *Respiration*. A. *Breathing*. P. *De Adembraaling*.

RESTA BOVIS, est *Ononis*, dicitur, quod arantes boues nonnunquam siltat. Vide *Anonis*.

RESTITVTIO, dicitur vel de reditu aegri ad pristinam sanitatem, vel de repositione ossis, quod per luxationem ex articulo suo dimotum erat, vel de regeneratione carnis, etc. Ge. *Wiederherstellung*. G. *Rétablissement*.

RESVMPTIVA, a *Resumere*, seu *Restaurantia*, a *Restaurare*, dicuntur analeptica et nutrientia, ad aegros extenuatos restaurandos.

RESYPINATVM, botanicis dicitur *folium*, pagina superiore inferiori, et contra inferiore superiore facta.

RETE MIRABILE, sic dicitur ob mirabilem structuram. Constat ex plurimis arteriis, Carotidum propaginibus, in semet ipsas inflexis, vel ad se inuicem inclinatis, simulque coeuntibus: subiicitur cerebri basi, et glandulam pituitariam in ambitu suo complectitur, a lateribus ossis sphenoidis. Vfus est in animalibus, qui prono capite incedunt, sanguinem aliquantum remorari, ne impetuose nimis in cerebrum ruat; in homine et equo non ita inuenitur. Ge. *Das*

Wundernetz. G. *Ret merveilleux.* A. *The wonderful-Net.*
B. *Her Wundernet, Herffen ader net.*

RETE MIRACULOSVM, CUTANEVM, vide *Corpus reticulare*, s. *Reticulum Malpighianum*.

RETICVLARIS PLEXVS, i. q. *Choroides*.

RETICVLVM, vide *Abomasus*. Ge. *Haube, Zellsicht.* G. *Reseau, Bonnet.*

RETICVLVM, vide *Omentum*, vel *Epiploon*.

RETICVLVM MALPIGHIANVM, s. *Corpus reticulare*, ita vocatur membrana, vel lamella interior epidermidis, cuti contigua, quae e substantia reticulari-mucosa, et papillis, vel expansionibus nerueis constat. Acutissimi sensus sedes est, atque vt obseruarunt recentiores, coloris, qui in externa corporis nostri superficie apparet, causa est et sedes, et hinc in variis hominibus variat, vnde in Aethiopibus, quibus aequae alba est cutis, ac Europaeis, membrana haec nigra deprehenditur. Nomen suum accepit a *Malpighio*, qui illam primus detexit in lingua bouina, in qua retis adinstar perforata est, quod tamen in hominibus non obtinet: in iis enim tantummodo obseruantur foveolae a papillis cutaneis impressae, quae tamen non penetrant. Ge. *Das Netz, Reseau des Malpigh.*

RETIFORMIS PLEXVS, vide *Plexus retiformis*, s. *Ret mirabile*.

RETIFORMIS TVNICA, RETINA, est quaedam interioris, vel medullaris, substantiae nerui optici in oculo expansio, postice et lateraliter humorem vitreum ambiens, quae se habet, vt paries albus in camera obscura, qui species visibiles periformem camerae atratae admissas excipit, et per neruum opticum ad sensorium commune propagat. Vide *Amphiblestroides*. Ge. *Das Netzhautlein im Auge.* G. *La Rétine.* A. *The Nerlike Coat in the Eye.* B. *Her Nervliet.*

RETINA TVNICA, vide *Retiformis* et *Amphiblestroides*.

RETINACVLVM, est instrumentum chirurgicum, quod in hernijs adhibetur ad impediendum intestinorum in scrotum delapsum.

RETORTA, CORNVTA, sive MATRACIVM, est vas chymicum, ex vitro, lapide, ferroue constatum, figura rotunda, ad cuius latus rostrum est flexum, retortum, et cauum, quo destillanda ingeruntur et egeruntur. Ge. *Eine Retorte.* G. *Cornue, Retorte, Matras.* A. *A Retort.* B. *Een Retort, Krombals of Kolf.*

RETRAHENS AVRICVLAM MVSCVLVS, constat ex tribus paruis musculis, qui oriuntur ab exteriori et posteriore parte radice processus mammillaris, et inferuntur in medium dorsum conchae auriculæ, auriculamque sic retrahunt.

RETROFRACTVS, botanicis dicitur *pedunculus*, vi quasi ad dependendum redactus.

RETVSVM, botanicis est *folium* terminatum sinu obtuso.

REVERBERATIO CHYMICA, est ignitio, qua corpora igne viuo, in furno reuerberii, calcinantur. Vide *Ignis actualis*.

REVERBERIVM, est operatio chymica, qua corpora ignienda, vel destillanda, per ignem vndique a parietibus et fornice furni reflexum in ipsa corpora, vel vasa continentia, calcinantur, vel resoluuntur. Ge. Durchflammung. Ga. Réverbère. — Vel etiam *Reuerberium* vocatur ipse surpuss ad hanc operationem constructus. Ge. Ein Reberberirofyn. G. Réverbère. A. Reverberatory. B. Een weerstuit Oven. *Wädrin de Vlaam rondom het licbaam gaat.*

REVIVIFICATIO, est, quando corpus quoddam metallicum, quod addito sale, vel sulphure, mutatum erat, rursus ad pristinam formam reducitur; ex. gr. quando *mercuros* ex cinnabari, additione salis alicuius, alcalini, vel calidis viuae, destillatione, de nouo suscitatur. Ge. Wiederherstellung. G. Révivification. A. Reviving. B. Herlevendig-making.

REVOLVTA, botanicis dicuntur *folia*, quæ in spiram re-curuata sunt.

REVULSIO, vide *Anisipasis*.

REVULSORIA VENAESECTIO, est operatio, qua sanguis, in partem aliquam irruendo nimis agens, in contrariam, per venam, in parte satis remota opposita incisam, auertitur atque emittitur, vt ex parte affecta id, quod hæret, expellatur, vel si vasa parua rupta sint, minori vi nunc pressa, tempus se constringendi adipiscantur, vt si in cephalalgia, vel hæmorrhagia narium, in pede vena secerur. Ge. Das Ab-leiten. G. A. Révulsion. B. Afsleiding der vogten.

RHA, idem quod *Rheum*: et ita per excellentiam vocatur *Rhaponticum*, ab amne *Rba*, qui suas aquas per Tanaim fluvium tandem in Pontum Euxinum effundit. Alii putant, *Rba* significare radicem, et hinc *Rhaponticum* idem esse quam radicem ponticam. Est radix purgans, flaua, longior *Rhabarbaro*. Vide *Rhaponticum*.

RHABARBARVM, RHEVM, (Enneandr. Trigyn.) est *Rheum palmatum* foliis palmatis, acuminatis Linn. vt hodie rectius scitur, cum antea crederetur esse *Rheum rhubarum* Linn. foliis scilicet subvillosis, undulatis, petiolis aequalibus. Habet folia profunde incisa, manui fere similia, magna, ampla, lata, scabriuscula, crassa, caulibus longis; crassis, et nigricantibus adhaerentia: coloris sunt saturate viridescens, gustus acidi satis grati: in medio horum foliorum, secundo, aut tertio anno, protruditur caulis crassus et robustus, quem amplectuntur folia minor, sed pariter formata et acuminata: in summitate caulis spicatum proueniunt flores herbacei, albi, monopetali, sexfidi, laciniis obtusis, alternis minoribus, absque calyce; in quibus sex tantum stamina reperiri lego; gemma vernans non rubescens, sed flauescens est. Floribus deciduis succedunt semina singula triangularia, splendentia, subflaua, vel rufa, marginibus membranaceis, seu tribus foliolis, vice capsulae inclusa. Temporis lapsu radix grandescit, multis propaginibus, hinc inde propendentibus, oblonga, tuberosa, circularibus zonis rugosa, tuberibusque inaequalis, communiter ponderosa, foris est coloris rubentis, vel fusci, intus crocei. Ablato cortice exteriori, radix apparet sublutea multis venis rubicundis ipsam pereurrentibus; saporis est amaricantis, et lenta viscedine subadstringentis, nauseosi odoris, sed melior radix est flauo coloris, et minorem stypticitatem habet; et quae in mandendo glutinosa est cum leui tamen adstrictione, et croceae tincturae saluam tingentis, cum varietate coloris dilute ex carneo colore rubens, et intus variegata instar Nucis moschatae diffractae. Commendantur etiam ea frustula, quae sunt grauiora cum raritate, et in quibus etiam confraetis frustis inuenitur digregatio ex rusto et glauco. Frustis maioribus, cum difficilius siccentur, et saepius intus putrescant, aut vermibus exesa sint, non fidendum: quandoque enim superficies exterior elegans, interior vero putrida existit atque cariola, adeoque saepius frusta mediocria sunt meliora. *Rhabarbarum verum* proprie in China atque Tartaria prouenit et colitur, et inde plerumque, in taleolis perforatis, tum per Moscouiam via terrestri, quae optima, tum per naues ex India Orientali ad nos adfertur. Virtus eius maxime in partibus gummosis residet, quam hinc facilius mensuris aquosis, quam spirituosis, communicat; hinc variae praestant in officinis animae, vel tincturae aquosae et vinosae Rhabarbari. Viribus pollet lenissime et tutissime purgantibus, at simul antacidis, tonicis, subadstringentibus et

antihelminthicis. Datur vel in substantia a scrupulo ad drachmam, vel in bolo et electuario. Frequentissimus eius in medicina usus est in dysenteria, diarrhoea, leucorrhoea, gonorrhoea, ictero, aliisque morbis viscerum, praecipue intestinorum. Urinam croceo colore tingit. Ob qualitatem siccam minus in febribus continuis, inflammatoriis, aut subiectis siccis, et dysuriae obnoxiiis, minus quoque in hypochondriaci, hysteria et haemorrhoidibus conducit. Alexandrium Trallianum primum hanc radicem in usum medicum adhibuisse lego. Iam etiam passim id Rheum palmatum in Europa coli coepit, pariterque in radice vis leniter purgans deprehensa est. Volunt nomen componi ex *Rba* radice, et *Barbarum*, vel quasi esset Barbarorum radix. Dicitur Arabibus *Raved*. G. *Rhabarber*. G. *Rubarbe*. A. *Rubarb*. B. *Rhabarber*. Vide *Rhaponticum*.

RHABARBARVM MONACHORVM, est *Lapathum* hortenfe rotundifolium *Baub*. *Rumex alpinus* *Linn*. (Hexandr. Trigyn.) floribus hermaphroditis sterilibus, foemineisque, valvulis integerrimis, nudis; foliis cordatis obtusis, rugosis. Provenit in India Occidentali et Europae humentibus. Radix est crassa, ponderosa, extus nigricans, intus flavescens, non tamen variegata. Qualitate est sublaxante pariter et adstringente, vero tamen Rhabbaro virtute longe inferior. Ge. *Münchshabarber*. G. *Rubarbe des Moines*. A. *Monks Rubarb*. B. *Munik Rhabarber*.

RHABDOIDES SVTVRA, i. q. *Sagittalis*.

RHACHIALGIA, est morbus, cuius character consistit in atrocibus doloribus abdominis ad lumbos et dorsum serpentinis, pressione non crescentibus, cum umbilici non raro retractione, alui constipatione, summa pertinacia, manuum torpore, paralytique, alias artuum contracturis chronicis terminantibus. *Sauv*. Vide *Colica Pictonum*.

RHACHIS, i. q. *Spina Dorsi*.—Botanicis est receptaculum filiforme flosculos longitudinaliter adnectens in spicam.

RHACHISAGRA, est *Arthritis spinalis*, in dorso.

RHACHITAE, vocantur muscoli dorsales, qui uniuersis costarum commissuris, in toto thorace, superiniecti sunt, a posteriore parte, nihil relinquentes, quod non contendant, sed omnes costarum extremitates posteriores, et vertebrarum processus, qui a lateribus sunt, connectunt et complectuntur, et coniuncta actione sua dorsum extendunt. Ge. *Die Museln des Rückgrats*. G. *Muscles de l'Epine du dos*. A. *The Muscles of the Spina dorsi*. B. *De Ruggratts spieren*.

RHACHITIS, est morbus veteribus incognitus, et circa medium saeculi decimi septimi primam in Anglia oriundus,

ad Batauos, Germanos, etc. dispersus, infantes iuniores anno aetatis plerumque secundo inuadens, illos imprimis, qui parentes habent debiles, vitam otiosam lautamque agentes, morbis chronicis, venere, vel aetate exhaustos; vel qui cibis aquosis farinosisque pascuntur, et perpetuae quieti in fellis perforatis addicuntur. Describitur vulgo inaequalis nutritio cum partium laxitate, mollitie, debilitate, languore, ignauia, torpore, capite iusto maiore et pendulo, macie reliquarum partium, instabilitate et infirmo incessu, praematurato ingenii acumine, protuberantiis circa articulos, incuruatione ossium, angustia pectoris, tumida abdominis impletione, hypochondriorum tensione, appetitu et digestionem fere illaesis, tussi, febricula lenta, etc. Nomen ab Anglis inditum est *the Rickets*, sed quia dorsi spina in progressu morbi quandoque afficitur, saepe versus dextrum latus, aut alio modo, se incuruando, haud incongrue a *Gliſſonio Rhachitidis* nomine indigitatur. Ge. Die englische Krankheit G. *Rhachitis, ou Charrre, enfant noué*. A. *Rickets*. B. *Lendvang, Engelsche Ziekte*.

RHACHOS, a *Ῥήγνυμι*, rumpo, est linteamentum lacerum et detritum; et exinde ulcera quaedam hoc modo nominantur, quae lacera sunt et detrita. Dicitur et *Rhacosis*. Ge. *Zerrissen Geschwür*. B. *Een gescheurde Zweer*.

RHACOSIS, i. q. *Rhachos*.

RHAGADES, Latinis *Scissurae, Fissurae, Rimae*, vt in aliis corporis partibus accidunt, vt manibus, pedibus, labiis, vteri ostio, ita etiam in ano, ac recti intestini extremitate, ac in sphinctere, seu musculo anum claudente, accidere possunt. Suntque *Rhagades*, seu scissurae ani, oblonga quaedam vlcuscula sine tumore, iis similia, quae interdum in manibus a magno frigore excitantur: alia superficialia saltem, alia profundiora; alia sine duritie et callo, alia callosa latera habentia: alia humida et saniem fundentia, alia sicca, vel etiam cancroſa. A *Ῥήγνυμι*, rumpo. Ge. *Die Schrunden, oder Spalten an Händen, Füßen und am Hintern*. G. *Fentes, ou Crevasses, qui viennent à plusieurs parties du corps*. A. *Chinks, Clefts*. B. *Bersten, Klooven aan Handen en Voeten, of aan het Fondament*.

RHAGOIDES, est *Vua tunica oculi*, quae et *Perforata* a structura vocatur, alias et *Choroides*, siue potius eius propago tenuis, in humore aqueo fluctuans, parietem inter duas cameras oculi constituens, et in medio foramen orbiculare relinquens, quod *Pupilla* dicitur. Ge. *Das Traubenhäutlein, das schwarze Häutlein um den Augenstern*. G. *L'Uvée*. A. *The grapelike Coat of the Eye*. B. *Het Druiven-vlies*.

RHAMNVS, est plantae genus flore monopetalo, imperforato, externe rudi, interne colorato, infundibuliformi, quod quam plurimas species sub se comprehendit. Ea, quae frequentissime in usum medicum adhibetur, est Cerui spina *Cord.* Stigmate quadrifido, bacca tetrasperma, *Rhamnus catharticus* Linn. spicis terminalibus, floribus quadrifidis dioicis. Est scilicet haec arbuscula spinosa, in sepibus Europae habitans, crescens aliquando ad altitudinem arboris; eius truncus est mediocriter magnus, corticem similem Ceraso habens: lignum vero subflauum. Rami spinas quasdam Pyrum sylvestrem referentes habent. Folia sunt ampla, viridia, Mali foliis minora, in margine leuiter denticulata. Flos paruus, monopetalus, infundibuliformis, quadripartitus, in cuius fundo stamina surgunt quatuor cum pistillo, quod deinde abit in baccam mollem, succo virente plenam, Frangulae parem, magnitudine Pisi, per maturitatem nigram; in qua grana vt plurimum quaterna, Pyrorum granis paene similia, figura fere triangulari, cortice nigricante, callosa, hinc gibba, inde vero plana; sapor baccarum amarus et subadstringens, et qui facile gustanti nauseam mouet; habet et succus peculiarem sibi odorem. Volunt dici quasi *ῥῆον μένος*, coriumpens robur. Vocatur *Rhamnus catharticus*, a vi valida purgante quae baccis inest; et *Spina ceruina*, a Spinis, cornu cerui in modum erectis. E succo baccarum expresso, cum saccharo, vel etiam aromatibus, cocto, praeparatur *Syrupus de spina ceruina*, vel *domesticus* dictus; qui sat valide purgat, rarioris tamen hodie vsus est. Succus e baccis minoris speciei expressus, quae *Graine d'Avignon* dicuntur, et inspissatus, massam viridem praebet, *Verd de vessie* dictam, quae in usum tinctorium et pictorium cedit. Ge. *Kreuzbeer*, *Weichdorn*, *Saftgrün*, *Begeborn*. G. *Bourg Epine*, *Nerprun*, *Noirprun*. A. *Bucksborn*, *Purgingsborn*. B. *Rhyubezie boom*, *Duinbezie boom*.

RHANTERES, dicuntur oculorum anguli interiores, naso proximi: qui et *πηγαι* vocantur, seu *Fontes lacrymarum*. Vide *Canthus*.

RHAPHANVS, i. q. *Raphanus*.

RHAPHÉ, *SUTVRA*, quando vulnera consuuntur filo, aut mediante emplastro conglutinante. Item suturae cranli ita vocantur, de quibus suo loco; nec non sutura scroti ad perinaeum tendens. Vide *Sutura*.

RHAPONTICVM. Sunt, qui putant, *Rhabarbarum* et *Rhaponticum* eandem esse radicem, prout hodie in officinis praestat; quod nempe suprema et crassa radicis pars esset *Rhabarbarum*,

barbarum, inferior et crassa *Rhaponticum*. Alii autem, ut *Tournefortius*, putant, peculiarem esse plantam, quae etiam nunc in hortis colitur, et a Prospero Alpino descripta reperitur. Est *Rbicum rhaponticum* foliis glabris, petiolis subulcatis, *Lin.* (Enneandr. Trigyn.). Habet florem monopetalum, campaniformem, et multitudum; ex cuius fundo pistillum surgit quod deinde crassescit, semine foetum triangulari, capsulae triangulari pariter per maturitatem ita affixo, ut ab ipso diuelli nequeat; differt quoque a Rhabarbaro, quod radix sit lenior, minus compacta, minus odora, minus amara: si masticatur. Rheo est viscosior. Caeterum radix flauescens est, et transuersim secta radios exhibet. Qualitatis est minus, quam Rhabarbarum, purgantis, itipico-amarae et nauseosae, viribusque adstringentibus et stomachicis gaudet, hinc in diarrhoea et leucorrhoea commendatur. Theriacam Andromachi ingreditur. Desertur ad nos ex Ithracia et Scythia. Sic forte vocatur ex *Rba*, radice, et *Ponticum*, quia in Ponto nascitur. Ge. *Rhaponticif.* G. A. *Rhapontic.* B. *Raponticum*. — Prostat et alia planta sub nomine Rhapontici, quae est *Rhaponticum vulgare*, seu *Centaureium maius*, siue *Pseudo-Rhaponticum*. Rhaponticum folio Helenii incano *Raub.* *Centaurea rhapontica* calycibus scariosis, foliis ouato-oblongis, denticulatis, integris, petiolatis, subtus tomentosis *Lin.* (Syngenesi. Polygam. Superfl.) Haec planta caules dimittit, quatuor, vel quinque pedes altos, rotundos, rectos, ramosos. Folia sunt magna, oblonga, valde diuisa. Flos est strobiliformis, constans strobiliformis multifidis, embryoni insidentibus, et calyce squamoso, non aculeato, comprehensus; embryo autem abit deinde in semen pappi instructum, oblongum, splendens. Radix longa, crassa, recta, carnosa, exus nigricans, intus rubescens, saporis dulcis, postea adstringentis, et acris. Vires ei roborantes et antihystericae tribuuntur. Crescit haec planta in montibus. Ge. *Gemeine Rhaponticif.* G. *Grande-Centauree*.

RHEUMATISMA, est partis alicuius ruptio, facta per extensionem, vel flexuram validiorem, quam nexus solidorum ferre potest: ut ossis, peritonaei, oculi, etc. Α *ῥευμα*, rumpo.

RHEVM, l. q. *Rba*, s. *Rhabarbarum*.

RHEVMA, dicitur vulgo humoris e naribus in subiectas partes fluxio; verum est obstructio vasorum minimorum, humores mucosos, vel lympham, vehementium, eiusque maior accumulatio, vnde tumor cum dolore partis, sed non veluti in inflammatione sanguinea: non enim suppuratur, et contingit in partibus plerumque tenioribus et membranosis,

in quibus iam in sanitate mucus secernitur, vt in membrana narium, faucium, oesophagi. Sic iuxta Scholam Salernitanam :

*Si fluit ad pectus dicatur rheuma catarrhus,
Ad fauces branchus, ad nares esto coryza.*

Sic quoque dysenteria, leucorrhoea, rheuma intestinorum, vteri dicitur. A *ῥῆμα*, fluo. Ge. Ein Fluß. Ga. Rbums, Catarrhe, Fluxion. A. Rbume, Catarrb. B. Een Vloeying, Snof, Zinking.

RHEVMATISMVS, est dolor atrocissimus, dilacerans, et minimo motu summopere excitatus, vagus, obsidens musculos et articulos nunc hos, nunc illos, saepe fixissimus in parte, cum laevi interdum tumore et rubedine loci, quem occupat, sed sine subsequente suppuratione, motu membri admodum increpescens, et saepe cum febre continua incipiens, quae postea lenitur, et ex interuallis longis quandoque redit; cuius causa est inflammatio serosa, in arteriis lymphaticis membranarum musculos perreptantium et iuncturas ambientium, ob materiae inflammantis naturam non suppuranda, estque hic morbus imprimis frequens autumno post sudores a superveniente frigore suppressos, atque arthritidi et podagrae affinis. A *ῥῆμα*, fluo, vnde Rheumatici dicti. Ge. Ein Gliederfluß. G. Fluxion, Rbumatisme. A. Rbumatism. B. Vloeying. Lufit. Curimentos.

RHEXIS, i. q. Rhegma.

RHINENCHYTES, est siphunculus, quo medicamenta naribus immittuntur. Ex *ῥῆν*, nasus, et *ἔγχυμα*, immitto. Ge. Nasensprütze. G. Siringue pour le Nez. A. The Nostrils Syringe. B. Een Neus-spruit.

RHINOCEROS, est animal quadrupes, elephantis fere statura, in Africa et India Orientali habitans, cui dentes praemores bini supra et infra, a molaribus remoti, lanarii nulli; cornu in rostro solidum, foris nigrum, intus album, recurvum, perpetuum conicum labium superius acuminatum, aduncum, oculi et aures parvae, cutis nuda, rugis transversalibus notata, ungulae tres, cauda attenuata, pedibus breuior. Animal mite, ni lacessatur, tum arbores fragore prostermit; cornu eicit omnia. Coeno se volurat; victitat vepretis. Unicornu veterum. Rectius tamen hodie creditur, semper duo cornua huic animali esse, quorum alterum minus supra frontem collocatum est, quod si desit, casu quodam mutilatum esse. Cornu rhinocerotis est qualitatis terreo-gelatinosae, singulares tamen ei passim virtutes contra venena, morbos

contagiosos et epilepsiam tribuit credulitas. Ge. *Rasbhorn*,
G. *Rhinoceros*.

RHIZOTOMVS, veteribus dicebatur, qui radices in usum
medicum effodiebat, et secabat. Ge. ein *Wurzelmann*, *Kräu-*
termann. Hinc propter similitudinem *Rhizomum Medicam-*
entum dicitur, quod morbum funditus et radicitus euel-
lit. Ex *ρίζα*, radix, et *τομήν*, secō. Ge. *Urgencep*, die die
Krankheit von Grund aus heilet. B. *Middel; dat wort de Wor-*
sel uisdrift.

RHODELAEON, est oleum rosarum. Ex *ῥόδον*, rosa, et
ἔλαιον, oleum. Ge. *Rosendhl*. G. *Huile de Roses*, *Huile*
rosar. A. *Oil of Roses*. B. *Roozen-olie*.

RHODIA RADIX, est radix tuberosa, crassa, fragilis, foris
fusca, intus albescens, cuius planta est *Rhodiola rosea* Linn.
calyce quadripartito, corolla terrapetala; in floribus foemi-
ninis capsulae quatuor corniculatae, introrsum compressae,
vniualues, introrsum dehiscentes, polyspermae, (Licoec.
Octandr.) iuxta alios est *Anacampseros* radice Rosam spirante.
Crescit in Alpibus. Epithema e radice cum aceto contusa
cephalalgiam tollit. Rhodia dicitur, quod eius radix contrita
Rosas oleat: *ῥόδον* enim est rosa. Ge. *Rosentwurz*. G. *Or-*
pin rose. A. *Rose-wort*. B. *Rooze-wortel*.

RHODINVM, est acetum rosaceum, aut aliud quid ex *Rosis*
paratum. A *ῥόδον*, rosa.

RHODIVM LIGNVM. Aphalatorum quatuor modernis in-
notuerunt species. Prima cortice cinereo, ligno purpureo
seu Dioscoridis. Secunda, colore Buxi. Tertia, albicans
torulo citreo. Quarta rubens. Verum officinae nostrates
non nisi secundam et tertiam suppeditant. Prior est *Aspha-*
lati species Lobelii. Posterior dicitur *Rhodium lignum*, qui-
busdam *Agallochum*, *Oleaque Aethiopica*. Quod in officinis
sub nomine *Ligni rhodii* prostat, potius est radix lignosa,
dura, contorta, nodosa, resinosa, extrus albicans, intus fla-
vescens, saporis amari, odoris rosei. Planta abunde in An-
tillis et Canariis insulis prouenit, neque tamen, quae proprie
sit, certo constat. Creditur esse *Cytisus canariensis* semper-
virens et incanus *Comm*. *Genista canariensis* Linn. (Diadelph.
Decandr.) foliis ternatis tomentosis, ramis angulatis. Usus
frequentior est ad odoramenta, quam internus. In decoctis
tamen lignorum nonnunquam ad sanguinem purificandum
praescribitur; urinam et sudorem ciet. Oleum per destilla-
tionem inde elicitur, quod vulgus perperam *Oleum rosarum*
vocat, et balsamos odoratos frequenter ingreditur. Ge.

Rhodischholz, Rosenholz, Rhodieserdorn. G. *Bois de Roses.*
A. *Rose-wood.* B. *Rhodes-hour, of Roozen-hour.*

RHODODAPHNE, est *Nerion*, seu *Oleander*, quasi *Laurus* rosæ. Sic nuncupatur a Colore, Rosæ simili, et foliis laurinis: ῥόδον est Rosa, et δάφνη, *Laurus*. Vide *Nerion*.

RHODODENDRYM, idem quod *Rhododaphne*. Ex ῥόδον, rosa, et δένδρον, arbor.

RHODOMELI, est *Mel* rosarum. Ex ῥόδον, rosa, et μέλι, mel. Ge. *Rosenhonig.* G. *Miel rosat.* A. *Hony of Roses.* B. *Rozen-honing.*

RHODON, siue *ROSA*: Vetustas ex sanguine Veneris, et Turcae ex sanguine Mahometis, ortam sibi persuadent, cuius nomine folia rosarum humi iacere non patiuntur. Haec Gr. ῥόδον dicitur, quasi ῥόδον, pro ῥέον, vt *Plurarcho*, qui ἐστὶν τοῦ τῆς ῥόδου, (vel ῥόδου) ἀφῆκε, quod largum odoris effluivum emittat. A ῥέω, fluo. Vide *Rosa*. Ge. *Eine Rose.* G. A. *Rose.* B. *Een Roos.*

RHODONIA, i. q. *Rhodon*.

RHODOSACCHARVM, est saccharum rosaceum. Ex ῥόδον, rosa, et σάκχαρον, saccharum. Ge. *Rosenzucker.* G. *Sucre rosat.* A. *Sugar of Roses.* B. *Rooze suiker.*

RHODOSTAGMA, est aqua rosarum. Ex ῥόδον, rosa, et ἄγμα, stillo.

RHOE, vide *Rhus*.

RHOEAS, forte a ῥέω, fluo, quia flosculi statim decidunt: Sic vocatur *Papaver rhoeas*, siue *Papaver erraticum* maius rubrum *Bauh.* quod et inter segetes saepe reperitur. Est *Papaver rhoeas* Linn. (Polyandr. Monogyn.) capsulis glabris globosis, caule piloso, multifloro; foliis pinnatifidis incisis. Viribus gaudet leniter paregoricis et demulcentibus; hinc flores in infuso commode vsurpari possunt instar herbae Theae, et in morbis pectoris pro scopo demulcendi adhiberi, imprimis contra tussim et affectus pleuriticos; in quibus etiam syrupus inde paratus valde praedicatur. Prostat quoque confersa et tinctura. Ge. *Klapperrosen*, oder *Kornblumen.* G. *Coquelicot*, *Pavor sauvage.* A. *Red Poppy.* B. *Roodenheul*, *Wilden-heul*, *Kolle-bloemen*, *Kanker-bloemen*, *Klapper-roozen*, *Koorn-roozen*.

RHOEAS, videtur *Ryas*.

RHOMBVM, botanicis dicitur *folium* figura rhombi.

RHOMBOIDES, est pars musculorum latorum; initium habens a tribus inferioribus vertebrarum colli, totidemque superioribus vertebrarum dorsi spinois processibus; mox oblique descendens; principio, siueque carnosum, ad scapulae

basin fertur; quam retrorsum, sed et oblique sursum, agit, sicque utramque scapulam sibi admoquet. Distinguitur ab *Albino* in maiorem et minorem. Ex *ῥόμβος*, figura quadrata, et *αἶσος*, forma. Ge. Der rautenförmige Muskel. Ga. *Muscles Rhomboïde*. A. *The rhomboïde Muscles*. B. *Tarboos gelyke Spieren*.

RHOMBVS, RHOMBVS HIPPOCRATIS, est species deligationis chirurgicae, gyris suis rhombum referens, hoc est quadrangulum aequilaterum, sed non reſtangulum. Huius deligationis variae describuntur species. Adhibetur praecipue ad vnienda ossa calvariae, et vulnerum labia. Ge. *Die Scheibenbinde*. Ga. *Le Rhombus*. B. *De Tarboos-band, Scheeve of ruit, wyze zwagel*. — Dicitur et alia fascia *Semirhombus*, quae vulneribus circa auris loca aduenientibus inseruit. Ge. *Die Scheibenbinde zum Ohr*. G. *Demi Rhombus*. B. *Scheeve of ruit, wyze zwagel, Oor-zwagel*.

RHONCHVS, RENCHOS, RENNIS, est anhelatio sonora, seu sono inuoluntario, saepe rauco, quandoque sibiloso stipata, qualis apud bene multos sanos dormientes, sed etiam apoplecticos, agonem ducentes et quosdam asthmaticos obseruatur; oriens a relaxatione et motu tremulo veli palatini, vel dum viscosa phlegmata gutturis aerem expiratum partim intercipiunt, et similem sonum edunt, vt gargarizando quisque imitari valet. Ge. *Das Röcheln*. G. *Rouflement, Râlement*. A. *Ratling*. B. *Reusel*.

: RHVS, siue RHOE, RHVS CULINARIVM, SVMACH, est arbuscula, quae aliquando crescit ad altitudinem arboris. Folia sunt pinnata, lata, oblonga, in margine incisa, rubicunda, subrus villosa, Fraxini foliis fere similia. Flores in racemos sunt congesti, albi, (Pentandri Trigyni), pentapetali; his in terram delapsis succedit capsula quaedam, compressa, fere oualis, membranosa, rubicunda, semen eiusdem figurae habens inclusum, coloris rubri; sapor foliorum, florum, et fructuum est adstringentissimus; crescit in locis lapideis; eius fructus olim solebat cibis adspersi, et in colicis adhibebatur loco salis ad carnem condicandam, hinc *Rbus culinaria*, siue *Obsoniorum*, appellabatur: et quia folia et fructibus ramusculi vsurpari coeperant a coriariis ad coria sua desiccanda, *Rhoe coriaria* dicebatur. Tinctores etiam illam plantam, eius scilicet folia et caules contusos, adhibent, et *Symach*, *Schmak* vocant: semen, quod officinis in vsu est propter vim adstringentem contra fluxus aluiuos et sanguineos, contra stomachacem, rhagades, et cum lacte coctum, contra variolarum cicatrices

commendatur. Prouenit in Hispania, Italia, Ponto, et quod *Sumach Virginianum* vocatur crescit in Virginia. Apud nos in hortis colitur. Nomen accepit a colore coccineo acinorum: a voce *ῥόος* Latinorum ruffum manasse contendunt. Forte a *ῥέω*, fluo: alii ab *ῥυθρον*, rubrum, deriuant. Ge. *Ger' erbaum*, *Gerberrinde*. G. *Sumach*, *Rbus*. A. *Sumach*. B. *Smak*.

RHYAS, est exulceratio carunculae lacrymalis, cum perpetuo lacrymarum stillicidio.

RHYPTICA, sunt medicamenta detergentia et sordes abluentia. Quidam sumunt pro *Ruptoriis*. A *ῥύω*, sordes abluo.

RHYTHMVS, est certa pulsuum, temporum, vitae, aetatum, etc. proportio. A *ῥυθμός*, ad numeros aptos refero.

RHYTIDOSIS, est corrugatio alicuius partis, praecipue vero de marcore bulbi oculi dicitur. A *ῥυτίσθαι*, in rugas contraho. Ge. *Schwinden des Augapfels*.

RIBES, siue **RIBESIUM**, *Grossularia* multiplici acino, siue non spinosa hortensis, rubra, siue *Ribes officinarum* *Baub.* *Ribes rubrum* inerme, racemis glabris pendulis, floribus planiusculis *Linn.* (*Pentandr. Monogyn.*) est frutex, qui abunde inter sepes hortorum nostrorum colitur, et habet ramos duros, tortuosos. Folia subrotunda, viridia, dentata. Flores sunt in racemos congesti, rosacei, pentapetali. Post flores succedunt baccae rotundae, albae, vel rubrae, politae, molles, succum rubicundum, vel album, continentem, saporis acidiusculi et grati, quae baccae multa parua semina includunt. Qualitatis sunt acidiae et refrigerantis; hinc *Rob inde* conficitur, quod ad sitim sedandam in morbis acutis magni vsus est. Est et alia species, quae est *Grossularia* non spinosa fructu nigro *Baub.* *Ribes nigrum* inerme, racemis pilosis, floribus oblongis, folio olente *Linn.* cuius baccae pariter sunt qualitatis acidiusculae et refrigerantis, quibus vero praeterea singularis virtus anodyna, repellens, diuretica et purificans tribuitur; hinc *syrupus in Angina*, (vnde et *Anglis Squinancy-berries* fructus vocantur) febribus exanthematicis, rabie, hydrophobia, dysenteria et ictu serpentum commendatur. Foliorum qualitas tetra est. Ge. *Johannidbeerstaude*, *Riebes*. G. *Groselier rouge de Jardin*, ou *blanc*, ou *noir*, *Cassis*. A. *Currants*. B. *Aalbezien*, Sr. *Fans-bezien*, Sr. *Fans-druijsjes*, *Bezien over zee*.

RICINVS: Hoc sub nomine varia vegetabilia in officinis prostant. i) *Ricinus vulgaris* *Baub.* *Ricinus communis* foliis peltatis, subpalmatis; ferratis, petiolis glandiferis *Linn.*

(Monœc. Adolph.). Est planta, ad arboris altitudinem saepe excrefcens, eiusque formam habens, emittit caules crassos, excavatos, lignofos, in superiori parte ramosos, coloris purpurei, puluerem album farinam referentem habentes. Folia in initio rotunda, sed postea angulofa, profundiffime incifa, mollia, ampla. Flores apetalii, steriles, exigui. Fructus a flore remotus in eadem planta trigonus, plerumque membranula inuolutus, tres loculos conficiens; in quibus fingulis fermen instar testudinis oblongum, fat crassum, coloris liuidi, faporis subdulcis, acris, naufeofi, medullam albam et teneram continens, haeret. Hic fructus bene maturus, semina cum magno impetu eiicit. Radix est crassa, longa, dura, alba, fibrosa. Vulgo *Catapuria maior*, vel *Palma Christi*, vel *Manus Christi*, item *Mirabilis arbor* ob proseritatem, foliorum amplitudinem, florum suauitatem, feminum picturam, et exsiliationem, dicitur. Gr. *Ktu* et *Kpōrov*. Ex huius fructibus oleum expressum, *Oleum Palmae Christi*, vel etiam *Oleum infernale*, Anglis *Castor-oil*, vocatur, quod leniter aluum mouet, et in colica Saturnina commendatur. Ricinus et Croton a similitudine animalis, quod semen eius referre videtur, nominata est. Sunt enim Gr. *Kpōruves*, et Latinis *Ricini*, insecta animantia ad Acaros pertinentia, aptera, pedibus octo, oculis duobus ad latera capitis, tentaculis duobus, articulatis, pediformibus, globoso-ouata macula basae rotunda, antennis clauatis, quae bobus et canibus praesertim adhaerent, quibus cibi nullus exitus est, colore liuido, nullis discreta membris, in globum continuo crescentia, donec plenius saginata, post aliquot dies sponte sua decidant.

2) *Ricinoides*, seu *Pinus purgans* *Pbarm.* Ricinus americanus maior semine nigro *Baub.* *Ficus infernalis*, vel *Iatropha curcas* foliis cordatis angulatis *Linn.* (Monœc. Adolph.) in Surinama, Brasilia et Iamaica proueniens. 3) *Auellana purgatrix* *Baub.* *Iatropha* foliis multipartitis, stipulis seraceis, multifidis *Linn.* 4) *Tiglium*, *Grana tiglia* *Pbarm.* *Croton tiglium* foliis ouatis glabris, acuminatis, serratis, caule arboreo *Linn.* (Monœc. Monadelph.). *Pinus indica* nucleo purgante *Baub.* *Cadel-avanacu* *Rheed.* in India crescens. Omnes hae plantae in tota substantia qualitate acris, extrenste, inflammatoria, drastica et valide purgante plus, vel minus conveniunt, quae vis praecipue semini inest. Hinc vis, nisi ab incautis, in usum internum adhibetur; resuscitatis tamen febres intermittentes datis granis Tiglii sublatas esse tego. E feminibus oleum expressione elicitur, quod uti iam dictum est *Oleum Ricini*, vel *infernale* vocatur. In oleo e granis Tiglii ex-

presso Indi malum aurantium macerant, quod tam *Pomum regium purgans* vocatur, et quod manibus frictum et naribus exceptum sat. potenter aluum mouet. Ge. Wunderbaum, Kreuzbaum, Purgierförner. G. Ricin, Palme de Christ, Pignon d'Inde. A. Palme of Christ, Wondertree. B. Wonderboom, Molle-kruid, Kruis-boom.

RIGIDITAS, dicitur adesse, quum partes molles, vel cartilagineae, quae naturaliter flecti, vel elongari, debent, hanc mutationem non, vel difficulter, admittunt: seu *Rigiditas fibrae* est illa adunatio partium minimarum, quae tam valide facit eas cohaerere, ut non cedant illi actioni fluidorum, quae supetare debet hanc resistantiam, ut maneat sanitas. Boerb. Ge. Die Steifigkeit. Ga. La Roideur. A. Rigidity. B. Verstyftheid.

RIGIDVS, botanicis dicitur *truncus*, vel *folium*, flexionis impatiens.

RIGOR, Gr. *ῥίγος*, a *ῥίγναι*, rigeo, est succussio subitanea, tremula coacta cutis cum sensu frigoris, et differt a tremore, qui quandoque frigus febrile, aut catarrhale, comitatur; nam in tremore artus etiam succutiuntur, in rigore vero cutis corrugatur et exagitari videtur. Sauv.. Oritur vel a frigore externo, vel a catarrho, a terrore, aut alio pathemate, vel in initio febrium intermittentium et continuarum, in inflammationibus, quae in suppurationem vertuntur, et in omnibus ferme, qui moriuntur. Ge. Ein Schauer. G. Frisson. A. Rigor, Shruering. B. Seyvigtheid.

RIMA, est ossis fissura, quando os, aut cranium, longitudinali vulnere hiat, absque iactura substantiae. Ge. Eine Spalte, Ritze. G. Fente. A. Splix, Cleft. B. Een Spleer.

RIMA PUBENDI, siue **FISSURA MAGNA**, est pudendi muliebris oculo apparens rima, quae sic dicitur, quia ab osium pubis inferiore parte ad anum vsque fere pertingit; ita ut inter illam et anum spatium, quod *perinaeum*, siue *interfoemineum*, appellatur, vix pollicis transversae latitudinem excedat. Haec repetito coitu dilatatur, praecipue in parte inferiori, quae *navicula* vocatur, et in primo partu fere aboletur. Vfus est eius canalis modo penem tanquam in fossam dirigere, urinae et menstruis exitum praebere, et foetus exclusioni inservire. Ge. Spalte, oder die Ritze der weiblichen Schaam. G. La Grande Fente, Fente de la partie basse. A. Splix of the Frivities. B. De Schamelbeids Spleer.

RIMULA LARYNGIS, **RIMA GLOTTIDIS**, est ea, quae a cartilaginibus duabus arytaenoideis efformatur, et quae ab epiglottidis cartilagine in deglutitione clauditur, ne quid

eibi, aut potus, in laryngem incidat; nam si quid casu illabatur, illico tussis oritur, et non raro suffocatio. Insuper respirationi, aeri scilicet immittendo et emittendo, et pro varia eius dilatatione soni vel grauitas, vel acuties, determinatur. Ge. *Die Spalte der Stimmröhre.* G. *Ouverture, ou fente du Larynx, Sifflet de la Glotte.* A. *Split of the Gullet-pipe.* B. *Het Spleetje des Strotzenhoöfds.*

RINGENS, botanicis dicitur *corolla* florum irregularis in duo labia hians, quorum superius *Galea*, inferius *Barba* vocatur.

RISIGALLVM, vide *Arfenicum*.

RISORII MUSCULI, vocantur labiorum abductores, zygomaticus scilicet maior et minor et buccinator, alique musculi, quibus facies in ridendo distrahitur.

RISVS, est vel naturalis, qui est valida, sed interrupta, post unam inspirationem expiratione, plus, vel minus sonora, cum faciei distractione, oriens a plurium idearum coniunctarum incongruitate, cuius sibi anima conscia est, vel morbosus, qui in febribus cum delirio occurrit; estque valde notabilis ille, qui *Sardonius* dicitur, qui est spasmus muscularum faciei risum simulans, in quo risu, nec voluntas, nec intellectus, ut causae vilo modo concurrant, sed illud sensitiuum omni animali commune; hinc oritur a quacunque causa, partem faciei contrahente, quae in risu vero agunt. Nomen *Sardonii* traxisse videtur ab herba *Sardua*, vel *Sardonia*, ita dicta a solo nativo *Sardinia*, vbi primo inuenta fuit, quae vocatur et *Risus apium*.

RISVS APIVM, est *Ranunculi* species, et quidem *Ranunculus syluestris* *Dod.* *Ranunculus palustris*, *Apii* folio, laevis *Bauh.* *Ranunculus sceleratus* foliis inferioribus palmatis, summis digitatis, fructibus oblongis *Linn.* Habitat ad fossas et paludes Europae. Nomen accepit, quod in cibo sumtus mentis alienationem cum labiorum contractione, talesque conuulsiones faciat, quae risus speciem videntibus praebent. Vocatur illa conuulsio *Spasmus cynicus* et *Risus Sardonius*. Sic etiam appellatur *Apiastrum*, siue *Citrage*, quia ea planta apes delectantur.

ROB, ROBVB, ROHOB, i. q. *Apochylysma*.

ROBERTIANA, seu *ROBERTI HERBA*, est *Geranii* species, et quidem *Geranium robertianum* pedunculis bifloris, petalis integris, foliis quinque-triue-partitis, lobis pinnatifidis, calycibus hirsutis *Linn.* habitans passim in Europae rupibus. Ge. *Robertkraut.* G. *Herbe à Robert.*

ROBIGO, i. q. *Rubigo*.

ROBORANTIA, i. q. *Cordialia*.

ROBUR, proprie significat tam firmam partium solidarum cohaesionem, qua ad magnos labores peragendos apta sunt. B. *Sterkta*. Hoc nomen etiam datum fuit arbori glandiferae, seu *Quercui*, sic a vastitate et firmitate dictae. Ge. *Eidge*. B. *Haageikenboom*.

ROCELLA, est substantia, vel pasta, e rubro et violaceo variegata, quae praeparatur e planta quadam contusa, et in uina, vel lixiuio, macerata. Planta haec est *Fucus marinus* et capillaceus. *Rocella tinctorum* Baub. *Lichen roccella* Linn. fruticulosus, solidus, aphyllus, subramosus, tuberculis alternis, (Cryptogam. Alg.). Habitat in insulis Archipelagi et Canariis; ad rupes marinas. Vfus huius pastae est purpureo-tinctorius. G. *Orseille*. *Orseil*.

ROCHVM ALVMEN, siue **RVPEVM**, orta a Gallica voce *Roc*, quod *Rupem* denotat, vulgo *Alumen rochae* vocatur. Vide *Alumen*. Ge. *Stetnaalum*. G. *Alun de roche, ou de glace*. A. *Rock alum*. B. *Klip-aluin*.

ROHOB, vide *Apochylyfina*.

RORELLA, vide *Ros solis*.

RORIFERVS DVCTVS, i. q. *Ductus chyliiferus*.

ROS, in genere quidem vapores e terra atque plantis exhalantes et matutino ac nocturno frigore condensatos denotat; Medicis vero antiquis dicebatur, cum prima humiditas ab extremitatibus vasorum exiit, et in membrorum substantiam dispersa est. Ros, inquit *Galen*. 7. meth. 6. est tertia humiditatis species, vnde partes corporis nostri nutriuntur, quae continentur in omnibus animalis partibus; seu Ros quidam per earum substantiam sparsus. Haec est antiquorum opinio, optime vero sic vocari potest ille humor vaporosus, qui in cavitatibus animalium semper adest, et sub specie vaporis exit, digitosque humectat, dum animal exenteratur; similis ros est in thorace et pericardio aliisque partibus perpetuo praesens, exhalans e vasculis minimis, ad obliniendas partes ac humectandas destinatus, per alia vascula continuo quoque absorptus, quique vitiose accumulatus hydropes varios caussatur. Ge. *Ehau*. G. *Rosée*. A. *Dew*. B. *Dauw*.

ROSA, est plantae genus flore polypetalo regulari, (Icöfandr. Polygyn.) quod habet ramos duros, lignosos, spinosos, corticem plerumque spinosum. Folia oblonga, dentata, aspera, pinnata, in impar extremum exeuntia, finis pedunculi format ovarium sphaericum, coronatum in fastigio suo corona profunde quinquefida, radiata, cuius segmenta

longa atque laciniata calycem referunt. Flos est pentapetalus, cuius petala oriuntur ex margine interno calycis, unde et stamina numerosissima. Ovarium emittit ex centro apicis capitulorum tubis multis, fimbriatis ornatum, quod sit fructus unilocularis, carnosus, turbinatus, coloratus, mollis, foetus seminibus plurimis, angulosis, villosis, instructus apice foliaceo. Plures huius generis species in usum medicum adhibentur. 1) Rosa rubra multiplex *Baub.* *Rosa centifolia* germinibus ovatis pedunculisque hispidis, caule hispido aculeato, petiolis inermibus *Linn.* Ge. Zuckerrose, Samml. rose. G. *Rose canelle.* 2) Rosa purpurea *Baub.* *Rosa damascena* germinibus ovatis pedunculisque hispidis, caule aculeato, calycibus pinnatifidis hirsutis *Linn.* Ge. Damascener- oder fleischfarbige Rose. G. *Rose de damas.* 3) Rosa alba vulgaris maior *Baub.* *Rosa alba* germinibus ovatis glabris, pedunculisque hispidis, caule petiolisque aculeatis *Linn.* Ge. Weiße Rose. G. *Rose blanche.* Pollent omnes qualitate fragrantia et spirituosa, viribusque analepticis, roborantibus et subadstringentibus gaudent. Prostant in officinis flores, conferua, syrupus, aqua, oleum, acetum, spiritus et tinctura acido vitriolico mixta. Flores et aqua inter quatuor cordiales referuntur. Antherae exsiccant, et in stomachace commendantur. *Rosa canina*, vide *Cynorrhodon.* *Gr. Pison.* Ge. Eine Rose. G. *Rose.* B. *Roozen.*

DE ROSA, l. q. *Erythelas.*

ROSMARINUM, ROSMARINUS hortensis angustiore et spontaneus latiore folio *Baub.* *Rosmarinus officinalis* *Linn.* (Diandr. Monogyn.) est arbuscula, quae habet caulem longum, tenue, cineritum, ferentem folia angusta, dura, non flexilia, in parte superiori viridia, in inferiori alba, odoris penetrantis, aromatici, saporis acris. Flos est monopetalus, labiatus, cuius labium superius bifidum, et sursum versus posteriora reuolutum est cum staminibus duobus aduncis, inferius vero in tres partes diuisum, media cochlearis instar excavata. Ex calyce autem bidentato, vel tridentato, surgit pistillum, posticae floris parti adinstar clavi infixum, ac quatuor veluti embryonibus stiparum, qui deinde abeunt in totidem semina subrotunda, in capsula, quae floris calyx fuit, inclusa, et ad se inuicem iuncta. Radix est fibrosa, minima. Crescit haec arbuscula in regionibus calidis, imprimis in Gallia, et in hortis nostratibus etiam frequenter colitur. Qualitatis est spirantis, viribusque eximiis excitantibus, nervinis, tonicis, stomachicis et emmenagogis gaudet. In usum medicum saltem folia, et flores, qui in officinis per excel-

lentiam *Ambros* vocantur, adhibentur, **ex** iisque aqua, conferva, oleum, spiritus, qui a Regina Hungariae, Elisabetha, *Aqua Reginae Hungariae* dicitur, et melauthofatum prostant. Nomen ei impositum videtur, quod folia, qua parte minus viridia sunt, quandoque albedine quadam adpersa sint, quae rorem videtur mentiri, quae ipsa albedo quandoque etiam in parte viridiorie observatur; vel nomen illud accepit, quod collibus roribusque gaudeat marinis. Gr. *Asparagis*, quod odorem Thuris, seu Olibani, reddat. Ge. *Rosmarin*. G.

Rosmarin. A. *Rosemary*. B. *Rosmaryn*. ROSMARTINUS SYLVESTRIS, est *Ledum palustre* Linn. scilicet planta calyce monophyllo, quinque-dentato, corolla pentapetala, (Decandr. Monogyn.) capsula subrotunda, quinqueloculari, quinquefariam basi debiscente, polysperma, foliis linearibus sabtris hirsutis, floribus corymbosis. Habitat in Europae septentrionalis paludibus virginosis. Qualitatis est subaromaticae, amaricantis, viribusque diaphoreticis et emmenagogis pollet. Externe in balneis roborantibus commendatur. Ge. *Wilder Rosmarin*. G. *Rosmarin sauvage*.

ROSSALIA, et ROSSANIA, sunt nomina Neapolitana, ab aliis *Purpurae* vocantur et *Rubores*, ac Gr. *Ερυσίπελα*. Sunt maculae rubrae, et quasi ignitae, cum leuissimo tumore, per vniuersum corpus, quasi quaedam *Erysipelata* parua, in principio morbi, seu die quarto, vel quinto morbi, erumpentia. Progressu morbi totum corpus occupant, vt id quasi ignitum appareat, ac si erysipelate laboret; qui color in declinatione iterum, vt in principio, in maculas maratut, quae tandem septimo, vel nono die euanescent, epidermide squamarum instar decedente. Ge. *Feuerflecke*.

ROS SOLIS, ROSELLA, ROSVM et SALSIFORA, SPONSA SOLIS, Ros solis folio rotundo, vel oblongo *Bauh*. *Drosera rotundifolia* scapis radicatis, foliis orbiculatis Linn. (Pentandr. Pentagyn.) nomen habet, quod eius folia semper quasi rorida sint. Est planta, quae habet cauliculos exiguos, longos, inferius lanuginosos, folia obrotunda, concava, pallide viridia, tenuium rubescentiumque staminum veluti cilio circumquaque fimbriata, aspergine rorida guttularum, etiam per feruentissimos aestus pilis adhaerescens, madida. Calyx est monophyllus, quinquefidus. Flos est rosaceus, quinque scilicet petalis in orbem positis constans, ex cuius calyce tubulato surgit pistillum, quod deinde abit in fructum ouatum, vel acuminatum, apice quinquealui debiscentem, seminibusque foetum subrotundis, vel oblongis. Radix fibrosa, et tenuis instar capillorum. Crescit passim in

Europae pratis paludosis. Sunt, qui qualitatibus acris et suspectae esse credunt, alii vero eius infuso vires roborantes et abstergentes tribuunt; hinc id in tussis, asthma et pulmonum ulcere summopere commendant. Planta quibus maxime infesta est, quippe quibus laesionibus hepatis et pulmonum infert. Manu detenta febres intermittentes abigere dicitur. Ge. *Sonnenthau*. G. *Rosée du Soleil*, *Herbe aux goutteux*, *Korelle*. A. *Rosa solis*, *Sun-dew*. B. *Zonne-dauw*, *Loopig-kruid*.

ROSTELLUM, botanicis dicitur in femine, vel primordio nouae plantae, pars corculi simplex descendens.

ROSTRIFORMIS PROCESSVS, vide *Coracoides*.

ROSTRUM, est pars illa substantiae quasi corneae anterior capitis in avibus, constans e mandibulis duabus nudis, edentulis, exporrectis, longa, brevis, teres, crassa, acuta, rotunda, recta, vel adunca; per quam non solum alimenta volucrum cognoscuntur, verum etiam characteres in constituendis avium ordinibus determinantur. Ge. *Schnabel*. G. *Bec*. B. *Bek*.

ROSTRUM, dicitur fistula illa, quae galeis, seu capitellis destillatoriiis continua est, per quam ex galea liquor destillatus in receptaculum suppositum destillatur. Ge. *Ein Schnabel*. G. *Bec*, *Tuyan*. A. *Snoorc*. B. *De Bek*, *de Snuir*.

ROSTRUM, est forceps excisoria, et dicitur, pro varia figura, *Psittacca* et *Vulturina*, valet ad ossis aliquod frustulum, in curatione vulnerum capitis, partim rumpendo, partim incidendo, auferendum. Ge. *Ein Papagenschnabel*, *Wundzange*. B. *Een Papegaays-bek*, *Gieren bek*.

ROSTRUM PORCINUM, vide *Dens Leonis*.

ROTATA, botanicis dicitur florum corolla monopetala plana, nulli tubo imposta.

ROTATOR MAIOR, et MINOR, sunt duae apophyses, vel ante pubertatem distinctae epiphyses, in superiore ossis femoris parte, Trochanteres dictae, quarum maior externa, minor interna, seu potius posterior, dicitur; in quibus plurius musculorum femur extendentium, abducentium et rotantium tendines terminantur. Ge. *Der große und kleine Umwender des Schenkelbeins*. G. *Le Trochantere*. A. *Turner of the Thig*. B. *De Dyebeens Draajers*. — Rotatores etiam vocantur vtrinque sex musculi, qui femur extrorsum mouent, seu in gyrum dimidium rotant, scilicet *Iliacus externus*, *geminus duo*, *obturator internus* et *externus* et *quadratus femoris*. Ge. *Die wendenden Muskeln des Schenkels*.

ROTTACISMVS, PSELLISMVS ROTTACISMVS, est vitium loquelae, quo littera R. vel repetitur, vel cum stridore et asperitate profertur. Sic affecto linguae apex deorsum versus basin dentium maxillae inferioris affigitur in hac littera pronuncianda, qui deberet sursum tendere et leuiter tremere, basi vero linguae sursum versa aer versus nares reprimitur. Hinc rauca et aspera pronunciatio. Vulgo etiam tribuitur linguae crassitudini et tarditati. *Sauv. Ge. Schnarren. G. Grasseyement.*

ROTVLA, i. q. *Mola, Genu.*

ROTVLAE, vide *Tabellae. Ge. Zeltlein, klein Röchlein.*

ROTVNDVS MUSCVLVS maior brachii, brachium retro deorsum trahit, et deltoidi musculo et pectorali maiori contrariatur. Ab inferiori scapulae margine et extremo angulo, vnde transversas quasdam complectitur fibras radiosas, oriens, breui latoque tendine, ad caput ossis humeri infra ceruicem definit. Alter *Rotundus minor*, seu *Brevior*, totus carnosus est, qui initio acuto ex infimo scapulae angulo pullulat; postea magis magisque crassescit ad medium usque ventrem, inde sensim gracilescens, acuto fine finitur in ligamentum, quo humeri caput vestitum est: oblique situs est, aliisque *Transuersus musculus breuior* appellatur. Videtur non sine ratione, pars esse praecedentis rotundi maioris. Tertius *Rotundus* radii est, *Pronator* dictus, vide *Pronator. Ge. Der runde Muskel. G. Le grand Rond. B. De ronde Spier.*

RVBESACIENTIA, sunt *Medicamenta*, quae externe cuti applicata, titillationem ruboremque illi inducunt, adeoque inflammationem leuem, suntque haec varii gradus. Sunt pleraque vegetabilia acra, vt *Ranunculus, Allium, Sinapi, Euphorbium,* etc. *Gr. ФовлЗовра,* et conueniunt, vbi humores in locum alliciendi sunt. *Ge. Rothmachende Mittel. B. Roodmaakende, of blaarrekende Middelen.*

RUBEOLA, Crucianella Linn. (Tetrandr. Monogyn.) est planta, quae habet caules plurimos, tenues, quadratos, repentes. Folia caulem ambientia, sunt angusta, splendentia. Flores in summitate ramorum crescunt, monopetali, parui, in quatuor partes diuisi, coloris rubri, aliquando albi, odoris grati, lasminum redolentes. Succedunt floribus femina bina, sibi mutuo adhaerentia, aspera, oblonga, pulpam albam continentia. Radix est fibrosa, longa, lignosa, crassa, nigra. Rubeola dicitur, quasi Rubia parua, quia haec planta paruam Rubiam refert. Vocatur etiam *Cynanchica* & *cynaanche an-*

gina, quia anginam curare dicitur. *G. Garance peise, Herbe à Pesquinancie.*

RVBEOLA, ROSEOLA, quibusdam idem denotat, ac morbilli, vide *Morbilli*. Alii pro specie saltem morbillorum habent. Sunt enim exanthemata, seu tubercula rubra, cum calore ac tussi inuadentia, morbillis minus periculosa. Invadunt autem quandoque sola, quandoque inter variolas insperguntur, quandoque iis sanatis superueniunt. *Ge. Rôtheln. G. Rougeole. B. Roodvonk.*

RUBIA, *Rubia tinctorum* sativa *Baub. Rubia tinctorum* foliis subsenis *Linn.* (*Tetrandr. Monogyn.*) est planta, quae habet caules longos, sarmentosos, quadrangulares, nodosos, asperos. Folia sunt oblonga, angusta, caulem in formam stellae ambientia, numero incerta, aspera. Flos est monopetalus, campaniformis et quadrifidus, vel quinquefidus. Calyx abit in fructum, ex gemellis baccis constantem, semine ut plurimum foetis umbilicato; baccae sunt nigrae, sibi inuicem adhaerentes, succo plenas. Radix est oblonga, tenuis, succulenta, extus et intus rubicunda, saporis ex dulci amaricantis et adstringentis; odoris nullius. *Gr. Έρροδον, officinae Rubiam tinctorum* appellant. A radice rubro colore nomen accepit, quo lanae et lintea tinguntur. Sic graeca vox fuit ab *ερροδον*, rubrum. Abunde passim in Europae quibusdam ditionibus ob radicis usum tinctorum colitur. Haec qualitatis est substipticae, viribusque aperientibus, roborantibus, pellentibus et diureticis pollet. Hinc in vulneribus, lapsu, ictero, cachexia, rhachitide commendatur. Radix et urinam et ossa rubro colore tingit. Refertur inter radices quinque aperientes, et unguentum potabile rubrum ingreditur. *Ge. Rôthe, Färberrôthe, Grapp, Färbervurzel. G. Garance. A. Madder. B. Krappe, Mee, Mee krappe, Rotte.*

RUBIGO, ROBIGO, VSTILAGO, *Gr. Έρροση*, est frumentum vitiosum, cuius spicae quasi ob nigredinem, adusta conspiciuntur, ipsaque grana, farinae loco, massam quandam pulverulentam foetidam, nigricantem, continent. Causa vitii vix satis hucusque cognita est. Sunt, qui farinae vstilagine infectae pessimos effectus, febresque putridas epidemicas, et morbos spasmodicos tribuunt. Vide *Raphania*. *Germ. Brand im Korn. G. Charbon, Bralure. A. Blight, Brand-korne, Blasting of Korn. B. Brand, Koren-brand.* — Ita quoque vocatur flos ferri, vel cupri, aëre, vel acri liquore, exesi et versi in calceam, rubram materiam. Vide *Ferrum*. *Ge. Rost. G. Rôstth. B. Roest.*

RUBINVS, Gemma pellucidissima, duritie secunda, colore rubro in igne permanente *Wall.* *Alumen rubinus* gemma pretiosa lapidosum pellucidissimum, solidissimum *Linn.* est Gemma diaphana, rutilans, rubensque ac limam respuens. Rubedo ipsius est instar sanguinis, laccae Indicae coloris coccinei. Nobiliores Rubini in insula Zeylan nascuntur, alii minores, in Coria, Calecut, Cambria, et visnagari. Optimi in flumine Pegu. Generantur in lapidea matrice rosei coloris, primumque candicant, deinde paulatim rubescentes ruborem contrahunt. Hinc albi immaturi quasi sunt. Nascuntur plerumque in auri fodina, ubi Sapphiri reperiuntur. Singulares ei olim vires cardiacae et alexipharmacae tribuebantur; usus hodie in medicina rarissimus est. Electuarium de gemmis pulueremque Pannonicum rubrum et bezoardicum Sennerti ingreditur. Arab. *Jacut.* Gr. *Ἀρσάζ.* Lat. *Carbunculus*, var' *Ἰσάζ.* Ge. *Ein Rubin.* G. *Rubis*, ou *Carboucle.* A. *Ruby*, *Rubin.* B. *Rubyn.*

RUBRICA, vide in *Impetigo*. — *Rubrica*, s. *Rubrica fabrilis*, s. *Synopsis veterum*, vocatur etiam terra quaedam lapidosa, friabilis, rubra, quae aliquando in mineris in marmore et cote reperitur, virtutis adstringentis, fabris lignariis crebro inferuiens in ducendis lineis. Est Ochra rubra cretacea *Wall.* *Talcum rubrica*, subfissile, rubrum inquinans *Linn.* Cuius proprie sit originis, vix satis constat; putatur esse ochra ferri in terra argillacea praecipitata. Contusa et aqua subacta ignique valido exposita summam induit duritiem. Usus est mechanicus. Ge. *Nothe Kreide*, *Nothelstein.* G. *Rubrique*, ou *Craye rouge.* A. *Red Earth*, or *Ruddlestone.* B. *Roode Aarde.*

RUBVS VULGARIS, est arbuscula, quae habet ramos longos, flexiles, debiles, virides, medullosos, spinis acutis instructos. Folia sunt oblonga, acuta, dentata, dura, aspera, in parte superiori viridia, in inferiori coloris albi, trifoliata, alterna. Calyx est quinquefidus. Flores rosacei, pentapetali, (Icosandr. Polygyn.) in summitate ramorum crescunt suntque exigui, pedunculis breuibus adhaerentes, numerosis staminibus stipati in centro calycis, cui adnascitur fructus globosus, ex pluribus acinis coalitis, succulentis compositus, placenta affixis, in initio rubicundis, sed post maturitatem nigris, saporem dulcem habentibus, foetis seminibus oblongis, singulis instructis sua tuba. Radix parua, repens. Haec arbuscula crescit iuxta vias, inter dumeta et secus margines agrorum. Fructus maturus qualitatis est subacidae, dulcis,

et

et virtute refrigerante pollet. Syrupus praecipue in Angina inflammatoria commendatur. Gr. Βάρος. A rubicundo succo nomen habere putem. Vocatur etiam *Senes*. Aliquibus *Mora vaticana*, corrupta voce, eius fructus dicuntur, cum dicendum esset *Mora vacinia*. Nam in hodiernum vsque diem Graeci Mora illa a βάρη, βάρια et βάρια cognominant. Virgilius in Bueolicis vnus literae immutatione *Vaccinia* vocauit. Nunc *Mora bacci* appellantur, cum dicendum esset *Mora bati*. G. *Meure de Renard*. Vocatur etiam *Chamaebaros*, quasi humilis Rubus. Ge. *Brombeerstaeden*, *Brombeer*. G. *Ronce*. A. *Ronces*, *Bramble*, *Black-berry*. B. *Braam-bezie*, *Brommel-bezie*.

RUBVS IDAEVS, est Frutex, sic a monte Idaeo, minus tamen recte, appellatus, cum vbique in collibus saxosis Europae proueniat, producens fructus Moris fere similes, rubros, vel albos. Est scilicet species Rubi. Rubus idaeus spinosus *Baub*. *Rubus idaeus* foliis quinato pinnatis ternatisque, caule aculeato, petiolis canaliculatis *Linn*. Fructus qualitas fragrans, grata et acidula est, visque refrigerans; hinc in februm aestu et siti summopere conuenit. Troitant in officinis syrupus, aqua, acetum et spiritus. Sunt et aliae species Rubi eiusdem qualitatis et virtutis; vt *Rubus arcticus*, f. *Baccae Norlandicae Pharm*. G. *Uferbeeren* in Suecia vulgares, nec non *Rubus chamaemorus Linn* Ge. *Pautfen* oder *Moltebeeren* ren apud nos tamen vix ad vsum vsque medicum cognitae. G. *Hindbeeren*, *Himbeeren*. G. *Framboisier*. A. *Raspberry-bush*. B. *Frambezien*, *Hinne-bezien*.

RUCTATIO, siue RUCTVS, BOMBVS, aut ERUCTATIO, est flammum ex ventriculo per oesophagum ascensus, et ex ore egressus, cum sonitu maiore, vel minore, qui oriuntur ab aere deglutito, vel ex alimentis euoluto, elastico iam et in ventriculo rarefacto et aliquamdiu retento, sed subito exploso sursum: frequentes sunt illis quibus ventriculus debilis officio suo rite non fungitur. G. Ἐρρυγμός, Ἐρρυγῆ, Ἐρρυγός. Ge. *Aufstossen des Magens*. G. *Rot*, *Rottement*. A. *Belching*, or *Breaking of Wind upward*. B. *Risping*, *Rupzing*, *Opriping*.

RUCTVS, vide *Bombus*, et *Ructario*.

RVDICVLA, est instrumentum pharmaceuticum, seu pistillum ligneum, ad subigendam mixtionem emplastrorum, vnguentorum et electuariorum inferuiens. Ge. *Ein Dübrstempel*. G. *Un Pilon*.

RVGITVS, est aeris in intestinorum circumgyrationibus contenti a calore interno expansio, et ob eorum motum perpetuum de loco in locum migratio; siue ob leues spasmos

intestinatorum diutius, quam par est, haesit et r̄arefactus fuerit, siue ob cibos aëris magna copia scatentes assumptos oriatur. Vide *Meteorismus*. G. *Kollern im Leibe*. G. *Grouillement*. A. *Murmur*. B. *Rommeling*.

RVMA, est pars colli carnosâ sub mento, ubi cauum iugulo proximum est, ita dictum, quoniam eo loci iumenta *Ruminare* videmus.

RVMEN, vide *Abomasus*. Ge. *Banft, Zwiefach*. G. *Panfe, l'Herbier, le Double*

RVMEX, vide *Acetosa, Laparbum*.

RVMINATIO, est actio naturalis quorundam animalium quadrupedum, plerumque bifulcorum et cornigerorum, quae alimenta deglutita rursus in os retruduntur, et facta iterata manducatione, nouiter deglutiuntur, haecque animalia *Ruminantia* vocantur. Est scilicet iis ventriculus per strictos aliquos quasi isthmus in quatuor partes diuisus, tota sua fabrica dissentientes, ita vt quatuor ventriculos habere dicantur, *Omasum* scilicet, *Abomasum*, *Rumen* et *Reticulum*, e quorum prioribus, qui praecipue e valuis et plicis constant, cibi in os regurgitant, rursusque deglutiti et eadem caua transeantes in posteriora, quorum fabrica interna magis reticularis est, detruduntur, ibique penitus digeruntur. Sed et in hominibus morbose ruminationem factam esse, obseruatum est. G. *Das Wiederkäuen*. G. *Rumination*. B. *Herkaauwing*.

RVNCINA, i. q. *Rasporium*.

RVNCINATA, botanicis vocantur *folia* transuersim diuisa in lacinias horizontales oblongas, ita vt lobi antice conuexi, postice transuersi sint, e. gr. *Leontodon*.

RVPTIO, vide *Rhegma*.

RVPTORIUM, est medicamentum causticum, quod cuti applicatum eam exedit, et quo abscessus nonnunquam aperiri solent; paratur vulgo ex lixiuiis, vel ex crystallis lunae, aliisque causticis.

RVPTURA, veteribus i. q. *Hernia*. Ge. *Ein Bruch*. G. *Descente*. A. *Rupture*. — Vel etiam subitanam disruptionem partium internarum, vt intestinorum, vesicae, vteri, etc. denotat. Ge. *Zerspringen*. G. *Rupture*.

RVSCVM, RVSCVS, est plantae genus flores masculinos et foemininos e costis foliorum nascentes ferens, (Dioec. Syngenes.) scilicet arbuscula, duos, vel tres pedes alta, quae habet ramos multos, flexiles, fractu difficiles. Folia Myrti, sed rigidiora, duriora, acuta, pungentia, neruosa, inodora, sine caule, saporis amari et adstringentis. Calyx monophyllus, multifidus; intra hunc flores monopetali, bifariam

trifidi, campaniformes, globosi, exigui, lutei. Flori succedit bacca rotunda, mollis, rubens, Asparagi baccis maior, trilocularis, continens sub tenui pellicula modo vnum, modo bina semina durissima, flaua, saporis subdulcis. Radix est crassa, oblonga, tortuosa, obl. qua, implexa, inaequalis, dura, repens, alba, fibras crassas demittens. Crescit in locis inculcatis, vt in syluis; ex Italia et Gallia huc adfertur. Colitur hic in hortis. Duæ præcipue in officinis prostant species: *Ruscus aculeatus* foliis supra floriferis nudis *Linn.* cuius radix subdulcis, dein amara, viribus roborantibus, emmenagogis et diureticis gaudet, et inter quinque Radices aperientes maiores numeratur; et *Laurus alexandrina*, fructu pediculo iniidente *Baub.* *Ruscus hypoglossum* foliis subtus floriferis sub foliolo *Linn.* Huius folia sub nomine *Herbae vuulariae* ob qualitatem stipticam et adstringentem præcipue in prolapsa vteri et relaxatione vuulae et veli palatini commendantur. Officinae litteram addunt, appellantque *Bruscum*. Gr. *Ῥυσσοειδὴν* et *Κετρομοειδὴν*. Forte nomen habet, quod *Ruri* ex *Rusco* fiant scopae, vel quod folia Myrti acuta et spinosa sunt; *μυρτιάδα* etiam dicitur, quia rustici olim supra suum corpus ponebant, vt illud a muribus defenderent. Vocatur etiam *Laurus*, quia laurinis coronis nectendis inseruire posse videtur, et *Alexandrina*, quia in Alexandria crescit. An non Myrsine Dioscoridis? *Ge. Mäuseborn.* *G. Houx frelon*, *périt Houx*, *Brusc.* *A. Butchers-broom*, *Holly-tree*. *B. Muizen doorn*, *Sreek-palm*, *Keer-bezien*.

RVSMA, est remedium depilatorium, quo præcipue Turci vtuntur, et quod ex partibus duodecim calcis viuæ et parte vna auripigmenti componitur.

RVTA, *Ruta hortensis latifolia* *Baub.* *Ruta graueolens* foliis decompositis, floribus lateralibus quadrifidis *Linn.* (Decandr. Monogyn.), est planta, quæ caules habet crassos, lignosos, ramosos, cortice albescente obductos. Folia sunt in segmenta diuisa, exigua, oblonga, carnosa, satis crassa, polita, bina. Perianthium quinquepartitum. Flores tetrapetali, rosacei, coloris flauo. Post florem sequitur fructus, in quatuor loculos per diaphragma diuisus; continens semina parua, recurua, semilunata, coloris modo flauo, modo nigricantis, saporis ingrati, odoris grauis. Radix fibrosa, lignosa, et flaua est. Tota planta habet odorem ingratum, saporem amarum et acrem. Viribus gaudet eximiis resolventibus, alexiteriis, pellentibus, carminatiuis, emmenagogis, diaphoreticis, et anthelminticis, hinc in peste, epilepsia, hysteria, cephalalgia, ophthalmia, etc. commendatur.

Prostat in officinis aqua, cōserua, sal, acetum, oleūm aethereum, cuius maior copia in capsulis feminalibus, quam in foliis, continetur, et balsamum. Adhibetur etiam frequenter in infuso; succus expressus scrophulas resolvere, et morbos malignos auertere dicitur. Planta crescit in Africa, Graecia et Gallia australi. Apud nos frequenter in horris colitur. Gr. Πύρανον, Ρόνη. Dictam volunt Rutam, quod vna ex omnibus plantis propter multiplicem eius usum maxime eruatur. Alii ἀπὸ τοῦ πυρήνος deriuant, quod libidinosos nimiumque veneri addictos frenet. *Peganum* etiam a quibusdam appellatur, quod siccitate et caliditate sua coagulet ac condenset semen. Hinc vterum gerentibus inimicam esse et abortum procurare aiunt. A πύριμι, compingo, concreasco. Ge. Raute, Weinraute. G. A. Rue. B. Ruit, Wyn-ruit.

RVTA CAPRARIA, idem quod *Galega*. Ge. Geisraute. G. Galega. A. Goats-rue.

RVTA MVRARIA, est *Asplenii* species. Ge. Mauerraute.

RVTABVLVM, est instrumentum ligneum, vel ferreum, quo materia igni imposita, vel coquenda saepe agitur. Ge. Rührhafen. G. Fourgon. A. Coal-rake, Maukin. B. Een Roer-stok.

RYAS, est lacrymarum per genus desectio, a punctis lacrymalibus clausis ortum habens, vel ex consumptione carunculæ lacrymalis, hinc fistulis lacrymalibus vtplurimum succedit, estque affectus encanthidi contrarius.

RYTHMVS, est similitudo plurium ictuum pulsus inter se ratione magnitudinis, fortitudinis, plenitudinis, celeritatis, etc. Vide *Rhythmus*. Ge. Gleicher Pulsschlag. G. Egalité du Pouls.

S.

S. N. idem quod *Secundum naturam*.—Alias Latinum S. est nota characteristica ponderis, vel mensurae, denotans dimidium praecedentis, vel *Semis*.—S. etiam formulis medicis additur, et varia significat.—S. in fine post indicatam praeparationem idem significat, ac *Signetur*.—S. A. interdum significat *sine acido*, vel *sine alcali*, vt Elixir proprietatis S. A. Essentia myrrhae S. A.—Saepe etiam S. A. est secundum artem.—S. S. sine stipitibus, vt folia Sennae S. S.—Tria S. S. S. in praeparationibus chymicis denotant stratum super stratum.

SABADILLA, est semen figura et colore muscerdam referente, quod e Mexico ad nos adfertur. Habetur pro specie Aconiti, vel Veratri. Qualitatis est summe acris, amarae

et causticæ, vjibusque drasticis ac phthiriæis pollet, et pulvis vestibus inspersus præsentaneo effectu pediculos perimit.
Ge. Merikanischer Eusesaamen. **G. Semence de Sabadillum.**

SABINA, seu **SAYINA**, est frutex, qui perpetuo viret, folia habet foliis Tamarisci similia, sed duriora et magis spinosa, odoris fortis, grauis, valde singularis, saporis acris et vrentis. Flos est amentaceus, extremitati ramorum innascens, sed sterilis; embryones autem, seu bæccæ, bæccis Iuniperi similes, nucleis turgent angulosis et asperis. Iuxta Ill. *Linnæum* ad *Iuniperos* pertinet, estque *Iuniperus Sabina*, foliis oppositis erectis decurrentibus, oppositionibus pyxidatis, (Diœc. Monadelph.) Crescit in Siberia, Tartaria; apud nos passim in hortis reperitur. Qualitatis est calidæ, emmenagogæ, anthelminticæ et diuretici. Magnam olei ætherei copiam continet. Prostat in officinis aqua, essentia et oleum. Commendatur præcipue in dysmenorrhœa a causâ frigida, in odontalgia, tinea, et gangraena. Abortum eius decocto scaletas mulierculas excitare posse, plurimæ observationes testantur. **Gr. Βαδύς, et Βαδύρον.** Dicitur Romanis a regione, in qua multum nasceretur. An a *σεβασται*, Deos honorare, quia dicuntur Sabini præ caeteris gentibus Deos veneratos esse. **Ge. Sadel, oder Saden-Evenbaum.** **G. Savinier, Sabine.** **A. Savin.** **B. Zeev-boom, Zavel boom.**

SABULVM, siue *Arenæ*, sunt granula solida, parua, arenæ terrestri similia, sed naturæ eiusdem, ac calculus humanus, quæ in vrina reperiuntur, eminguntur, in renibus vel vesica a præcipitatione partium terræcarum nata. **Gr. Ἄμμος, et Ψάμμος.** **Ge. Sand, Sief,** **G. Du Sable, du Gravier.** **A. Gravel.** **B. Zapf, Gravel.**

SACCATI TUMORES, vide *Asberoma*, *Sxaxoma*, *Meliceris*, i. q. *Tunicati tumores*.

SACCHARVM, seu **SACCHAR**, **ZUCCHARVM**, **ZACHAR**, **ZACCHARVM**, **SVCCHARVM**, **MEL ARVNDINACEVM**, **MEL CANNAE**, dicitur a *Canna*, vel *Arundine*, saccharifera dicta, quæ est *Saccharum officinarum* *Linn.* (Triandr. Digyn. calyce nullo, corolla bialui, semen vnicum involuente, floribus paniculatis. Abundè in locis Indiæ vtriusque in vndatis colitur, estque plerumque septem, vel octo pedes longa, duos pollices crassa, et geniculata; exhibet autem Saccharum, incisione *Cannæ*, vnde Saccharum instar lacrymæ exstillat, quod candidum est et rarum. Plurimum vero arundines abscissæ in molis conquantur, et succus expressus vltiore coctione et clarificatione in variam consistentiam, tandemque in debitam formam redigitur, vel

etiam, vt aiunt, refinatur. Pro varia praeparatione varia fortitur nomina, vt *nigrum, rubrum, album, albissimum, caninum*, id est *angulosum*, seu *crystallinum, penidum, farinaceum, perlatum, stellarum*, etc. Sic etiam pro regionum varietate saccharum Canariense, Maderiense, Melitense, Thomaeum, etc. dicitur. Ex succis tamen variarum aliarum plantarum, etiam nostratum, vt Dauci latui, Betulae, etc. Sacchari species parari potest. Inprimis vero in America septentrionali ex Aceris Canadensis succo Saccharum praeparatur. Qualitatis est saccharum dulcissimae, inodorae, mitissimae, viribusque edulcorantibus, relaxantibus, calefacientibus, expectorantibus et vulnerariis gaudet. Vfus eius et culinaris et pharmaceuticus frequentissimus est. Eius opè olea destillata aquae iungi, et lactis coagulatio impediri potest. Hinc obesitatem promouere, aut iuxta alios impedire creditur; vix tamen notabili effectu. Furtedini vehementer resistit. — Etiam ex sero lactis clarificato et solito more ad crystallisationem reposito praeparatur *Saccharum lactis*, quod contra acrimoniam sanguinis, phthisim et febrem hecticam a quibusdam summopere commendatur. Ge. *Milchzucker*. — Saccharum vocatur Ge. *Zucker*. G. *Sucrc*. A. *Sugar*. B. *Suiker*. Arab. *Zazar, Sudur, Sutter*. — Ex Plumbo etiam paratur cum aceto destillato Sal, quod ob dulcedinem *Saccharum Saturni* appellatur. G. *Blenzucker*. G. *Sucrc de Saturne*.

SACCULI, seu DVCTVS ADIPOSITI, seu VESICVLAE ADIPOSITAE, aut LOBVLI, sunt vesiculae adipe repletae. Vide *Adiposus ductus*.

SACCULI MEDICINALES, componuntur ex variis simplicibus, scopo medici conuenientibus; eaque, si opus fuerit, conteruntur, et sacculo, cuius figura parti affectae quadrat, excipiuntur, qui saepe, ne materia in vnum locum coaceruetur, acu in quibusdam locis interfuitur, sicque pro epithemate applicatur. Sic quoque varia simplicia ad praeparationem infusi, vel decocti, sacculis includuntur. Ge. *Säcklein, Beutel*. G. *Un Sacher*. A. *A lirtle Sack, Bag*. B. *Poppes*.

SACCVLVS CHYLIFERVS, siue RORIFERVS, CISTERNALVMBARIS, RECEPTACVLVM CHYLI, est inferior pars ductus chyliferi, scilicet vasculum quoddam ovali ampullae simile; interdum praegrandis ductus lymphaticus, vtrinque conicus, in medio latior, interdum etiam annulis aliquibus adstrictus, variae ergo structurae, oriens potissimum ex trunco vasorum lymphaticorum lumbalium, ad arteriae spermaticae initium intumescens, tenens angulum inter vertebram primam lumb-

borum et appendicem diaphragmatis intimam ad dextra arteriae aortae et pone omnia vasa renalia, a secunda vertebra lumborum ad primam dorsi, quam non superat; ibi enim ex eo contractiori ascendit *Ductus chyliifer*, vel *Thoracicus*. Sicque se in homine et plerisque brutis habere solet. Ge. Das Behältniß des Speisefasts, Milchbehälter. G. Sac chyliifere. A. The Chyle sack. B. De Gyl-zak.

SACCVLVS CORDIS, vide *Pericardium*.

SACCVS, a *sacca*, onero. Ita vocatur nonnullis *Intestinum coecum*, quod sacci instar pendet.

SACCVS LACRYMALIS, est receptaculum, vel facculus, ovalis fere figurae, constans e tunica exteriori, scilicet membrana densa, cellulosa, quasi aponeurotica, et interna ex membrana propria pituitaria rubra et pulposa, quae a naribus co ascendit; situs sub cantho oculi maiore, et potissimum in osse unguis et in processu nasali ossis maxillae superioris; atque in ductum nasalem desinens, qui pone os spongiosum superius apertus est. Iam in huius sacci partem superiorem et lateralem aperiuntur bini ductus lacrymales, in margine vtriusque palpebrae a punctis lacrymalibus incipientes, sicque efficitur, vt lacrymae per puncta lacrymalia resorptae libere in saccum lacrymalem, et inde in cauum narium fluere possint. Ge. Thränenfack. G. Le Sac Lacrymal. B. De Traan-zak.

SACERDOS PENIS, vide *Arum*.

SACER IGNIS, vide *Herpès exedens*.

SACER MORBVS, vide *Epilepsia*.

SACRA FISTVLA, idem quod *Medulla spinalis*. Alii vero hac sub nomine thecam osseam e coniunctione vertebrarum natam intelligunt, qua medulla spinalis reconditur.

SACROLVMBALIS, est musculus longus atque infernatus, e plurimis musculis minoribus compositus. Oritur valida aponeurosi a parte superiori et exteriori ossis ilei et ossis sacri, et quibusdam portionibus carnis a processibus transversis vertebrarum lumbarium, tum iuxta costas ascendens, singularum costarum angulo tendine peculiari inferitur; nonnulli tendines ad apophyses transversas vertebrarum colli ascendunt. Hic musculus actione sua dorsum et lumbos extendit, sed etiam in valida inspiratione costas deprimere et thoracem dilatari potest. Ge. Der breite Kreuzmuskel des Rückens. G. Le Muscle Sacro-lombaire.

SACRVM OS, Gr. Πλατὸν, ἢ Ἰσθμὸν ὀστέον, Τριγωνόμυλον, Τριγωνόμυλον, est os triangularis figurae, superius latius et crassius, quam in parte inferiori, vertebra lumborum subpositum,

a lateribus ossibus innominatis coniunctum, cum quibus peluim constituit. Constat ex vertebra inferioribus sex, sed quae in adultis ita coaluerunt, ut vnicum tantum os constituent, cui os coccygis annectitur. Spinae dorsi pro basi inferuit, partem inferiorem spinalem medullae continet, et funiculos nerveos e cauda equina prodeuntes per foramina propria transmittit. Sacrum forte ob magnitudinem dicitur et ob usum, dum scilicet totum truncum corporis fulcit. **Ge.** Das heilige Bein. **G.** L'os sacrum. **A.** The holy Bone. **B.** Het heilig Been.

SAGAPENVM, lacryma, seu gummi est Ferulae nondum satis cognitae in Media nascentis, eiusdem cum succo nominis, ex qua sauciata educitur. Nascitur in Media regione, vnde Alexandriam, ac hinc Venetias atque in alia Europae loca transportatur. Optimum debet esse sincerum, translucidum, foris colore flauo, intus albido, inter digitos mollescens, gustu acri, odore graui et viroso, et Allium aemulans, vnde ad Asam foetidam et Galbanum fere accedit. Viribus gaudet eccoproticis, pellentibus, emmenagogis et resoluentibus, hinc praecipue in affectibus neruorum, et morbis pulmonum a pituita viscida oriundis commendatur. Additur pilulis ad grana aliquot. Grauidis abortum procurare dicitur. Ad usum quoque externum vnguentis et emplastris additur. Appellatur et *Sacoponium*, *Serapinum*, *Sacopenium*, etc. **Ge.** Sagapen, Serapinsast. **G.** Sagapene. **A.** Sagapen, Serapin. **B.** Gom Zagapeen.

SAGITTA, Ranunculus palustris folio sagittato *Tourn.* *Sagittaria Linn.* (Monoec. Polyandr.) est planta palustris, quae habet folia aquis innatantia alatae sagittae mucronem aemulantia, fuscis hinc inde in superna parte maculis notata, quaedam ex primis in acumen non desinunt, sed rotundantur, saporem obtinent nonnihil subdulcem et viscidum, cum vestigiis obscurae acrimoniae. Ex radice erumpunt plures caules, obrotundi, excauati, fungosi, in summitate habentes flores, visui gratos, tripetalos, rosaceos, albos, plura stamina habentes in medio rubra. Calyx est triphyllus; florum alii sunt steriles, aliis succedunt fructus parui, rotundi, fragorum magnitudinis, asperi, coloris virido-rubri; qui singuli continent plura semina, tenuia, acuta, in capitulum vnum congesta, et figuram vnguis auis habentia, cincta longitudinaliter margine membranaceo, lato, hinc gibbo, vtrinque acuminato. Radix fibrosa, longa, crassa, spongiosa, pallida. Qualitate acri et rodente cum Ranunculis conuenit. Sic dicitur a foliorum forma tricuspidi,

superne in vnam, inferne in duas desinentium. Ge. *Wscil-
fraut.* G. *Fleche d'eau.* A. *Addersongue, or Arrow head.*
B. *Serpents-tong, Slange tong.*

SAGITTA: IN SVTVRA, vel VERVCVLATA, Gr. *Ψαλ-
λιδος ἰσχυρατα* est illa, quae a coronali incipit, et in lambdoi-
dem desinit, inter duō ossa bregmatis decurrens, in pueris
vero ad radices vsque narium protenditur. Ge. *Die Wscil-
nath.* G. *Suture Sagittale.* A. *Shaft Suture.* B. *De
Pylnaad.*

SAGITTATA, botanicis dicuntur *folia triangularia*, an-
gulis posticis acutis sinu diuisis.

SAGMINALIS, vide *Peristemon.*

SAGO, SAGV, est fecula granulata ex albo flauescens,
quae ex medulla Palmae cuiusdam indicae expressa, aqua
subacta, per cribrum traiecta et exsiccata praeparatur. Arbor
est *Todda-panna Rheed.* Species Palmae saguerifera dicta;
Palma indica caudice in annulos protuberantes distincto,
fructu pruniformi *Rai.* *Cycas circinalis* frondibus pinnatis,
foliis linearibus planis *Lin.* Sed etiam ex aliis specie-
bus Palmae haec substantia obtineri dicitur. Adfertur ad
nos ex India orientali. Qualitatis est farinaceo-glutinosa.
Vlus est culinaris, et ob eximias vires demulcentes, in lacte,
vel iure, coctum, phthificis, exhaustis et infantibus summo-
pere commendatur. Ge. *Sago.* G. *Sagou.*

SAL: ita corpora ex toto lapida et aqua solubilia veniunt.
Eorum triplex genus solet constitui; sunt scilicet: 1) *Acida*,
quae saporem austerum linguae imprimunt, syrupum viola-
rum coeruleum mutant in rubrum, cum terris et alcalinis
effervescent, et cum alcalinis salem medium constituunt. 2)
Alcalina, quae sapore acri lixiuioso, vel vrinoso, linguam feri-
unt, intensiori igne liquefcunt, syrupum violarum viridem
reddunt, cum acidis effervescent, et sal medium effor-
mant. 3) *Media*, siue *neutra*, quae sapore sunt vario, sed
salso, interdum cum amaritie coniuncto, praedita, syrupi
violarum colorem plane non mutant, et ex acido et alcalino
sale composita sunt. Sunt tamen etiam plura corpora sali-
bus quam maxime adfina, in quibus acidum cum terra (vt
in alumine), vel cum metallo (vt in vitriolo), coniunctum
est et salis speciem hac ratione producit. Singula haec salia
sine mixtionis suae depravatione, vel ab igne in altum tolli
se sinunt, vel non gnunt. Illa nominantur *volatilia*, haec
fixa. Maxima salium pars sub forma sicca se ostendit et cry-
stallos format, sunt tamen etiam salina fluida, quae raro, vel
nunquam, sub forma solida se nobis exhibent, vt acidum vi-

trioli, vel Spiritus Mindereri. Multa salia, vt sal gemmae, vitriolum, *natiua*, seu *fossilia* sunt, multa tamen quoque arte producuntur, aut, vt recentiorum experimenta ostendant, ex parte tantum educuntur. Caeterum non in minerali solum, sed et in animali ac vegetabili regno salia reperiuntur. — Licet inagnis sit salium corporumque salinorum numerus, quae omnia difficulter hic enumerari possint, tamen tironum causa breuem praecipuorum salium catalogum subiungimus.

I) *Acida* vero sunt 1) *mineralia*, scilicet *Acidum vitrioli*, quod pro varia admixtae aquae portione, vel *Spiritus*, vel *Oleum vitrioli*, et, si sub forma sicca appareat, *Oleum vitrioli glaciale* dixerimus. *Acidum sulphuris* ab eo paucis, et praecipue tantum volatilitate sua, dilibet: *Acidum nitri*, s. *Spiritus nitri*, vel *Aqua fortis*, item *Spiritus nitri fumans*: *Acidum salis marini*, s. *Spiritus salis*. Ex acido nitri et salis composito: *Aqua* sic dicta regis oritur. 2) *Vegetabilia*, quorsum succi plantarum acidi, v. c. succus citri, salia plantarum essentialia, vt sal Acetosellae, item *Cremor*, s. *Crystalli tartari*, pertinent, quod vltimum sal tamen ex recentiorum experimentis etiam alcalinam partem comprehendit. 3) *Animalia*, ad quae *Spiritus formicarum*, et plures alii, et forte etiam *Acidum phosphori* referri debet. Minus pura sunt *Spiritus tartari*, et alii empyreumatici liquores. Acidis quoque adnumeranda sunt: *Sal succini*, quod partim cum mineralibus, partim cum vegetabilibus conuenit et *Sal sedatiuus Hombergii*, qui cum alcali fixo Boracem constituit. II) *Alcalia* vero sunt: 1) *fixa*, et quidem vel *mineralia*, vt *Sal sodae*, etc. vel *vegetabilia*, seu *fixa*, v. c. *lixiuiosa*, vt *Sal tartari*, quod purissimum; minus pura sunt *Salia plantarum fixa*, seu *Tacheniana*, vt *Sal absinthii*. 2) *Volatilia*, vt *Sal volatile ammoniacum*, *Spiritus salis ammoniaci simplex*, *Sal cornu carui*, et similia, ex quibus nonnulla minus pura sunt, vt *Spiritus* nonnulli destillati. *Sal Anglicum volatile*, seu *oleosum Syluii*, est sal alcali volatile cum variis oleis destillatis coniunctum. Iam quod III) *Salia neutra*, s. *media*, et *corporum salibus analogo* attinet, sequentia ex his praecipue notanda sunt, quae secundum acidorum ordinem, ex quibus, accedente alcalino sale, terra, aut metallo, composita sunt, enumeremus. Sic 1) *Acidum vitrioli* constituit cum alcali vegetabili fixo *Tartarum vitriolatum*, *Arcanum duplicatum*, s. *Sal de duobus*: cum alcali minerali *Sal mirabile Glauberi*, cum quo conuenit *Sal aperituum Fridericianum*, varia thermarum salia, vt *Ehsbamense*: cum alcali volatili *Sal ammoniacum secretum Glauberi*, cum terra calcarea, *Selenitem* et *Gypsum*, cum terra aluminis *Alumen*, cum zinco

et plumbo *Vitriolum album*, cum cupro *Vitriolum caeruleum*, cum ferro *Vitriolum viride*. Volatile acidum vitrioli, seu sulphur, cum basi Nitri alcalina *Sal polychrestum Glaferi*, cum alcali volatili *Tartarum vitriolarum volatilem* format. 2) *Acidum nitri* cum alcali fixo vegetabili *Nitrum*: cum alcali minerali, *Nitrum cubicum*, cum alcali volatili *Nitrum flammans* ebullit. 3) *Acidum salis* cum alcali fixo vegetabili *Sal digestivum*, seu *febrifugum Sylvii*, cum alcali minerali *Sal commune*, cum alcali volatili *Sal ammoniacum* efficit. 4) Ex Sale sedativo et alcali fixo *Borax*, vti ex acido phosphori et alcali vinoso *sal vrbinae narium*. (i. *Microcosmicum*, videtur. 5) *Acidum tartari* cum alcali fixo *Tartarum tartarizarum* quem in Anglia *solubilem*, alii *Salem vegetabilem* dicunt, nec non *Liquorem salinum officinarum*: *Acidum citri* cum alcali fixo *Tartarum citratum*: *Acidum aceti* cum alcali fixo *Terram foliariam Tartari*: *Acidum tartari* cum alcali minerali *Sal de Seignette*, et cum alcali vinoso *Tartarum solubile nostrarum* officinarum: *Acidum vero aceti* cum alcali vinoso *Spiritus Mindereri*, seu *Sal ammoniacum liquidum* formant. Alias salium species omittimus. Sal a Graeco *αλα*. Ge. *Salz*. G. *Sel*. A. *Salz*. B. *Zout*.

SAL ALEMBROTH, *Sal arsis*, *Sal sapientiae*, chymicis est menstruum mercuriale, e mercurio sublimato et Sale ammoniaco varia proportione et modo mixtis constans. Vocabulum Chaldaicæ originis idem significat, ac clavis artis.

SAL COMMUNE, i. MARINUM, vide *Sal*. In uniuersum tres eius species sunt, quæ quoddam originem et puritatem tantum differunt. Scilicet 1) *Sal gemma*, i. *fossile*. 2) *Sal fontianum*, quod ex aqua fontium salorum excoquitur, et 3) *Sal marinum*, quod ex aqua marina paratur. Ge. *Salz*, *Rüchensalz*, *Stemmsalz*, *Meersalz*. A. *Salz*.

SALACITAS, vide *Satyriasis*.

SALAP, SALEP, sunt radices Orchidæ persicæ vnifoliæ bulbosæ, substantiæ quasi corneæ, saporis glutinosi, quas aqua coctas, filo trajecto suspensas et exsiccatas maximi faciunt Sineses et Persæ, iisque singulares virtutes aphrodisiacas et cordiales tribuunt. Viribus gaudet eximis inuiscentibus, lubricantibus et nutrientibus; hinc eius puluis, vel decoctum mucilaginosum, præcipue in dysenteria, et vti optimam nutriens commendatur. Commodè tamen huic radici Persicæ substitui potest, si eodem modo præparetur, *Orchis morio mas*, foliis non maculatis *Vail*. *Orchis morio* bulbis indivisis, nectarii labio quadrifido crenulato, cornu obtuso, ascendente, petalis obtusis coniuuentibus *Linna*.

(Gynandr. Diandr.) nec non *Orchis palmata* Linn. quae satis copiose in pratis Europae inveniuntur.

SALICARIA, vide *Lysimachia*.

SALICORNIA, est plantarum marinarum genus, (Mondr. Monogyp.) quae saporem salsum habent, et ex quibus etiam, ut ex aliis similibus, Soda obtineri potest. Maxime vulgaris species est *Salicornia herbacea* Linn. Ge. *Salzkraut*. G. *Salicor*. A. *Jointed Glass-wort*, *Salt-wort*.

SALIVA, et SALIVUM, quibusdam *Sputum*, Gr. Πρωϊον et Δραξ, est liquor insipidus, paucissimum salis, olei et terrae, e qua ultima et calculi saliales interdum nascuntur, continens, pellucidus, igne non concrefcens, sed auolans, albus, spumans, imprimis si conuassatur, maximam partem aquosus, cum ex sexaginta vnciis fere quinquaginta nouem leni igne extrahi possint, quae omni dote aquam referunt. In ore reperitur, cui infunditur ex glandulis paroridibus, *sublingualibus*, *submaxillaribus*, *buccalibus* et *labialibus*, per ductus patentes a glandulis emisso. Vfus est, ut os et oesophagum madefaciat, particulas lapidas ex alimentis assumtis a reliquis euoluat, masticationi, solutioni, dilutioni, ermiscelae probae ciborum inferuiat, eosque in ventriculo aliquomodo digerat et fermentet. Ge. *Speichel*. G. *Salive*. A. *Spittle*. B. *Speckzel*.

SALIVALES DUCTYS, sunt tubuli quidam particulares, ex glandulis paroridibus, *maxillaribus*, *sublingualibus*, *buccalibus* et *labialibus* exorti, circa, vel prope gingiuas in cauitatem oris exonerantes, et saliuam in his glandulis secretam emittentes. Ge. *Speichelduise*. G. *Conduits de la Salive*.

SALIVANTIA, sunt medicamenta, quae saliuam copiose eliciunt, inter quae mercurialia principem sedem obtinens. Gr. Σιζαλιωγία. Ge. Den. *Speichelfluss erweckende Arzneyen*. G. *Remedes, qui excitent, ou produisent la Salivation*. A. *Remedies caussing Spitting*. B. *Quyl middelen*.

SALIVARIS, vide *Pyretbrum*.

SALIVATIO, est euacuatio copiosa humorum resolutorum et ad glandulas saliuales affluentium per sputationem, quae potissimum efficitur mercurio, vel vnctione, vel rarissime suffimigio, vel remedii mercurialibus vario modo praeparatis, interne assumtis, et in massam humorum delatis, obseruatis debitis in administratione huius curae cautelis. Adhibetur praecipue in lue venerea, aliisque morbis ei adfinibus, vel iis, qui a vitio lymphae et vasculis minimis obstructis pendent. Quandoque tamen in morbido statu sponte tanta huius liquoris euacuatur copia, ac si per artem

excitata effert, similisque pryalismus interdum etiam in febrium declinatione crifeos loco, vel etiam in variolis confluentibus, sponte succedit. *G. Salivation; Speichelfluß. G. Salivation; les Remedés. A. Spitting; Salivation. B. Kwyling, Zalivatie, Speeksel-vloed.*

SALIVINCA, est Nardus celtica *Dioscoridis; Valeriana celtica* floribus triandris, foliis ovato-oblongis obtusis integerrimis *L.* (Triandr. Monog.) Crescit haec planta in Alpibus, eiusque radices, quae ad nos adferuntur, sunt fibrosae, adnexis caulibus squamaris, vel foliis exsiccatis tectis. Saporis sunt acris, subaromatici et amari, fragrantiae singularis, quam per saeculum remanere lego. Viribus gaudent stomachicis, carminatiuis atque nervinis. Ingrediuntur theriacam et mithridatium. *Dioscorides* a patrio nomine *Aliungiam* vocari scribit. *Celtica* dici videtur a loco natali, hinc nonnunquam *Gallica*, vel etiam *Spica Romana*, appellatur. *Ge. Celtischer Nardus, Magda lenisfraut. G. Nard Celtique. A. Celtic spikenard. B. Spyknard.*

SALIX, arbor est satis magna, mediocriter crassa, corticeposito, tactui molli et flexili obducta, ramorum cortex est purpureus, vel albus. Lignum est album, flexile, fractu difficile. Folia sunt oblonga, angusta, Oteae similia, superne virentia, inferne candicantia, utrinque hirsuta, potissimum vero parte inferiore ac in extremitatibus virgarum supermarum, quandoque tamen glabra, interdum serrata, saporis amaricantis. Flos est amentaceus, plurimis nempe staminibus in spicam congestis constans, sed sterilis; embryones autem his Salicis speciebus innasci solent, quae floribus carent, spicati pariter, abeuntque deinde in fructum, seu capsulam corniformem, bifariam dehiscentem, seminibusque foetam pappo instructis. Species apud nos maxime frequens ac in locis irriguis nascens est *Salix vulgaris alba* arborefcens *Bauh.* *Salix alba* foliis lanceolatis acuminatis serratis, utrinque pubescentibus, serraturis infimis glandulosis *Lin.* (Dioec. Diandr.). Viribus vero et fragrantia maxime praestans est *Salix vulgaris rubens Bauh.* *Salix pentandra* foliis serratis glabris, flosculis pentandris *Lin.* Aquosis suis exhalationibus aëris aestum refrigerat, unde in cubiculis aegrorum febricitantium aquae imponi solet. Folia et iuli viribus subadstringentibus et refrigerantibus pollent; hinc externe in cephalalgia, agrypnia et haemorrhagiis commendantur. Succus foliorum expressus in otalgia prodest. Cortex qualitatis est amaricantis, et easdem, quam cortex Peruvianus, contra febres intermittentes virtutes habere dicitur. Pappus seminum passim in usum textorium et char-

tarium adhiberi coeptus est. Salix dicitur a saliendo, quod ea celeriter crescat, ut salire videatur. Gr. *Ἴσλα*, ab *ἵνα*, quia ita crescendo celeriter. Ge. *Weide*, *Weidenbaum*, *Selberbaum*. G. *Saule*. A. *Willow*, *Ozier*, *Sallow-tree*. B. *Wilg*, *Wilge-boom*.

SAL NITRUM, siue HALINITRUM, idem quod *Nitrum*, seu *Salpetra*.

SALOMONIS SIGILLUM, vide *Sigillum Salomonis*.

SALPETRA, i. q. *Nitrum*.

SALPINGO-PHARYNGAEVS, est musculus, qui utrinque oritur ab inferiore tubae Eustachianae parte, et in pharyngis partem posteriorem simul cum stylo-pharyngaeo et palato-pharyngaeo inferitur, et pharyngem eleuat.

SALSAMENTUM, vel fumitur pro rebus, quae ad usum diurnum sale conduntur; vel pro aqua salsa, fallugine, vel muria, quae res eiusmodi condiri solent. Tales liquores salsi, quia putredini resistunt, in gangraena vtiliter adhibentur.

SALVATELLA, est vena, quae a brachii ramis, et praecipue a vena cubitali externa, venae basilicae medianae propagatione in dorso manus tendit ad digitum minimum. Ge. *Die Milßader*. G. *La Salvatelle*. A. *The Salvatelle*. B. *De Pink-ader*, *Milß-ader*.

SALVIA, est plantae genus ad gymnotetraspermas verticillatas pertinens, (Diandr. Monogyn.) calyce monophyllo, corolla monopetala ringente filamentis bifurcatis. Species sub hoc genere quam plurimae continentur. Officinalis est *Salvia maior Bauh*. *Salvia officinalis* foliis lanceolatis, ovatis, integris, crenulatis, floribus spicatis, calycibus acutis, *Linn*. Habet haec caulem ramosum, lanuginosum, lignosum, coloris viridis albescentis. Folia sunt oblonga, ampla, obtusa, rugosa, alpera, albescentia, crassa, lanuginosa, sicca, parum succulenta, spongiosa, diuersi coloris, odoris penetrantis, fortis et grati, saporis aromatici, amari et acris, os calefacientis. Flores in summitate ramorum crescentes, et in spicas quasi congesti, sunt verticillati, galea falcata, vel fornicata, barba trifida, segmentum medium vix excauatum. Semina obrotunda quatuor, nigricantia, in capsula, quae flori tanquam calyx inseruiuit, inclusa. Radix fibrosa, dura, lignosa. Qualitatis est spirantis, amarae, subaromaticae, viribusque tonicis, nervinis, stomachicis et vterinis gaudet. Folia gingivarum putredini resistunt. Infusum in Angina prodest. Prostat in officinis aqua, spiritus et oleum destillatum. Planta Sinensibus valde adamata. Crescit in Italia et Gallia australi. Apud nos in hortis colitur. Dicitur quasi

Saluatric, quod multis incommodis medeatur, ægrosque saluos præstet. Alii a Saliua, quam masticata elicit, dictam putant. Gr. Ἐλελίσφακον, quoniam illa herba semper retorrida et exsucca videatur, factum est, ut Graecis *Elclisphacon*, quasi in tabem redacta, vel in siferationem flaccescens dicta sit: ἑλελίστον, et σφάκος, vocibus in vnam coalecentibus appellationem. Est autem σφάκος, seu potius σφάκιος, malum in plantis, cum per aestatem et ardentissimum canis aestum, vi solis altius penetrante, humoreque, quo nutriuntur, deficiente, languent et ardescunt: Ge. *Salbey*. G. *Sauge*. A. *Sage*. B. *Salie*, *Zelf*, *Zalvie*. — *Salvia agrestis* est *Teucrium Scorodonia* Linn.

SAMBUCUS, arbor est, vel arbuscula, (Pentandr. Trigyn.) cuius variae dantur species. Quae apud nos est maxime frequens, est Sambucus fructu in umbella nigro *Baub*. *Sambucus nigra*, cymis quinquepartitis, caule arboreo Linn. Huius rami sunt longi, rotundi, medulla multa, alba repleti, lignum rarum habentes, initio virides, deinde gryfei. Truncus cortice aspero obductus est, fisto, colore cinereo: sub hoc exteriori cortice latet alter viridescens. Eius lignum est solidum, flavescent. Folia quinque, vel sex, ad vnam costam instar nucis inglandis, sed minora, in margine dentata, et odoris fortis: rami in summitate habent umbellas amplas et lãtas, quibus adhaerent flores parui, monopetali, rotati, multifidi, albi, odoriferi, quorum meditullium a mucrone, calycis tanquam a clauo, perfoditur. Calyx autem deinde abit in baccam instar grani Iuniperi crassam, rotundam, initio viridem, sed per maturitatem nigram, succo valde rubro repletam, seminibus vt plurimum tribus oblongis foetam. Vocantur baccæ *Grana actes*. Huius plantæ frequens adeo et salutaris in medicina vsus est. Cortex medianus, vel in decocto, vel in succo expresso, adhibitus aluum et vrinam valide mouet, et vt eximium remedium antihydopicum commendatur. Foliorum quidem qualitas subfoetida est et nauseosa, externe tamen applicata inflammationem discutiunt, doloresque sedant. Flores fragrantia, viribusque anodynis, diaphoreticis et diureticis pollent; hinc frequenter lãtis in infuso et epithemate adhibentur. Prostat e floribus aqua, spiritus, acetum, oleum infusum, destillatum et vnguentum Sambucinum. Baccæ aperiunt, resolunt aluumque leniter mouent. E baccis prostat rob, tinctura, extractum et spiritus. — *Fungus Sambucinus* vide *Auricula Iudæ*. — Crescit hæc arbor humidis præsertim et tenebrosis locis, iuxta sepes et muros.

Videtur ab autore appellata, cui nomen *Sambyx* fuit, vel a *Sabuca*, musico instrumento, quod alii pectida nominant, alii Magadin. Gr. Ἀκρίς et Ἀκρίς, forte a litore, quod fluuiorum littora amet, vel ab ἄγω, frango, quod vndae littoribus allisæ frangantur; sed a contrario ἄκρίς dicta esse potest, quod non facile a ventis propter flexibilitatem frangatur, vel ab ἄγω, quod facile ob eandem flexibilitatem ducatur. — *Sambucus humilis*, vide *Ebulus*. Ge. Holderbaum, Hollunderbaum, Hollunderstaube. Ga. Sureau. A. Elder-tree. B. Vlier-boom, Vlaar-boom, Holder-boom. Nonnulli deriuant ab Hebr. *Savac*, implicari.

SAMPSVCHYM, et SAMPSVCHVS, dicitur *Maiorana*, vel *Amaracum*.

SANAMVNDIA, dicitur *Fuchsis* Caryophyllata: quia sanat et mundat. Vide *Caryophyllata*.

SANCTI VITI CHOREA, vide *Chorea sancti Viti*.

SANCTVM LIGNVM, vide *Guaiacum*.

SANDARACHA ARABVM, vulgo *Vernix*, est Gummi inuiperinum, in regionibus calidis e maiori Iuniperi specie sponte exsudans, et calore condensatum, colore Masticem referens, sed globulos habet longiores; est friabile, saporis resinosi, et odoris, cum accenditur, fragrantis. In spiritu vini et oleis totum fere solubile, menstruis aquosis resistit, hinc substantiæ est maxime resinosæ. Viribus cum Malticæ conuenit. Externe virtute vulneraria et neruina pollet; rarior tamen eius hodie vsus est. Ge. Wacholdergummi. G. Sandaraque des Arabes. A. Gum Sandarach. B. Zandrak, Vernis, Jenever-gom.

SANDARACHA GRAECORVM, REALGAR, vel RISIGAL ARABVM, est substantia mineralis, rubra, splendida, magis, vel minus transparenens, inflammabilis, tumque foetorem Allii spargens, constans ex arsenico cum sulphure coniuncto. Inuenitur in Transsylvania, Turcia et Suecia. Qualitate venenata cum arsenico fere conuenit. Vsus pictorius et veterinarius est. In India vascula conficiunt, quibus vinum viribus emeticis imbuendum infundunt, idque hauriunt incolae non nisi validissimis dosibus mouendi. Datur etiam Realgar factitium ex arsenico et sulphure præparatum. Vide *Arsenicum*. Ge. Rother Sandrach. G. Realgar.

SANDIX, SANDYX, est calx plumbi ad rubedinem exusta. Vide *Minium*.

SANGV, est arbor Africana, procera, spinosa, ad Cedros forte pertinens, cuius lignum in Numidia album, in Lybia violaceum, in Aethiopia nigrum esse dicitur. Resina
ex.

exstillans Mastichi similis est. Decoctum ligni viribus dia-
phoreticis poller. G. *Erralche*.

SANGVIFICATIO, vide *Haematosis*.

SANGVINALIS, et SANGVINARIA, vide *Coronopus*.

SANGVIS, est liquor rubicundus, venis, arteriis, aliisque
sinubus corporis contentus, compositus ex succis alimento-
rum, in *Chylum* mutatis, et per lactea vasa in venas intulis,
et circulatione diuturna, actione cordis, pulmonum, alio-
rumque viscerum et arteriarum mutatus in animale indole-
lem, et colore adscititio inde rubro gaudens; ex attritu par-
ticularum magis, quam aer, ambiens, calens; inferuiens
nutritioni et vitae sustentaculo, et ex quo omnia reliqua li-
quida animalia fecernantur. Nullum signum acidi, vel alcali,
exhibet, sed leuiter salum saporem habet detexitque mi-
croscopium, quod sanguis ruber ex globulis componatur,
qui in sero natant, et tam parui sunt, vt horum centena mil-
lia mole sua arenulam aequare non possunt. Sanguis ani-
malis recenter emissus sponte in duas partes secedit, rubi-
cundam scilicet et cohaerentem, quae *Cruor*, vel *Purpura*
vocatur, alteram magis dilutam, vel aquosam, quae *Serum*
dicitur. Inest tamen etiam praeter has partes sanguini pars
fibrosa, iterata ablutione albescens, ex filamentis velut in
membranas contexta, aqua non solubilis, sero igne coactio
haud ab similem referens materiam. Haec *Craffamenti* basis,
a portione rubra, et etiam a sero, longe diuersa est, quum
sponte solidescat, sanguine frigente, stagnante, a sero semet
segreget, rubrisque particulis amicior has trahat sibi que
adunet. Substantia haec viciose in morbis inflammatoriis
concrefcit. Vide *Phlogisticus sanguis*.— Sanguinis quantitas
pro ratione corporis vix exacte determinari potest. Per
analyfin quidem chymicam probarur, sanguin m continere
aquam, sal volatile, oleum, carbonem, scilicet terram cum
sale fixo et paucissimam terram martialem, quorum quidem
elementorum diuersa proportio varia temperamenta maxima
ex parte constituit, variorumque morborum caussa est. De *Cir-
culo sanguinis*, vide *Periodus sanguinis*. Gr. *Αἷμα*, **Eae Poet*.
Ge. *Blut*, *Geblüt*. G. *Du Sang*. A. *Blood*. B. *Het Bloed*.

SANGVIS DRACONIS, (Herba) est Lapathi species, cu-
ius costae rubicundum habent colorem, scilicet Lapathum
rubens *Dod*. Lapathum folio acuto rubente *Bauh*. *Rumex*
sanguineus *Linn*. floribus hermaphroditis, valualis integerr-
nis, vnica granifera, foliis cordato-lanceolati. (*Hexandr*.
Trigyn.) Folia in vsum cibarium cedunt, et virtute laxante
et refrigerante pollent. Vfus quoque tinctorius est. Valuula

exterior floris grano magno globoso rubro notata, rarius et altera grano minimo. His granis vis adstringens et anodyna tribuitur. Ge. Drachenblut, rothblätterichte Mengela wurzel. G. Sang de Dragon, ou Patience rouge. A. Dragons-blood. B. Drake-bloed, zwarre, of roode Patig.

SANGVIS DRAGONIS, est resina rubra, penitus in spiritu vini alcoholisato solubilis, saporis adstringentis, profluens ex arbore *Draco* dicta, diebus canicularibus partim spon- te, partim vulnere cortici illato, quae solis aestu tum efficcatur: adfertur nobis in folliculis ex foliis huius arboris conuolutis. Arbor ista crescit in insula Porto sancto aliisque insulis Canariensibus; truncus est admodum durus, superius diuiditur in octo et plures ramos, qui iterum subdividuntur, in cuius extremitate folia se erigunt instar Pancreatii, vel Yuccae Americanae. Est Palma prunifera foliis Yuccae; cuius flores floribus Asparagi, et fructus Cerasis similes sunt, colore subflauo, gustu subacido. Intus dicunt, detracta pelle, draconem, qualem pictores solent, accedente imaginatione repraesentare. Haec resina *Cinnabaris Dioscoridis* et veterum fuisse creditur. *Kaempferus* notat, duplicem nobis exhibere sanguinem pharmacopolia, haudquaquam sola puritate, quod creditur, sed ipso genere arborum, ex quibus colligitur, differentem: vnum nimirum in glebis, cuius ex Occidente quoque; alterum in guttis, cuius ex solo Oriente nobis fit copia. Ille in Canariensi insula manat, ex dehiscente caudice arboris pruniferae cuiusdam, *Draco* dictae, de qua mox dictum est. Idem ex arbore Santalina rubra prolicitur. Ita sentire persuasit communis lacrymae cum Santalo color, bonitatis nota, virtus et demum patria, videlicet Cholomandela (vulgo Cormandel), Madagascar et Aethiopia. Suffulcit opinionem etymi inter diuersas gentes cognatio et consensus: quandoquidem vocabulo, quo Persae draconis succum *Chuni Sengijoon*, id est sanguinem Sangibarensis, nuncupant, eodem quoque gentiles Gaugetici, Santali rubri lignum indignant. Ex alia rursus arbore eundem succum deriuari contendunt alii: nec mirum, dissentire de illius natalibus, addit *Kaempferius*. Varium enim adulterium, quin supposititium huius nominis genus, quod arte componitur; et pro encaustis et pictoribus venale prostat, variam coniecturae et erroris occasionem ignaris rimatoribus suppeditant. De hoc vero posteriori, quem *Sanguinem in gurtis* appellant, inter Nigritas Orientis, Malaio, Iauandisque explorauit autor, quod artificio eliciatur ex fructu parauulo,

strobili figura, arboris *μονοβλάστη* spinosissimae, quae est *Draco Indica* filiquosa, populi folio, Ang'ana *lauanica* *Comel.* *Lingoum Rumph.* *Pterocarpus draco* *Linn.* (*Diadelph. Decandr.*) At et variae aliae sunt arbores et plantae Indicae, quarum succus resinofus induratus sub sanguinis draconis nomine ad nos adfertur, v. c. *Calamus Rotang* *Linn.* et *Dracaena draco* *Linn.* Conueniunt omnes hi succi qualitate friabili, stiptica, inodora, viribusque increstantibus et adstringentibus. Hinc vsus in haemorrhagiis, diarrhoea et dysenteria, minus tamen forte tutus, internus commendatur; frequentior est et longe tutior in pulueribus dentifricis vsus, cum dentes firmat, et gingiuas scorbuto adfectas sanat. Gr. *Αἷμα δράκοντος*. Ge. *Drachenblut*. G. *Sang-dragon*. A. *Dragons-blood*. B. *Draken-bloed*.

SANGVISORBA, est herba *Pimpinellae* similis, perianthio diphylo, petalo quadripartito plano, capsula parua, biloculari, polysperma, (*Tetrandr. Monogyn.*). Species officinalis est *Sanguisorba* specis ouatis *Linn.* *Pimpinella* sanguisorba maior *Baub.* Sic dicta, quod vulneribus iniecta ferrum et spicula facile et citra sensum doloris exigit, vt nonnulli arbitrantur: sed potius, quod ei in sistendo sanguine, vndeunque emanarit, mira admodum insit efficacia; adeo vt hunc ipsum absorbere videatur. Idem quod *Pimpinella rubra*. Ge. *Korbe Pimpinelle*. G. *Pimprenelle rouge*. A. *Burnet*.

SANGVISUGA, i. q. *Hirudo*.

SANICULA, est planta officinalis, (*Pentandr. Digyn.*) quae plurima folia habet ex radice erumpentia, lata, obrotunda, dura, in quinque partes diuisa, denticulata, polita, pulchri coloris viridis, splendentis, et interdum in margine rubra, pediculis longis adhaerentia. Caules ex his euasuntur, inferius rubicundi; et in summitate habentes flores rosaceos et umbellatos, in capitulum conglobatos, quinque petalis constantes in orbem positos, ad centrum floris plerumque reflexis, et calyci insidentibus: is autem abit in fructum ex duobus seminibus compositum, hinc gibbis et echinatis, inde vero planis. Ex floribus nonnulli saepe steriles sunt. Dicitur et *Diapensia*. A vulneribus sanandis nomen traxisse vulgo constat; vires enim eximias resoluentes, abstergentes et vulnerarias, tam interne, quam externe, adhibita exferit. Saniculae nomine a quibusdam etiam aliae plantae denotantur ad diuersa genera pertinentes. Ge. *Sanisel*, *Sanisse*. G. A. *Sanicle*. B. *Sanikel*.

SANIES, est in vulneribus, vel vlceribus, materia pure tenuior, acrior, sanguinolenta, omnia vascula, quae in sinu

ulcerato attingit, erodens cum dolore. Ge. *Blutiger Eiter*, *dünner Eiter*. G. *Sanie*, *Mariere sanguinolente*. A. *Bloody Matter*. B. *Bloedige Eiter*.

SANITAS, vide *Hygieia*.

SANLEY, sunt radices Acori veri palustris in China proventientis, quae in taleolos scissae et exsiccatæ in thecis plumbeis asseruantur, et, ob eximias vires alexipharmacas, quas tum externe, tum interne, adhibitæ in morbis malignis et morfu venenatorum animalium præstant, in summo pretio habentur.

SANTALVM LIGNVM, triplex est, *album*, *citrinum*, et *rubrum*. Duo priora sunt medullium lignosum arboris Indicæ procerae, bacciferae, *Sarcanda* dictæ (Ostandr. Monogyn.). Vtrumque lignum qualitatis est fragrantis et aromaticæ, saporis amaricantis; eius tamen rarior hodie in medicina vsus est. Subuenenatam ligni recentis indolem pessima febris cum deliriis testatur, qua incolæ, dum hoc lignum caedunt, comprehendi dicuntur. Crescit in India, Siam, Timor et Solor. Rubrum ab alia arbore Indiæ orientalis provenit, flore papilionaceo, fructu siliquoso, quæ incolis *Pantaga* vocatur. Lignum est densum, ponderosum, coloris obscure rubri fere nigricantis, fibrosum, et quasi nodosum, odoris nullius, saporis subadstringentis. Vfus hodie pariter rarus in medicina, frequentior rubro-tinctorius. Extracto per menstruum spirituosum saltem præparando interdum medicamenta tinguntur. *Santalum caeruleum* vide *Nephrizicum lignum*. Ge. *Sandelholz*. G. *Santal*, *Sandal*. A. *Sanders*. B. *Sandelholz*.

SANTOLINA, Abrotanum foemina foliis teretibus *Baub. Santolina chamaecyparissus* pedunculis unifloris, foliis quadrifariam dentatis *Linu.* (Syngenef. Polygam. Superfl.) est planta, quæ instar arbusculæ habet caules, vel virgas lignosas, leuiter lanugine obductas, teneras, ramosas. Folia parua, valde angusta, cana, minutim denticulata, ita vt quatuor fere denticuli in eadem phalange agminatim dispositi conspiciantur, odore medicamentoso, et cum quadam suavitate graui, sapore partim acri, partim amaro. Flos est flosculus, globosus, plurimis scilicet flosculis constans multifidis; embryoni insidentibus, foliis imbricatis intermediis, et calyce squamoso quasi hemisphaeriis comprehensis. Embryo autem deinde abit in semen, pappis nequaquam instructum. Viribus gaudet balsamicis, tonicis, pellentibus, carminatiuis, præcipue vero anthelminthicis. Rarius hodie interne, frequentius externe, adhibetur. Sunt tamen, qui decoctam cum

lacte summopere contra vermes commendant. Habitat in Europa australi. Nomen videtur habere a Santonibus, Galliae Aquitaniae populis. Ge. *Cypressenfraut.* G. *Garderobe.*

SANTONICVM, seu SEMENTINA, SEMEN CINAE, SEMEN SANCTVM, SEMEN CONTRA VERMES, est semen constans e granis exiguis e viridi flavescentibus, intermixtis foliorum et caulium quisquiliis ex oriente ad nos adlatum; odoris atque saporis subaromatici, nauseosi, amaricantis. Planta, quae id semen profert, creditur esse Abinthium. Santonicum iudaicum et alexandrinum *Baub.* *Artemisa iudaica Linn.* foliis caulinis obouatis, obtusis, lobatis, paruis, floribus paniculatis pedicellatis; vel Artemisia foliis caulinis linearibus, pinnato-multifidis, ramis indiuisis, spicis secundis reflexis *Linn.* (Syngenef. Polygam; Superfl.) Crescit in Regno Boutang Mogolis, Caramania Persica, Palaestina, Arabia, Numidia. Semen pollet viribus balsamicis, tonicis, stomachicis, praecipue vero anthelminthicis. Hinc frequens eius vel in confectioe, vel in decocto, vsus contra vermes est. Nomen forte habet a Santonibus, Galliae Aquitaniae Populis, apud quos copiosissime prouenire dicitur. Germ. *Zitwerfaamen, Wurmsaamen.* G. *Barbotine, Poudre à vers, Semence contre les vers, Santoline, Semencine, Xanzoline.* A. *Worm wood, Worm seed.* B. *Worm-kruid, Zever zand.*

SAPA, vide *Apochylyisma* et *Defrutum*.

SAPHAENA, est venae cruralis ramus internus, qui per interius cruris latus sub cute fertur ad malteolum internum, vbi cum aliorum ramulis varie inoscatur, et in dorso pedis ad pollicem excurrit. Hanc antiqui in veteri affectibus frequentissime secabant. Forte a *saphis*, manifestus, quia manifeste demonstrari potest. Ge. *Die Frauen, oder Rosenader.* G. A. *Saphène.* B. *De Moeder-ader.*

SAPHATVM, est exulteratio crustosa in capite, non absumilis achori. Vide *Achor*.

SAPHIRVS, est Gemma caeruleo colore, pellucida et diaphana. Gemma pellucidissima, duritie tertia, colore caeruleo in igne fugaci *Wall.* Alumen Gemma pretiosa, lapidofum, pellucidissimum, solidissimum, caeruleum *Linn.* Sunt aliae quae colore caeruleo albae, aliae caeruleo lacteo: hae mares, illae foeminae olim appellabantur; aliae omni colore carent, albaeque vel leucosaphiri vocantur. Color in igne facile auferitur. Inter fragmenta quinque lapidum pretiosorum refertur; cum ei olim insignes vires cordiales, alexipharmacas et ophthalmicas tribueret credulitas. Rarius hodie in medicina adhibetur, nisi in antiquioribus quibusdam,

quas ingreditur, compositionibus. Ge. Ein Sapphir. G. Sappir. A. Saphire. B. Sapphier.

SAPIENTIAE DENTES, vide *Dentes*.

SAPINVS, est Abies, siue ipsius arboris infima pars, quae enodis est.

SAPON, est proprie compositum ex Sale alcalino et oleo expresso, vel destillato, cōstione vnitis, et redactis ad materiam consistentem, vel plane solidam, in aqua solubilem, praeditum virtute miscendi oleosa aquosis, et abstergendi quasuis fordes: qui cum oleo vnguinoso animali, vel vegetabili, fiunt, *Sapones fixi*, vel *vulgares* dicuntur; qui vero ex oleis aetheris, aut salibus volatilibus, praeparantur, *Sapones filosofici*, *starkeyani*, vel *volatiles*, dicuntur. Sapones fixi rursus, vel *molles* sunt, vel *duri*, quorum priores elixiuo cum vnguinoso animali conficiuntur et potissimum in vsum oeconomicum adhibentur; *duri* vero e purissimis oleis expressis, vt amygdalarum, vel oliuarum addito, lixiuo, praeparantur, et tales in officinis prostant Hispanicus, vel Alicantinus, Venerus, etc. Saponis in medicina vsus frequentissimus, tum internus, tum externus, est, dum ob eximias vires resoluentes, incidentes et abstergentes summo cum fructu in infarctu et obstructione viscerum, cachexia, ictero, calculo, tumoribusque duris adhibetur. Ge. Seifen. G. Savon. A. Soap. B. Zeep.

SAPONARIA, est plantae genus flore caryophyllaeo, (Decandr. Digyn.) calyce monophyllo, oblongo, quinquesido, petalis quinque, capsula longitudine calycis, tecta, uniloculari, cylindrica, polysperma. Species officinalis est Saponaria maior laevis *Baub.* *Saponaria officinalis* calcibus cylindricis, foliis ovato-lanceolatis *Linn.* Habet scilicet haec caules tenues, rotundos, nodosos, rubicundos, valde teneros. Folia sunt ampla, nervosa, Plantaginis foliis similia, sed mihora. Flores crescunt in summitate ramorum; pentapetali, vt plurimum coloris pulchre purpurei, interdum rosei, aliquando albi, odoriferi. Floribus succedunt fructus, plurimis seminibus tenuibus, obrotundis, rubris, foeti. Radix est longa, rubra, nodosa, oblique repens in terra. Sic dicitur, quod saponis loco substitui potest ob succum ei insidentem vere saponaceum, et ob quem aqua, in qua haec folia teruntur, spumescit. Viribus gaudet sudoriferis, diureticis; emmenagogis et anthelminticis. Hinc decoctum herbae et radicis in cachexia, leucorrhoea et morbis venereis commendatur, ipsique Sarsaparillae a quibusdam praefertur. Gr. Σαπιδιον, aliis Radicula et Lanaria. Vide

Srurbium. Ge. Waschkraut, Seifenkraut, Speichelwurzeln. G. Saponaire, Herbe à Foulon. A. Soap-wort. B. Zeepkruid.

SAPONARIAE NUCVLAE, Saponariae sphaerulae arboris filicifoliae *Baub.* Baccae Bermudenses *Marloe* sunt fructus exsiccati, Cerasi magnitudine, sub inuolucro inflato, flauo et transparente, nucleum album, dulcem, putamine duro nigro reconditur, continentes. Arbor in America, praecipue Iamaica et Brasilia, proueniens est Prunifera racemosa, folio alato, costa media membranulis vtrinque exstantibus donata, fructu saponario *Sloan.* Nucifera arbor Americana, fructu saponario nigro orbiculato. *Pluk.* *Sapindus saponaria* foliis imparipinnatis, caule inermi *Linn.* (Ostandr. Trigyn.). Calyce est tetraphyllo patente, corolla tetrapetala, calyce minori, capsulis tribus globosis, connatis, inflatis, quarum tamen vna saltem plerumque ad maturitatem prouenit. Fructus in aquam calidam immersi hanc spumescentem, incolisque ad vsum lotorium aptam reddunt. Materia saponacea pariter in spiritu vini solubilis est. Hinc tinctura et extractum summopere in cachexia et chlorosi commendantur. Rarissime tamen apud nos hi fructus prostant. Ge. Seifenbeeren. G. Savonnettes, pommes de Savon. A. Soap-berries.

SAPONEA, est linctus ex amygdalis confectus.

SAPOR, vide *Gustus*.

SAPOTA, *Abras sapor* *Linn.* Sapota fructu ouato maiori *Plum.* Est arbor procera Indiae Occidentalis, ferens fructus gratissimos acidulos, tres nucleos, vel amygdalas, continentes, quae in emulsione propinatae eximiis viribus diureticis et lithontripticis pollere dicuntur. Num haec arbor eadem sit cum Sappadilla, quae est annonae species, dubium adhuc est. Illa enim habere dicitur calycem pentaphyllum, florem pentapetalum, baccam ouatam, quinquelocularem, continentem semina solitaria, subouata, compressa, hinc denticulo prominentia, nitida. Aequae incertum est, quae sit arbor, quam *Lemery* *Zapotum*, vel *Zapotam*, vocat, incolis Cochit-Zapotl dictam, quippe cuius fructus, praecipue semina summe venenata dicuntur. Ge. *Sapotille*. G. *Sapotiller*.

SARACENICA SOLIDAGO, vide *Virga aurea*. Dicitur etiam *Herba forsis*, vel, vt quibusdam placet, *Sorris*. forte a Saracenis reperta fuit. Ge. Der Heiden Wundkraut. G. *Verge dorée*. A. *Confound of Saracens*. B. *Heidens-wondkruid*.

SARCITES, i. q. *Anasarca* et *Leucophlegmaria*.

SARCOCELE, SARCOMA SCROTJ, est excrescentia testiculi, quae ab eius inflammatione et scirrho diuersa est; in scirrho enim maior est durities quam est natua durities te.

ficuli, non in sarcocoele; in phlegmone testiculus acute dolet, breui intumescit; sarcocoele vero sensim et sine sensu excrescit. *Sauv.* Oritur ab obstructione, vel laesione vasorum testiculi ab inquinamento venereo, vel a contusione et violentia externa, et totum testem, omniaque eius vasa, ita replet, ut multo grauior, maiorque euadat: cumque eodem, ac herniae, loco fiat, κήλη vocata fuit, quamuis hic hernia proprie non adsit. Ex σάρξ, caro, et κήλη, tumor. *Germa.* Fleischbruch. *G.* Sarcocoele. *B.* Een Vlees-breuk.

SARCOCOLLA, est lacryma gummea in granulis, pollini Thuris similis, colore subruffo, vel flauo, sapore amaro, dulcedinemque Glycyrrhizae aemulantem post se relinquente, spongiosa, friabilis, in aqua penitus, in spiritu vini maximam partem solubilis, ad ignem spumescens et inflammabilis. Adfertur ad nos ex Persia, Arabia felici et Aethiopia, Profluit ex arbore quadam exotica, spinosa et nodosa, eiusdem cum lacryma nominis, quae tum sponte, tum sauciata, lacrymam illam profundit. Est haec Tithymalus myrsinitis specie arbuscula Aethiopica, subrotundis foliis, Stoechadis Arabicae squamato capitulo, lacrymam fundens; *Pluk.* *Penaea sarcocolla* foliis ouatis planis *Linu.* (I etrand. Monogyn) calyce diphylo, corolla monopetala, campanulata, quadrifida, capsula tetragona, quadriloculari, quadrivalui, seminibus binis oblongiusculis. Internus huius lacrymae vsus ob qualitatem lente purgantem, hincque intestinis insensam, suspectus est. Externe vlcera abstergere et consolidare creditur, vnde etiam nomen obtinuit. In lacte muliebri dissoluta summopere contra lippitudinem laudatur. Arabibus *Anzarot* vocatur. Sarcocolla dicitur ex σάρξ, caro, et κόλλα, gluten. *Ge.* Fleischleim, Sarcocolla. *G.* Colle chair, ou Sarcocolle. *A.* Sarcocolla. *B.* Vlees-lym.

SARCOEPIPLOCELE, est Hernia carnosae omentalis, quando omentum elapsum in carneam substantiam excrescit, et induratur, siue circa vmbilicum, siue in seroto fiat. Ex σάρξ, caro, ἐπιπλοϊον, omentum, et κήλη, tumor. *Ge.* Ein Fleischbruch am Nabel. *Ga.* Hernie charneuse du nombril, ou sarco epiplocele. *A.* A fleshy omental rupture. *B.* Een Navels-vlees-breuk.

SARCOMA, est excrescentia vitiosa, consistentiam circiter carnis obtinens, et in variis corporis partibus obueniens. — Item molarum in vtero productio. A σάρξ, caro, et μολίζα, porto, affero. *Ge.* Ein Fleischaemachs. *G.* Sarcome. *A.* Fleshy excrescence, or mole. *B.* Een vleeschbig Uitswas.

SARCOMPHALVM, est carnofa in vmbilico exortefcentia. Ex *σαρξ*, caro, et *ομφαλός*, vmbilicus. Ge. *Nabelfleifchbruch*. G. *Sarcophale*.

SARCOPHAGVM, i. q. *Cathaereticum*.

SARCOSIS, vide *Sarcoma*. — Item generatio nouae fubftantiae in vulneribus.

SARCOTICA, fiue carnem generantia, funt, quae moderato calore et vi deterforia, fordes e vulneribus et vlceribus tollendo, auferunt fimul impedimentum illud, cuius virtute impediatur efficacia illius caufae, per quam omnia in nobis refitituuntur et nutriuntur. A *σαρξ*, in carno: Ge. *Fleifchmachende Mittel*. G. *Sarcotiques*. B. *Middeltn, die Vlees doen groejen*.

SARDIUS LAPIS, feu **SARDA**, eft Gemma femidiaphana, loturae carnis, feu carni fanguinolentae, fimilis, vnde *Carneolus*, vel corrupte *Corneolus* vocatur. Eft Achates fere pellucida colore rubefcente *Wall*. *Silex carneolus vagus*, diaphanus, vnicolor, ruber *Linn*. Qualitatis eft irrefolubilis, ad vsum medicum ineptae et infidae, tamen ob vires cardiacas, quae ei olim tributae funt, inter fragmenta quinq; lapidum pretioforum officinalium refertur. Non omnes vnusmodi inueniuntur coloris: alii enim funt rubri, alii exigua fanguinis rubedine. Laudatifsimus carneolus in Sardinia inuenitur, fed etiam in Europa et Oriente eiusmodi lapides reperiuntur. Ge. *Sardis*, *Carneol*. G. *Cornaline*. A. *Sardis-stone*, *Carneol*. B. *Zardus*, *Carneool*.

SARDONIUS RISVS, **SARDIASIS**, eft rifus praeter voluntatem nobis adueniens, ex conuulfionibus ortus, cum labiorum oris diductione. Effe in infula Sardinia fontes dicunt, circa quos maxime *Herba fardonia* fuccrefcit, quae etiam ideo *Herba fcclerata*, vel *Apium rifus*, dicitur, et proprie fpecies eft *Ranunculi*, fcilicet *Ranunculus paluftris*, *Apiofolio laevis* *Bauh*. *Ranunculus fccleratus* *Linn*. foliis inferioribus palmatis, fummis digitatis, fructibus oblongis: etiam paffim apud nos circa foffas et paludes proueniens. Haec herba; vt dicitur, comefta vefcentium neruos contrahit, riftu ora diducit; vt, qui ita moriuntur, ridentium facie intereant.

SARE, i. q. *Effere*.

SARMENTA, praelongae funt Vitium virgulae, in quas vitis luxurians fpargitur, hoc eft, vitis ipfus, brachiorum et caulium ligna, tam dum funt in ipfa vite, quam dum exfecta, vel exenta funt. Ge. *Nebenhels*, *Reifer vom Weinfiod*. G. *Sarment*. B. *Wyngaards-rank*, *of Tak*.

SARMENTOSVS, botanicis dicitur *caulis filiformis, geniculis radicantibus*.

SARSA PARILLA, aliis *Sparta parilla*, it. *Sal saporilla*, quod Hispanis fere idem sonare, quam humilis morus, dicitur. Radix est tenuis, longa, lignosa, fililis, fibrosa et vniformis. Color externus obscure griseus, vel aliquantulum flauescens. Substantia interna friabilis et farinacea est. Adfertur ex noua Hispania, Peru, aliisque locis Americanis, vbi sponte et vberitn in sepibus adolefcere dicunt. Planta est Smilax aspera Peruuiana *Baub.* Smilax viticulis asperis virginiana; folio hederaceo laeui, Zarza nobilissima *Pluk.* Smilax *sarsaparilla* caule aculeato angularo, foliis inermibus, ouatis, retulo-mucronatis, trineruiis *Linn.* (Dioec. Hexandr.). Radix primum ad nos saeculo decimo sexto adlata, magna laude ob singularem contra morbum venereum virtutem celebrabatur, quam tamen in climate nostro non prorfus sustinet. Qualitatis est siccae, inodorae, glutinosae, amaricantis, viribusque diureticis, diaphoreticis et purificantibus pollere creditur; hinc decoctis contra arthritidem, cachexiam, aliaque lymphae viria additur. Sunt, qui, adiunctis mercurialibus, summo opere in adfectibus venereis commendant. *Ge. Sarsaparille. G. Salspareille. A. Salsaparille. B. Zalzaparil, steckende Winden.* — Dicitur et *Zarzapillo*.

SARTORIVS MUSCVLVS, siue **FASCIALIS LONGVS**, est inter eos, qui tibiam flectunt. Hic spinae superiori illius ossis affixus, decussatim caeteris superstratus musculis femoris interiori sub genu tibiae ossis acutae eminentiae implantatur. *Ge. Der Schneidermuskel. G. Le Coururier. B. De Windel-spier, Snyer-spier.*

SASSAFRAS, arbor est praegrandis, nascens in Florida; folio ficulneo, cortice ex fuluo nigricante, aliquantum acrisapore, sed aromatico, odore fere Foeniculi et Cinamomi mixto redolente. Dicitur et *Panama*. Est Cornus mas odorata folio trifido, margine plano, Sassafras dicta *Catesb.* *Laurus sassafras* foliis trilobis integris *Linn.* (Enneandr. Monogyn.). Viribus gaudet diaphoreticis, pellentibus, roborantibus et purificantibus. Prostat aqua, spiritus et oleum destillatum, quod in aqua fundum petit. Cortex et lignum vim suam aquae communicant; hinc decocta eius in coryza, morbis podagricis, cachexia, hydrope, scabie, et lue venerea in maximo vsu sunt, praesertim si ex radice sit, quippe radix reliquis partibus praeualet, adeoque et eius cortex. *Ge. Fenchelholz, Sassafras. G. A. Sassafras. B. Zassfras-bout.*

SATVREIA, siue **CUNVLA**, est plantae genus seminibus quatuor in calyce coniuente reconditis, (Didynam. Gynnosperm.) cuius species apud nos maxime frequens et officinalis est *Satureia hortensis* *Baub.* *Satureia borrensis* pedunculis bifloris *Lin.* Habet haec caulem paruum, rotundum, acutum, lanuginosum, rubicandum: ex vno pedunculo plures tales caules nascuntur. Folia sunt angusta, parua, oblonga; *Hystopum* referentia, aliquantulum lanuginosa, multis foraminibus pertusa, quae non penetrant, odoris Thymi, sed debilioris et minus penetrantis, saporis acuti, grati. Flores sunt parui, in alis foliorum sparsi, non in capita congesti, nec verticillatim dispositi, in pedunculis ramolis crescentes, galea erecta, bifida, barba trifida, segmento medio crenulato; semina quatuor minima, fere rotunda; in capsula, quae floris calyx fuit, inclusa. Radix minima, simplex, lignosa. Haec planta in Gallia australi habitans apud nos frequenter in hortis colitur. Qualitatis est spirantis et aromaticae, viribusque nervinis, resoluentibus et excitantibus gaudet. Prostat herba, aqua et oleum, quod praecipue ad otalgiam et odontalgiam commendatur. Decoctum auribus iniectum soporem discutere dicitur. Laudatur quoque in angina. Foliorum puluis vino sumtus pulmones subleuat. Frequentior tamen huius plantae vsus in condiendis cibis est. Putatur a saturando nomen habere; sed alii a Satyris nomen traxisse putant, quod scilicet marcescentes ad coitus stimulet. *Theophr.* *Σάτυρον* forte *κρόν* et *Σάτυρον*, ob fragrantiam. *Ge. Gartensop, Wesserkraut, Gartenquendel, Saturey. Ga. Sariette, Sarriée, Savorie. A. Savory. R. Keule, Kunne, Kunneke, Boon-kruid.*

SATVRANTIA, sunt, quae acidum in corpore nostro absorbent. Vide *Absorbentia*.

SATVRATIO, terminus est chemicus, qui vsurpatur, quando salia duo contraria, vt acidum et alcali, cum effervescentia affunduntur sibi pedetentim ea copia, donec vnum, aut alterum sal non magis praedominetur, vel effervescentia inter ambo obseruetur, sicque sal medium natum sit. *Ge. Sättigung. G. Saturation.*

SATVRNVS: per eum intelligunt chymici *Plumbum*. Vnde *Saturnina*, quae ex plumbum parantur.

SATYRIASIS, SATYRIASMVS, PRIAPISMVS, vel SALACITAS, est morbus viris proprius, cuius praecipuum symptoma est effraenis impudensque veneris cupiditas cum libidinosa penis tentigine. *Priapismus* autem est Priapi, siue virilis membri, inuita erectio, etiam absque appetitu congressus,

conuulso et tetano diu affecto pene, quod non sine dolore fieri solet, ita vt tensio a coitu peracto non remittat, vt in Satyriasi accidere solet, licet et in hac mox noua erectio, eaque saepius subsequatur. Dicitur et *Tentigo veretri*. A *σάτυρος*, simius: syluestris hominem referens, et venerem summopere appetens, vel a *σάτυς*, membrum virile. B. *Venus-quelling*, *Schaggs-steuighëid*.

SATYRION: huius plantae sunt variae species, variaeque nomina. Communiter vero in officinis Satyrii radix sumitur pro radice plantae in Europae pascuis duris nascentis, quae est Orchis alba bifolia minor, calcari oblongo *Bauh. Orchis bifolia* bulbis indiuisis, nectarii labio lanceolato integerrimo, cornu longissimo, petalis patentibus *Linn.* (Gynandr. Dian. dr.). Poller haec qualitate hircina et mucilaginoso, viribusque inuisantibus, lubricantibus, et, vt creditur, aphrodisiacis. Hinc in dysenteria, sterilitate et atecnia commendatur, et electuarium diatatyrium ingreditur. A Satyris nomen habere putatur, qui primi syluestres dii colludentes nymphis per syluas et antra ad firmiorem venerem herbam hanc inuenerunt. Vel dicitur *κατὰ τὴν σάτυν, τὸ αἰδοῖον*. Gr. *Σάτυς* enim est pudendum virile, et *αἰδοῖον*, inguen, pudendum. Vide *Orchis*, *Salab.* Ge. *Knabenkraut*. G. *Satyrium*.

SAVRE, Gr. *Σάβρον*, putatur esse Nasturtium, quod instar lacertae mordeat sua acrimonia.

SAXIFRAGA, SAXIFRAGVM, ET SAXIFRAGIA, *Saxifraga alba rotundifolia Bauh. Saxifraga granulata* foliis caulinis reniformibus lobatis, caule ramoso, radice granulata *Linn.* (Decandr. Digyn.) est herba, quae habet caulem minimum, tenerum, rotundum, villosum, ramosum, purpureum. Folia sunt obrotunda, in margine incisa, Hederam terrestrem fere referentia, sed succulentiora et magis alba, pediculis mediocriter longis et villosis adhaerentia. Flos est rosaceus, pentapetalus, calyci quinquesido innatus; post florem apparet fructus obrotundus, qui in duo loculamenta per maturitatem dehiscit, fundens semina minima, rubicunda, longiuscula. Radix est fibrosa, cui adhaerent tubercula instar seminum Coriandri crassa, coloris partim purpurei, vel rubicundi, partim albi, saporis amari. Haec tubercula vocantur vt plurimum semina Saxifragae. Haec planta crescit in locis incultis, vt circa montes. Est qualitatis insipidae, saporis subacris, eique olim vires aperientes et diureticae tribuebantur. Hodie tamen vix in vsu est. — Alia autem est *Saxifraga*, scilicet *Saxifraga vulgaris*, siue *Anglica*, Hippo-

marathrum Anglicum, Foeniculum erraticum, Sefeli pratense, Silaus forte *Plinio*, *Baub.* Angelica pratensis Apii folio *Tournef.* *Sefeli Linn.* (Pentandr. Digyn.). Qualitatis magis acris, calidae et aromaticae, cuiusque virtutes diuréti-
cae passim laudantur, vsus tamen pariter apud nos exole-
tus, apud Anglos frequentior est. — At et in officinis pro-
stat *Saxifragae rubrae* radix, quae est radix, Filipendulae
vulgaris *Baub.* *Spiraeae filipendulae* foliis pinnatis, foliolis
uniformibus serratis, caule herbaceo, floribus cymosis *Linn.*
(Iosandr. Pentagyn.). Haec passim in Europae pratis prò-
ueniens qualitatis est subadstringentis, eiusque decoctum in
leucorrhoea, dysenteria et herniis prodesse dicitur. *Ge.*
Steinbrech. G. A. *Saxifrage.* B. *Steenbreck.*

SAXIFRAGA, seu LITHONTRIPTICA, sunt ea medica-
menta, quae valent calculum in renibus, vel vesica, haeren-
tem frangere, et expellere ex corpore. *Ge.* *Steinermal-*
mende Urzengen. G. *Lithonriptiques.* A. *Lithonriptics.*
B. *Steenbreckende Middelen.*

SCABER, botanicis est truncus plantarum punctis emi-
nentibus rigidiusculis exasperatus.

SCABIES, est durior cutis aspretudo, leuisque exulcera-
tio pruriens, et interdum rodens, plerumque extremitates,
interstitia digitorum, saepe etiam truncum, raro faciem in-
vadens; in hac pustulae oriuntur modo humidiores, modo
sicciores. His ruptis, vlcus fit; id, purgata sanie, crustula re-
ctum obdurefcit, quae postquam decidit, continuo aliae pu-
stulae in vicinis locis exfurgunt. Oritur ab humore acri in
vasis cutaneis aggesto, qui vel in ipso corpore nascitur a ci-
borum salitorum fumoque induratorum crebro vsu, vel aliis,
hoc malo laborantibus, per contagium comunicatur; eo
autem grauius malum est, quo magis cutem asperat, quoque
prurit magis, et quo plures occupat partes; et quo somnum
magis aufert: prauis ea radicibus, quae talis est, nimitur;
magnoque negotio tollitur; itaque hanc Graeci *κνυπταρ*, id est
feram, nominauerunt. Scabies aliis quidem ex toto desinit,
aliis certo anni tempore reuertitur; aegerrime autem in se-
nibus sanescit, pessimaque in capite esse solet. *Scabies* est
humida, vel *sicca*; *humida* est cutis inaequalitas ab obstru-
ctione vasculorum lymphaticorum, cum pustulis humidis et
purulentis cum prurigine quadam coniuncta. *Sicca* est qua-
druplex, *Pruritus*, *Impetigo*, *Psoa* et *Leprosia*, de quibus suo
loco. Gr. *Ψωρα.* Ge. *Die Krätze.* G. *Gale*, *Rogne.* A.
Isch. B. *Schurft*, *Schurfsheid.*

SCABIES VESICAE, veteribus dicebatur, quum in vrina, cum dolore excreta, moleculae furfuraceae apparent; tunc enim internam vesicae tunicam erosam arguebant.

SCABIOSA, est plantae genus, (Tetrandr. Monogyn.) quod plerumque folia habet ex radice erumpentia oblonga, ampla, villosa, forma Valerianae maioris, profundius subinde laciniata, alias minus, sapore subacri. Ex his prodeunt caules rotundi, villosi, caui, foliolis quibusdam cincti inferioribus similibus, sed minoribus. Flos est flosculosus, plurimis scilicet flosculis inaequalibus constans, calyce communi comprehensis: horum autem alii, qui medullium occupant, quadrifidi, aut quinquesidi, caeteri ad oram positi, bilabiati sunt, laciniis exterioribus maioribus, singuli embryonis supremae parti coronatae insident, et calyce proprio comprehenduntur, qui deinde abit in capsulam vel simplicem, vel infundibuliformem, semine foetam coronato, quod prius embryo fuit. Radix est longa. Species officialis est *Scabiosa pratensis hirsuta* *Baub.* *Scabiosa arvensis* corollulis quadrifidis radiantibus, caule hispido, foliis pinnatifidis, lobis distantibus *Linu.* Debilis quidem videtur qualitatis. Vires tamen ei alexiteriae, bechicae et exanthematicae tribuuntur. Prostat in officinis radix, herba, aqua et syrupus. Haec planta crescit in aruis, in segetibus planis et leuioribus passim obuia. Herba haec appellatur vel a scabro habitu, vel quod scabiei medeatur.—Substituitur ei nonnunquam *Centaurea scabiosa* calycibus ciliatis, foliis pinnatifidis, pinnis lanceolatis *Linu.* Ge. *Apostemfraut*, *Scabiose*, *Gründfraut*. Ga. *Scabicusse*. A. *Scabious*. B. *Schurfs herb*, *Apostem-kruid*.

SCADICACALLI, vide *Euphorbium*.

SCALA, est instrumentum chirurgicum, veteribus vsitatum, quo articuli dislocati restituantur, dicitur quoque *Ambr. Gr.* *Κλίμαξ*. Ge. *Eine Leiter*. G. *Echelle*. A. *A Ladder*. B. *Een Ladder*, *Leer*, *Ladder*. — Item sic vocatur cavitas in cochlea auris internae, bifariam diuisa per lamellam, partim osseam, partim membranaceam, vnde nascuntur duo cuniculi caui, fere semiconici et aequales, in apice cochleae communicantes, quorum superior, qui in vestibulum aperitur, a *Valsalua* aliisque dicitur *Scala vestibuli*; inferior tympanum spectans, atque in eius foramine rotundo apertus, vocatur *Scala tympani*. Vide *Cochlea*.

SCALA AFFINITATIS, vide *Affinitas*.

SCALENI MUSCVLI, sunt vtrinque duo muscoli e pluribus portionibus compositi, quorum alter *Scalenus anterior*, vel *primus*, alter *Scalenus posterior*, vel *secundus*, dicitur.

Anterior oritur a superficie externa costae primae, prope portionem cartilagineam. Posterior, magis retrorsum ab eadem costa provenit. Ambo, oblique versus apophyses transversas trium superiorum, vertebrarum cervicis adscendunt, iisque inferuntur. Inter hos musculos perui et vasa brachialia transeunt. Ad latus Scaleni posterioris, adhuc sunt duae portiones musculosae, quae a quibusdam anatomicis Scalenus tertius et Scalenus quartus dicuntur. Oriuntur hi a secunda et tertia costa vera, et apophyibus transversis quinque inferiorum vertebrarum cervicis inferuntur. Omnes hi muscoli collum flectunt, vel ad latus inclinant. Neque minus pro eleuatoribus costarum habentur. Ge. Die ungleichdreyseitigen Muskeln. G. Les Scalenes. B. De onge-lykzydige drieboeks Spieren.

SCALPELLVM, vide *Scalprum*.

SCALPELLVM VMBILICARIVM, Gr. Ομφαλιτης, Poll. Est cultellus, quo obstetrix praecidit puerorum funiculum umbilicalem.

SCALPRVM, SCALPELLVM RASORIVM, est culter, quo ossa ante amputationem raduntur, et a periosteo denudantur. Ge. Ein Schabeisen. G. Couteau à ratisser. B. Een Beitel.

SCALPRVM CHIRVURGICVM, Celso, Scalpellus eid. Phlebotomum Isidor. Φλεβοτομον, Μαχαίρη; Ammonio, Μαχαίρη Όξύβελής Hippocr. Galenus, Φλεβοτομον vocat. Idem Μαχαίρη στρυβοειδή nominat, quod Σμιλλον γαστροειδές Galenus; nimirum cuius medium latius sit et ventricosius. Vide *Lancetta*. Ge. Ein Glietmesser, Kasseisen, eine Lanzette. G. Lancette. A. Lanccer. B. Vlym, Laar-zyer, Lanccer.

SCALPRVM, est caelum, quo non tantum digitorum phalangae, verum etiam cubiti et radii capita, ictu mallei amputantur. Ge. Ein Meißel. G. Un Ciseau.

SCALPTVRA, est frictio fortior unguibus, aut corpore aliquo scabro facta, quae pruritu plerumque instigata, crustas epidermidi adhaerentes tollit, et per stimulum humores ita allicit, ut pars magis caleat et doleat. Ge. Das Kratzen. G. Le Grattemens. B. Krabbing.

SCAMMONIVM, SCAMMONEVM, SCAMMONIA et SCAMMONEA, est succus inspissatus ex lactescente radice alicuius Conuoluuli, Scammonea dicti. Est hic Conuoluulus syriacus Moris. Conuoluulus scammonia foliis sagittatis, postice truncatis, pedunculis teretibus subtrifloris Linn. (Pentandr. Monogyn.). Crescit haec planta in Syria, Myfia et Cappadocia, sed praestantissimus succus Alexandrinitis

est et Aleppensis. Abscinditur superior pars radicis, et fucus lacteus exstillans in vasculum excipitur, breui tempore condensatus, tumque Scammonium dicitur. Probatur, quod nitidum est et splendidum (instar Gummi), rarum, cito liquefcens, friabile, colore, cum frangitur, fuluo, non valde ponderosum, tactu linguae lactescens, nec vehementer eam calefaciens, odoris debilis, nauseosi, saporis acris amarican-
 tis. Viribus polltet sat validis purgantibus, licet absque magno dolore. Datur ad grana aliquot. Substantiae est gummoso-resinosae, hinc in mixtione aquae et spiritus vini totum fere solubile. Pars, quae spiritu vini solo extrahitur et praecipitatur, sub *Resinae scammonii* nomine prostat. Sat frequens huius remedii, ob dosin paruum, solubilitatem et saporem debilem, vsus est, pluribusque formulis compositis purgantibus additur. Decoctum radicis exsiccatæ vt tutissimum remedium purgans commendari coepit. Vis purgans solius radicis succo inest, quippe qua folia, caules, flores et semina destitui dicuntur. Iusto frequentior Scammonii vsus humores omnes fundere, et ad plenariam exhaustionem ex-
 turbare posse creditur. Scammonium acidis, v. c. acido sulphuris, vt putant, correctum dicitur *Diacrydium*, quasi diceret *δακρυδιον*, siue lachrymulam. Ge. Scammonien, Purgier-
 fraut. G. Scammonée. A. Scammony. B. Scamonea.

SCAMMNUM HIPPOCRATIS, est instrumentum longirudi-
 ne sex vlnarum, seu cubitorum, membrs luxatis et fractis restituendis accommodatum. Ge. Hippokratische Einrichtung oder Ziehbant. G. Le Banc d'Hippocrate. A. Bench of Hippocrates. B. De Bank van Hippocrates.

SCANDENS, botanicis dicitur *planta*, aut *truncus plantae*, alta petens, aliis corporibus sustinendus.

SCANDIX, est planta umbellifera, (Pentandr. Digyn.) quae habet folia longis pediculis appensa, Coriandri diuisura tenui, sapore subdulci, subacri, et nonnihil nauseoso. Caules sunt tenues, ramosi, villosi, superius virides, inferius rubicundi. Flos est rosaceus et umbellatus, plurimis scilicet petalis constans in orbem positus, et calyci insidentibus. Is autem abit in fructum longissimum, subulatum, bipartibilem, compositum ex duobus seminibus subulatis, hinc conuexis, sulcatis, inde planis, rostro filiformi, basi nucleum condentibus. Radix est digiti minimi crassitie, simplex, alba, saporis dulcis. Crescit passim haec planta in aruis atque vineis. Rarior eius in medicina vsus est, quamvis ei vires aperientes, resoluentes, vulnerariae, praecipue in tollendis vesicae morbis, attribuuntur. Sunt, qui acetariis addere

addere amant. Dicitur etiam *Pecken Veneris*. Scandix forte vocatur a *scin*, id est *ξίνω*, feco, quia semen ei acutum. Ge. Nabelkörbel, Schnabelkraut. G. Peigne de Venus. A. *Shepherd's needle*, Venus Comb. B. *Naald kervel*.

SCAPHA, est fasciarum species capiti propria, inferuens venae sectioni in fronte institutae. Ge. Schifbinde. G. *Le Scapha*. B. *Schuit zwagel*.

SCAPHA, dicitur cavitatis in aure externa, quae inter bina Anthelicos cornua excavaata est, et versus anteriora, Helicis portione terminata. Ge. Der innere Umriss im Ohr. G. *Fosse de cavité naviculaire*. — *Scapha*, vel *Scaphula*, etiam recessus in ima coniunctione labiorum pudendi mulieris vocatur.

SCAPHOIDES, NAVICVLARE, est *Officulum* carpi, situm in primo ordine, connectitur cum radio, et quatuor carpi officulis. — Est quoque tertium os tarsi in pede, *Naviculare* dictum, a scaphae, seu cymbae, similitudine: connectitur illud cum parte anteriori tali, vel astragali, et tribus ossibus cuneiformibus. Ge. Das Schiffgleiche Bein. G. *l'Os Scaphoide*. B. *Schuitagtig Been*.

SCAPVLA, vide *Homoplata*.

SCAPVLARE, s. *Fascia scapularis*, est fasciae species, quae scapulis inhaerens aliis fasciis thoracis et abdominis firmandis inferuit. Ge. Die Schulter-Trag- oder Jochbinde. G. *Le Bandage scapulaire*.

SCAPVUS, est caulis eleuans fructificationem, non folia, vel pedunculus radicans caulis faciem induens. G. *Hampe*.

SCARIFICATIO, est incisio cutis scalpello, vel phlebotomo, quae fit cum, vel sine cucurbitulis. Sine cucurbitulis fit in membris et partibus gangraena corruptis, vt viua pars a mortua separetur, et liquores stagnantes inferius atque perpetuo putrescentes liberius effluere queant. Cum cucurbitulis autem instituitur, vt extrahatur sanguis ex vasculis cutaneis, inferuitque loco venae sectionis, et tum plerumque plures cultelli vna capsula contenti simul applicantur. Gr. *Εγχεστικὴ, Καταχυστικὴ, Ἀποδιητικὴ Hippocr. Ἀροχαστικὴ*. Ge. Das Schröpfen. G. Scarification. A. Scarification, Cupping. B. *Insnyding, Scarificering, Vliemen, Schrabben, Kopping*.

SCARIFICATORIVM, est instrumentum, quo scarificatio, siue incisio fit, estque, vel *simplex*, seu vnus cultellus, vel *compositum*, e pluribus cultellis capsula comprehensis constans. Ge. Das Schröpfseifen. G. Scarificatoire. A. *Cupping-glass, Lancer*. B. *Een Scherf, of Vliem-gzer*.

SCARIOLA, vide *Endiuiia*.

SCARIOSVM, botanicis est *folium*, substantia sicca, arida, tactu sonora; aut *perianthium* squamis margine membranaceis, aridis, sonoris.

SCARLATINA FEBRIS, est febris exanthematica, quae inuadere solet tempore aestiuo in primis infantes, maculis paruis rubris, crebrioribus et multo latioribus, magisque rubentibus, sed non tam vniuniformibus, quam in Morbillis, et quibus cutis vniuersa inhaerit. Maculae hae ad duos, vel tres dies persistunt, postea euanescent, cuticula squamatim decidit, quod bis, vel ter, abit reditque. Ge. *Scharlachfieber*. G. *Fieure Pourprée, Rouge, Scarlatine*. A. *Scarlet fever*. B. *Purper-koorts*.

SCARLEA, i. q. *Sclarea*.

SCAVRVS, est is, cui tali sunt exstantes. Ge. *Der große Knorren, oder Knöchel, an Füßen hat*. B. *Plomp biel, groot van Enkelen*.

SCELERATA, vide *Barrachium, Ranunculus*.

SCOLETVM, est ossium totius corporis arida compages, arte anatomica articulis suis coniuncta, et locis debitis reposita. A *σκέλλω*, arefacio. Est vel *naturale*, quando ossa propriis ligamentis inter se nexa manent, vel *artificiale*, quum iunguntur tali substantia, quae non fuit pars corporis, vt filis ferreis, vel aurichalceis. Ge. *Ein Beinrörper, ein Skelet*. G. *Un Squellette*. A. *A Skeleton*. B. *Een Been-geraamte*.

SCOLETOPOIEA, est ars partes molles corporis animalis debito modo tollendi, et ossa secundum naturalem situm coniungendi.

SCOLETYRBE, quasi cruris perturbatio, secundum Galeni descriptionem est species resolutionis, qua erectus homo ambulare non potest, et latus alias in redum, quandoque sinistram in dextrum, vel vicissim, circumfert; interdum quoque pedem non attollit, sed attrahit, velut ii, qui magnos cliuos adscendunt. A quibusdam ad Choream S. Viti referitur: saepe etiam symptoma scorbuti est. *Plinio Scolotyrbē* idem est, ac *Scorbutus*. Ex *σκέλας*, crus, et *τύρβη*, tumultus, vnde aqua scelotyrbitis, quae aduersus scorbutum vsurpatur.

SCHESIS, est corporis dispositio: vnde *Schetica febris*, quae in dispositione est, non in habitu. A *σχηματίζω*, dispono, effingo.

SCHETICA FEBRIS, opponitur Hecticae; Schetica quippe in sanguine tantum et humoribus ita radices egit, vt facile curam admittat; Hectica vero in ipsa *ἕξι*, siue partibus solidis ita altius radicata est, vt non nisi difficulter medicamentis curetur.

SCHIATICA, SCIATICA, vide *Arthritis*, eam praecipue speciem arthritidis denotat, quae articulum femoris cum acetabulo occupat. Ge. *Hüftweh*. G. *La Sciarique*. A. *Sciatica*.

SCHIDACEDVM, SCHINDALMOS, est fracturae species, per ossis longitudinem, non per transversum, factae, quae *κατάσπλις* vocatur. Vide *Caledon*.

SCHISMA, est scissura in dura, vel molli parte. A *σχίζω*, fido. Strictè de pudendo muliebri dicitur. Ge. *Spalte*, Rist. G. *Fissure*, *Fente*.

SCHOENANTHYM, et SCOENANTHYM, Foenum camelorum, l. *Pala* de Mecca quibusdam. Iuncus aromaticus odoratus *Baub*. *Andropogon schoenanthus* paniculae spiculis conjugatis obovato-oblongis, rachi pubescente, flosculis sessilibus, arista tortuosa *Link.* (*Polygam. Monoec.*) est planta graminibus adfinis, cuius culmi exsiccati vna cum peniculis ex Turcia et Arabia, ubi copiose adeo, praecipue circa montem Libanum, prouenit, vt Camelis in pabulum cedat, ad nos adferuntur. Odoris est fragrantis ad Rosarum et Pulegi odorem accedentis, saporis acris et aromatici, viribusque emmenagogis, castmianis, stomachicis et alexipharmacis gaudet. Hodie rarioris est usus, theriacam tamen ingreditur. — Ab aliquot abhinc annis ex insula Bourbonia et Madagascar alia ad nos adhuc adfertur species Schoenanthi, paniculis minoribus et gustus longe acrioris, cuius infusum in adfectibus rheumaticis valde laudatur. Ge. *Kamelsheu*, *Kamelsstroh*. G. *Schoenante*, ou *Jonc odorant*. A. *Camels-bay*. B. *Kemels-hooi*, *Kemels-stroo*. Ex *σχαιος*, foenum, et *άνθος*, flos. Vocatur et *Squinanthum*.

SCHOENOPRASVM, est quasi *Porrum iuncum*. Ex *σχαιος*, iuncus, et *πρασον*, porrum. Vide *Porrum*. Ge. *Schuitzlauch*, *Bingenlauch*. G. *Petir poireau*, *Appetirs*. A. *Porrer*, *Cive*. B. *Bies look*, *Bies-porrei*, *Honds-look*, *Ast-look*.

SCHOENOS, Gr. *Σχαιος*, est Iuncus, *ωσπερ τὸ σχαιον*, id est retinendum, ligandum: Iuuco enim vincitur. Vide *Iuncus*, *Schoenus* III. *Linnaeo* est genus plantarum ad gramineas pertinens, (*Triandr. Monogyn.*) cuius Glutina bivaluis, multiflora, petala sex, lanceolata, acuta, situ inaequalia, fereque imbricata, corolla laxè connuens, demittens semen maturam, vnicum, subovatum, obsolete trigonum, nitidum: ad quod genus plures species referuntur.

SCILLA, l. SQUILLA, est plantae genus flore liliaceo, (*Hex. Monog.*) corolla plana hexapetala, capsula lubouata, glabra, trifurca, triloculari, triualui, polysperma. Species officinalis est *Scilla vulgaris* radice rubra *Baub.* *Scilla maritima*,

nudiflora, bracteis refractis *Linm.* Habet haec folia longa, ampla, lata, carnosa, viridia, succum viscosum et amarum continentia. Flores Ornithogalo, vel Hyacintho Stellari, similes sunt, et in spica crescentes, antequam folia apparent. Fructus est rotundus, trigonus, foetus seminibus nigris. Radix bulbosa, maxima, pugnum crassa, cepacea, ex plurimis tunicis, vel lamellis compacta, inferius multis crassis fibris praedita, saporis nauseosi, acris, amari, odoris nullius. Haec radix sola in usum medicum adhibetur. Recens acris adeo et fere corrosiva est; hinc olim in pastam farinaceam involuta in furno coquebatur, hodie plerumque in taleolos discissa leni calore exsiccat. Praestantissimis viribus incidentibus, stimulantibus, diaphoreticis, diureticis et hydragogis pollet; hinc frequentissimus eius in asthma humido, tussi, cachexia, ietero, praecipue vero omnibus speciebus hydropis, usus est. Plerumque ob qualitatem nauseosam, qua etiam maiori doxi vomitum excitat, lenia aromata adduntur. Datur vel in pulvere ad grana aliquot, vel acetum superfunditur, quod *Acetum squilliticum* dicitur, et ex quo, addito melle, *Oxymel squilliticum* praeparatur. Et vinum radici recenti superfusum summopere in hydropo commendatur. Sunt veterum nonnulli, qui recentem radicem cultro ferreo scindi vetant, hunc veneno infici putantes, hinc eburneum, vel ligneum, praefereunt. Pasta, qua radix recens cocta est, venenata, volucris, saltem extensa creditur. Haec planta, crescit in Hispania, Lusitania et Sicilia circa mare, unde etiam *Cepa marina* dicitur. Nomen accepit, vel quod inter hanc et marinum testaceum piscem, a tunicata squamarum compactili serie Squillam vocatum, magna similitudo. Vel ἀπό τῆς σκίλλης, id est, ariditate, quod in sabuletis marinis, sole retorridis, oriatur. *Ge. Meerysiebel. G. Scille. A. Squills, Sea Onion. B. Zee-ajuin.*

SCINCUS, STINCUS MARINUS, *Lacerta scincus* cauda tereti mediocri, apice compressa, digitis muticis marginatis *Linm.* (Amphib. Reptil.) animal est quadrupes, oviparum, magnitudine et figura Lacerti viridis, oblonge rotundo capite, et acuminato ore, longa rotundaque cauda, a qua ad caput usque fusca linea excurrit, praeditum, squamis exiguis et frequentibus rectum, coloris sublatei, in Arabia et circa Mare rubrum reperiendum, unde ad nos euisceratum et exsiccatum adfertur. Singulares ei a quibusdam, vix tamen satis constantes, virtutes alexipharmaciae, et praecipue aphrodisiaca, tribuuntur, hinc et electuarium diastyrion et mithridatum ingreditur. Rarissimi apud nos usus. *Lucolae*

Aegypti recenter occisum aqua decoquant, iusculumque hauriunt. Ge. *Erdcrocodil*. G. *Scinc*.

SCIRPVUS, est plantae genus flore apetalo, (Triandr. Monogyn.) spica vndique imbricata, squamis ouatis, plano-inflexis, flores distinguentibus, pericarpio nullo, semine unico, triquetro, acuminato, villis calyce brevioribus instructo. Plurimae sub hoc genere species comprehenduntur.

SCIRRHOSIS, i. q. *Scirrhus*.

SCIRRHVS, et SCIRRHOMA, Barb. *Scirofsi*, est tumor durus, liuidus, renitens, inaequalis, sensim increfcens, et doloris expers, nisi ruditer tractetur, sedem habens vel in viscere, vt hepate, liene, glandulis mesenterii, vel in glandulis subcutaneis partium externarum, mammis, etc. oriundus a quacunque causa materiam in folliculo glanduloso haerentem inspissante, vel comprimente, vt exire nequeat, inflammationem praegressam plerumque habens; vel etiam sine ea oritur a causa externa violenta, ictu, compressione, etc. vel etiam in aegris, quibus ex victu duro, vel vitarum tristitia, aut aliis causis humores crassi et difficulter mobiles facti sunt. Hic in initio quidem benignus est, si vero materia stagnans acrimoniam acquirit, in cancrum degenerat. Vox deriuatur a *επιρροή*, induro. Ge. *Verhärtete Geschwulst*, *Scirrhus*. G. *Scirrhus*. A. *Scirrhus*. B. *Verhard Gezwel*, *cen Knoest gezwel*.

SCLAREA, seu SCARLEA, *Oruala*, *Tota bona*, Horminum sclarea dictum *Baub*. *Salvia sclarea* foliis rugosis cordatis, oblongis, villosis, serratis, bracteis calyce longioribus concavis acuminatis *Linn*. (Diandr. Monogyn.) est planta, quae habet caulem duos circiter pedes altum, digitum minus crassum, lanuginosum, quadratum, fortem, medulla alba repletum, in alas, aut ramos sibi inuicem oppositos diuisum. Folia sunt magna, ampla, lanuginosa, rugosa, albescentia, aspera, in basi sua magis ampla, deinde in apicem obtusum desinentia, in margine incisa, caulibus longis adhaerentia, imprimis inferiora, quae ex radice erumpunt, alia bina sibi inuicem opposita iuxta longitudinem caulium et ramorum. Flores in summitate caulium crescunt verticillati, sex in singulo verticillo duabus stipulis cordiformibus stipati, in spicas longas congesti, galea longa, falcata, aevnca, barba tripartita; segmentum medium, bifidum, et cavum; galea maior labium pedemque Leonis referens. Semina quatuor satis crassa, polita, subrotunda, rubicunda, in capsula, quae flori tanquam calyx inseruiuit, inclusa. Radix est lignosa, longa, fibrosa, coloris fusci, saporis non ingrati, sed qui os quasi inflammat. Tota planta habet odorem pene-

trantem, et saporem amarum. Notandum, quod vina, vel cereuisiae, in quibus vel per se, vel cum floribus Sambuci, fuit infusa, cito inebriant, capitisque dolores insignes excitant. Sunt tamen, qui modicum huiusmodi vini, vel cereuisiae, vsu foeminis frigidis, sterilibus et leucorrhoea laborantibus proficuum iudicant. Nomen forte habet a *σκλήρως*, durus, siccus, quia haec planta habet caulem durum et siccum. Ge. Scharlach, Scharlepen. G. Orvale, Toure bonne. A. Clary. B. Scarlei, Algoede.

SCLERIASIS, est alicuius partis induratio. A *σκλήρω*, induro. Proprie de palpebrarum interiori duritie dicitur. P. *Aeginea* hac voce vsus est de duritie quadam circa vulvae ceruicem, quae ad scirrhum quidem accedit, sed tactui minus resistit.

SCLEROMA, i. q. *Scleriasis*.

SCLEROPHTHALMIA, est Lippitudo dura, cum dolore, motu oculorum tardo, rubedine et siccitate, quae in palpebris est, adeo vt nullum humorem fundant, nec post somnum facile aperiri possint. A *σκλήρως*, durus, et *ὀφθαλμία*, dolor oculorum. Ge. Harte Geschwulst der Augenlieder. B. Hardigheid, of Ontsteeking der Oogschelen.

SCLEROSARCOMA, est abscessus progerminans plerumque in gingiuis, carneus, durus, interdum galli coronam, vel cristam, interdum ostracodermi carnem referens, differens aliquantum ab *Epluide*.

SCLEROTICA, est inuolucrum primum et proprium bulbi oculi cum dura nerui optici membrana accurate connatum, album, ex cellulosa tela stipata compositum, absque conspicuis fibris, laminisue, densum et firmum, paruis vasculis, paucisque et minutissimis neruulis percursum, hinc parum adeo sensibile, quod totum oculi globum complecteretur, nisi antea ei cornea membrana adaptaretur, cui recipiendae rotunda et paulum oualis, adque nati sedem latior scleroticae portio exscinditur Hall. Vide *Cornea*. A *σκλήρω*, induro. — Nonnulli *Corneam opacam* vocant. Ge. Die harte Haut des Augapfels. G. La Corne opaque, Sclerotique.

SCLEROTICA, siue *Indurantia*, sunt, quae partes firmius inter se coniungunt. Idque vel tenues et molles dissipando, vel eas interdum retinendo. Illud fit, vbi per nimis calefacientia scirrhus induratur; hoc, vbi, per saturnina, aliaue refrigerantia et adstringentia, pars ex. gr. oedematosa durtiem acquirit. Ideoque horum materia in calefacientibus, et refrigerantibus, ac adstringentibus, est quaerenda. A *σκλήρω*, induro. Ge. Verhärrende Mittel. G. Remèdes sclerotiques. B. Hardmaakende, of verhardende Middelen.

SCLERVNTICA, i. q. *Sclerotica*.

SCLIROISIS, et **SCLIROMA**, i. q. *Scirrhus*.

SCLOPETARIA AQVA, ꝛ. **AQVA VVLNERARIA**, prae-
paratur e vino generoso plurimis herbis vulnerariis superfufo,
digefto et tandem defillato, eiusque vſus externus ad contu-
ſiones, fugillationes, luxationes et vulnera recentia notiffi-
mus eſt. Interne ſumta vires carminatiuas exferit. Ge. *Ar-
quebufade*, *Schuſtwundenwaſſer*. G. *Eau d'arquebufade*.

SCLOPETARIA VVLNERA, dicuntur, quae globis ferreis,
aut plumbeis, maioribus, vel minoribus, vi ignis exploſis,
corpori inferantur, et verius contuſione, quam combuſtione,
partes laedunt. Ge. *Schuſtwunden*. G. *Coups de feu*. A.
Gunsbot-wounds.

SCOLIOSIS, eſt ſpinae dorſi in hoc, aut illud, latus dif-
torſio, ſic vt etiam coſtae diſtorqueantur. Dicitur aliis et-
iam *Gibboſitas coſtalis*. A *σκολίω*, intorqueo.

SCOLOPENDRIA, **SCOLOPENDRYM**, *Lingua cervina*
officinarum, eſt ſpecies Aſplenii, (Cryptogam. Filic.) et qui-
dem *Aſplenium ſcolopendrium* frondibus ſimplicibus, cordato-
lingulatis integerrimis, ſtipitibus hirsutis *Liun.* Creſcit in
Germania, Gallia, Italia. Qualitatis eſt ſicca, exſiccantis
et roborantis; hinc infuſum herbae in haemoptyi, hyſteria,
hypochondriaci, cachexia et rhachitide commendatur. Ge.
Hirſchjunge. G. *Langue de Cerf*. A. *Harts-tongue*. B.
Harts-tong.

SCOLOPOMACHAERION, eſt cultellus chirurgicus, apico
incuruo, quo vulnera thoracis anguſta dilarantur, magnis item
ramoribus aperiendis ſummopere conuenit; abdominis quo-
que aperturae maxime vtilis. Ex *σκολόπηξ*, gallinago, et *μάχαιρα*,
culter. Ge. *Ein krummes Inciſſionsmeſſer*.

SCOLYMVS, eſt *Cinara*, ſeu *Articocalus*; appellari volunt
a *σκολόττειν*, hoc eſt *κόλλειν*, et *ἐπιτάλλειν λιμὸν*, quod famem
arceat, cohibeat, extinguat, vel a *σκόλος*, ſpina. Vide *Arti-
cocalus*.

SCOPTVLA, i. q. *Scapula*.

SCORBVTVGA, ſunt medicamenta acrimoniam Scorbuti
emendantia, et cauſam mali. ex corpore eliminantia. Ge.
Mittel gegen den Scharbock, *Antiſcorbutiſche Urzneyen*. G.
Antiſcorbutiques. B. *Scheurbuiks Middelen*.

SCORBVTVS, eſt morbus omnibus accolis maris ſeptentrio-
nalis, inprimis vero nautis et omnibus qui cibis duris, ſalitis, vel
fumo induratis, veſci ſolent, et vegetabilibus deſtituuntur, fre-
quentiffimus, et endemius, qua manus, pedesque, maculis ſaepe
lividis conſpurcantur, quae tandem nigrae euadunt, et late

se per totam tibiã extendunt. Accedit item crurum debilitas, et tumor eorum accedens et recedens, totius corporis grauitas, anhelitus difficultas, imprimis post corporis motum; oris foetor, dentes vacillantes, sanguinem manantes gingiuae, quae postea etiam exulcerantur et corrumpuntur; rigiditates, spasmi, dolores, arthritidesque vagae, colica, et sexcenti alii morbi, qui propterea curari nequeunt, nisi specialis Scorbuti ratio habeatur. Praedominantem acrimoniam in toto corpore habet, vel acidam, alcalinam, vel muriaticam, et sanguinem ita afficit, vt partim sit acris et serofus, partim crassus, ita vt venae sectione e ductus scaeat muco flauo-viridi, etc. Antiquitati hunc morbum non fuisse incognitum, ex Hippocrate, Lib. 2. Cap. 42. vbi Scorbuti symptomata enarrat euoluitque, quidam probare volunt, eumque fuisse morbum, quem sub nomine *Ileos baematizes*, et *Magni splenis* describit. Nomen Scorbuti saltem veteribus incognitum fuit, ab ea recentius formatum denominatione: *Schorbuk*, qua populi septentrionales hunc morbum insignire solent. Stomacace forte et Scelotybe Plinii est. Ge. Scharbock, Sforbut. G. Scorbut. A. Scurvy. B. De Scheurbuik, Blaauw-schuis, Schimmel-ziekte, Blaauw-zugt.

SCORDIUM, Chamaedrys palustris canescens Tournef. *Tenacrium scordium*, foliis oblongis sessilibus dentato-serratis, floribus geminis axillaribus pedunculatis, caule diffuso Linn. (Didynam. Gymnosperm.) est planta officinalis, quae habet caulem ramosum, quadratum, repentem, villosum. Folia mollia, villosa, in margine incisa, oblonga, albescentia. Flores sunt parui, unilabiati, quinquesidi, in alis foliorum crescentes, coloris rubri. Flori succedunt quatuor semina tenuia, rotunda, in capsula, quae floris calyx fuit, inclusa. Radix fibrosa, oblique repens in terra. Est herba Allium olens, quae propter vim putredini resistentem cataplasmata contra gangraenam ingredi solet. Crescit sponte in pratis paludosis, sed etiam ad usum medicum in hortis colitur. Saporis est acris et amari, viribusque tonicis, diaphoreticis et anthelminticis gaudet. A quibusdam eximiae ei vires alexipharmacae tribuuntur. Adhibetur interae in forma infusi, vel essentiae, et plura medicamenta composita ingreditur. Destillatione nullam oleum aethereum elici potest. Nomen forte a *σκόρδον*, ab Allio, habet: vel propter Allii acrimoniam. Ge. Sackenknolauch. G. Scordion, *German-drée d'eau*, *Chamarras*. A. *Water-germander*. B. *Water look*.

SCORDOTIS, est planta apud Veteres Marrubio non absumilis: an vero sit Scordium? an Alliaria, quia Allium olet, an eius, vt

videtur, *Species*, dubium adhuc videtur. III. *Linnaeo* est *Species Nepetae*, scilicet *Nepeta scordoris*, spicis sessilibus terminalibus, bracteis subcordatis villosis, foliis cordatis obtusis. (Didynam. Gymnosperm.) *Scordium* alterum lanuginosius verticillatum *Baub.* Videtur deriuari a *σκόρον*, *Allium*.

SCORIAE, sunt crementa metallica, siue partes metallorum, quae in fusione, vel in cudendo, vi ignis corroduuntur in massam mortuam, non solubilem amplius; et quae a partibus metallicis facile separantur. Ge. Schlacken, Schaum der Metalle, Hammetschlag. G. Eume. Impurities, Scories. A. Scoria, Drofs. B. Schuim der Metaalen, Sleck, Hamerslag.

SCORIFICATIO, est operatio chymica, qua vi ignis, variisque additis, metalla a partibus vilioribus in scorias mutatis, dum fundum petunt, separantur, aut ipsa metalla in scorias mutantur, ad vltiorem vsum medicum, aut chymicum, adhibendas. Ge. Verschlackung. G. Scorification.

SCORODON, est *Allium*. Dicitur quasi *σκαρόν ῥόδον*, id est, rudis Rosa, quod aspere supra modum redoleat, et olfacientium nares offendat, vel a *σκαρὸς ῥίζαν*, quod forte oleat, tanquam stercus. Vide *Allium*.

SCORODOPRASVM, est planta inter *Allium* et *Porrum* media. *Σκόροπον* est *allium*, et *ῥάσον*, *porrum*. Est *Allium scorodoprasum* *Linn.* Ge. *Rockenbolle*, *säbmer Knoblauch*. G. *Ailpoircau*, *Rocambole*. A. *Leekschallot*. Ital. *Rocobole*. B. *Look parei*. — Quibusdam tamen autoribus hoc nomine variae species *Allii* (Hexandr. Monogyn.) denotantur; vt *Allium ampeloprasum* *Linn.* caule planifolio, umbellifero, umbella globosa, staminibus tricuspидatis, petalis carina scabra. *Allium rotundum* *Linn.* caule planifolio umbellifero, staminibus tricuspидatis, umbella subglobosa, floribus lateralibus nutantibus. *Allium sphaerocephalon* *Linn.* caule teretifolio umbellifero, foliis semiteretibus, staminibus tricuspидatis corolla longioribus.

SCORPIO, est insectum apterum, Cancro non dissimile, sed pro ratione gracilius, pedibus octo, oculis octo, horum tribus ad latus vtrumque thoracis, duobus in tergo; fronte chelifera, palpis duobus cheliformibus, cauda elongata, articulata, terminata mucrone arcuato, pectinibus duobus subtus inter pectus et abdomen. Huius generis plures dantur species, colore, figura et magnitudine differentes, quae omnes intra muros, lapides et caernas regionum calidarum habitant, quarum ictus, quem mucrone infligunt, eo est periculosior, quo ipsa regio calidior. Species, quae apud nos

in usum medicum adhibetur, in Italia frequentissima, est *Scorpio europaeus* pectinibus 18. dentatis, manibus angulatis *Linn.* Huius speciei plures viui, vel per se, vel additis pluribus alexipharmacis, in oleo infunduntur et macerantur, idque oleum in Italia, ubi viuorum copia praesto est, praeparatum in officinis nostris sub nomine *Olei scorpionum* simplicis, et magni Matthioli prostat. Huic quidem insignes vires alexipharmacae et neruinae tribuuntur; eius tamen vsus internus rarissimus est. Frequentius longe et bono cum affectu regioni pubis, lumbari, et perinaeo in dysuria et effectibus nephriticis ad vrinam pellendam illinitur. In Italia oleum hoc promissimum est in istu scorpionum remedium. Auribus immissum in otalgia serosa prodet. Vires tamen magis ab oleo quam a scorpionibus pendunt. G. **Scorpion.**

SCORPIOIDES, *Ornithopus scorpioides* *Linn.* est paruula planta, quae habet caules tenues, angulosos, aliquantulum villosos, in latitudinem se extendentes, repentes. Folia emittit oblonga, Bupleurum, vel Perfoliatam, referentia, sed pinguiora et magis neruosa, saporis acidiusculi. Flores sunt exigui, leguminosi, flauis. Post florem sequitur siliqua villosa, longa, hispida, articulosa, cochleae, aut erucae ad instar eleganter in se conuoluta, continens in singulis articulis semen ouatum. Radix est exigua. Haec planta crescit in regionibus calidis, praesertim in locis aridis Galliae australis: est legumen, cuius siliquae scorpii similitudinem habent. Ex *σκορπιος*, scorpium, et *ἄσος*, forma. Ge. **Scorpionkraut.** G. *Chenille-plante.* A. *Scorpion-wort.* B. *Scorpioen-kruid.*

SCORPIVRVS, est Heliotropii species, cuius summitates caudae Scorpionis similitudinem habent. Ex *σκορπιος*, Scorpium, et *ἄρα*, cauda.

SCORSONERA, vel **SCORZONERA**, est plantae genus flore composito lingulato, (Syngenesi Polygam. Aequal.) cuius species officinalis est *Scorzonera latifolia* sinuata *Bauh.* *Scorzonera hispanica* caule ramoso unifloro, foliis amplexicaulibus integris serrulatis *Linn.* Habet haec caulem rotundum, striatum, cauum, in plures ramos longos diuisum, leui lanugine obductos. Folia sunt longa, satis ampla, Tragopogoni foliis similia, polita, basi caulem amplectentia, aliquando parum crispata et sinuosa, in acumen satis longum desinentia, coloris virido-obscuri. Flores in summitate ramorum nascuntur, semiflosculosi, calyce oblongo, tenero, squamoso comprehensi. His succedunt semina longa, tenuia, alba, pappis plumosis instructa. Radix longa, digiti, vel pollicis crassitie, simplex, foris nigra, intus alba, tensa,

fragilis, carnosâ, succulenta, lactea, subdulcis, ac grati saporis, odoris nullius. Planta est perennis, in Hispania habitans, frequenter tamen etiam in hortis nostris culta. Radicis usus et culinaris est et medicus. Exsiccata leniter amarescit. Eximiae ei vires aperitiuae, diaphoreticae et alexipharmacae, simulque leuiter nutrientes tribuuntur. Prostat in officinis aqua et extractum. Frequentius tamen radix in decocto adhibetur. Hispanis *Scurzonera*, ab Hispanica voce *Scurzo*, quod est vipera, hinc dicitur quoque *Viperina*, *Viperaria*, vel *Serpentaria*. Ita vero vocata est, quod huius plantae radix habeat, ut credunt, eximias vires contra viperarum mortum. Vel a *Scurzonera* ob colorem atrum radicis. Ge. *Schlagentour*, *Eforjonere*. G. *Scorzonere*, *Salsife d'Espagne*. A. *Vipersgrafs*. B. *Gift-wortel*, *Slange wortel*, *Adders-kruid*.

SCORTVM, i. q. *Scrotum*.

SCOTODINOS, i. q. *Scotomia*.

SCOTOMIA, VERTIGO, Gr. *Δίωσις*, *Ἰλιγγίς*, *Ἰλιγγος*, *Συβρωμα*, *Σκοτωματικὸν πῆθος*, *Aegin.* *Σκοτῶδινος*, *Hippocrat.* *Σκοτοδινία Plazoni*, est illa adfectio, qua obiecta externa videntur circumrotari, adeo ut aegri titubent, vacillent, et oculi saepe simul obscurentur; accedente plerumque molesto aurium tinnitu; orta a quavis causa sanguinem vehementius determinante ad caput, vel spirituum animalium fluxum in nervos opticos eorumque thalamos turbante, unde retinae villi nervosi nimis concutiuntur, et imagines per radios lucis depingendae, non placide per aliquot puncta temporis super eosdem villos retinae pinguntur, sed omni momento super alios vicinos, quare mens, hos motus percipiens, iudicat, imagines moveri, veluti olim per similes motus factum vere cognouerat. Causa est vel in ipso capite tuncque vocatur *Scotomia idiopathica*, vel ab aliis morbis pendet, ut vitio ventriculi, hysteria, hypochondriasi, haecque *symptomatica* dicitur. A *σκοτος*, obscuro. Ge. *Der Schwindel*. G. *Vertige*, *Tournoyement de tête*. A. *A turning round*, or *Giddiness*. B. *Draijing in 't Hoofd*, *Suizeling*, *Zwymeling*, *Hoofd-zwymel*.

SCREATVS, est voluntaria aëris ex pulmonibus pressio, ut cum sono concutiat fauces, ibidemque elidere conetur haerentem humorem. Ge. *Das Häuspern*. B. *Rocbeling*.

SCRIPTVLVS, vide *Scrupulus*.

SCROBICVLVS CORDIS, i. q. *Anticardium*.

SCROFFA, i. q. *Scrophula*.

SCROFVLA, SCROPHVLA, seu STRVMA, CHAËRES, Gr. *Χοιβάδις*, quia porcas infestare solent, vel, ut alii volunt,

a multiplici partu, quoniam, sicuti sues multos edunt par-
tus, sic ex vna struma plures fiunt. Sunt vero tumores
morbofi glandularum colli, vel aurium, vel etiam alia-
rum glandularum lymphaticarum, renitentes, obiuudi a
materia in folliculis glandulosis, stagnante in cauo ob fri-
gus, ductus emittentes constringente, et partes indurante,
vel quia materia exitui, inepta, orbatu tenuissimo suo
vehiculo, vel ab ipso veneno scrophuloso coagulatur. Glandu-
lae scirrhosae sunt, vel integrae, vel suppuratae; integrae
quidem nascuntur, et sine vlla erosione diu permanent; aut
vel sponte, vel male tractatae, vlcera fordida in diuersis
partibus pertinacia inducunt, ipsi digiti carie afficiuntur, ar-
ticuli in tumores attolluntur, vnde anchiloses, paedarthro-
cace, infinitaque alia mala saepe insanabilia, ita vt strumiae,
seu tubercula colli, sint exigua pars totius morbi scrophulae
dicti. Hic morbus est saepius congenitus, quandoque hae-
reditarius, saepe a praua diaeta pauperum oriundus, tumque
maxime periculosus si pulmones, aut alia viscera adficiat.
*Sauv. Ge. Ein Kropf, Stropheln. G. Ecrouelles. A. The
Kings-euil; Scrophulous rumor. B. Klieren, Kropzwoeren.*

SCROPHYLARIA, seu SCROFVLARIA, est plantae genus
flore monopetalo anomalo, (Didynam. Angiosperm.) cuius
quidem duae species in vsum medicum adhibentur, scilicet
Scrophularia vulgaris Pharm. Scrophularia nodosa foetida
Bauh. *Scrophularia nodosa* foliis cordatis trinerviatis, caule
obtusangulo *Linn.* Habet haec caulem rectum, quadratum,
coloris purpurei nigricantis, intus excauatum, in summitate
in ramos, in alas se extendentes, diuisum. Folia sunt oblonga,
acuta, ampla, in margine incisa, Vrticam vrentem referentia, sed
ampliora, obscuriora, non vrentia, caulum nodis sibi inuicem
opposita. Flos est anomalus, monopetalus, vtrinque patens, fere
globosus, quasi ollam rotundam repraesentans, parte anteriori
bilabiatus, superiori binis folliculis constans, testo inferiori tri-
fido. Post florem succedit fructus, vel capsula semi-rotunda
septo medio distincta, continens semina exigua. Radix est
crassa, inaequalis et nodosa. Tota planta habet odorem
ingratum, ad odorem foliorum Sambuci accedentem, et sa-
porem amarum. Foliis aequae ac radici vires emollientes,
resoluentes ac mundificantes attribuuntur. Radix in pul-
uere sumta haemorrhoidibus dolentibus mederi, et semen
anthelminthicum dicitur. Crescit intra sepes, aliisque locis
humidis et vmbrosis.— Altera species est *Scrophularia aqua-
tica maior Bauh.* *Scrophularia aquatica* foliis cordatis obtu-
sis petiolatis decurrentibus, caule membranis angulato,

racemis terminalibus *Liun.* magis in Europa australiori nascens, eiusdem fere cum praecedente, minus tamen foetidae, qualitatis. Nondum in officinas nostras recepta. Haec planta eadem cum *Iqueraya* Brasiliensium esse putatur, dum eadem vires possidet, additis scilicet foliis, laporem nauseosum foliorum Sennae corrigendi, et, quae facile excitant, tormina tollendi. Scrophularia dicitur, quod strumosa radix ex multis granorum frumenti grumis videtur coaluisse, vel quod strumis, quas imitatione Graeca Scrofulas vocant, medeatur. Ge. Braunwurzel, Feigen- oder Barzenkraut, Knotenkraut, Sawwurzel, Knollenkraut, Fischwurzel, et aquatica Weißer Nachschatten, Wasserbetonien. G. Scrophulaire, et aquatica, Herbe du Siege. A. Scrophulary, Fig wort, Pilewort, Celandine, et aquatica Water Fix-wort, Water-betony. B. Klier kruid, Speek-kruid.

SCROTOCELE, est Hernia scroti. Vide *Hernia*.

SCROTVM, VI et BURSA, Gr. Ὠρχος, Ταῦρος, Πυγίς, *Nicand. schol.* Πύγισα et Πύγισα Ορχήτων, inuenio apud *Ero- rianum*, fortasse rectius Πύγισα, est receptaculum in homine adulto, inque classibus animalium ruminante et rapace testiculos extra abdomen continens, quod ad latera penis dependet. Hic saccus per medium profunde in duos saccos ouales diuisus cute factus, pertenui, crispis pilis conspersa, cum strato adipis non multi, neque laxi, subiecto. Est sub eadem cute peculiare inuolucrum, *Dartos* veterum, rubens, vasculosum, non vere quidem musculosum, neque fibris fa- ctum parallelis, haecenus tamen musculosae indolis, quod cum cute a frigore irritabile ex laxitate se concutiat, erigat, firmet et ascendat. Natura ei cellulosa est, densa, stipata, quae cuti adhaerescat. Cuius testiculo sua eiusmodi est vagina, vnde in vtriusque darti coniunctione, flatu impulso et saccis ad se inuicem adpressis, hoc septum, scrotum in duos saccos diuidens apparet. *Halk.* Hic saccus testes tuetur et sustinet. Ge. Der Hodensack. G. Le Scrotum, la bourse des Testicules. A. The Cod, or Codspurse, Scrotum. B. Hei Kloot-zakje, Bal-zak.

SCROTVM CORDIS, vide *Pericardium*.

SCRVPVLVS, est tertia pars drachmae: continet scrupulus grana viginti, seu obolos duos, vocatur item *Scriptulus* et *Scripulus*. Ge. Ein Strupel, der dritte Theil eines Quentleins. G. A. Scrupule. B. Een Scrupel.

SCVTALIS CARTILAGQ, idem quod *Ensisformis*. — Item idem quod *Thyroidas*.

SCVTIFORME OS, i. q. *Mola genu*, s. *Parilla*.

SCVTIFORMIS CARTILAGO, vide *Ensisformis* et *Thyroides*.

SCVTVM, proprie est instrumentum bellicum, quo corpus munitur ab inuasionē hostili. Improprie verò dicitur de aliis quibuscunque munimentis. Tale est emplastrum *Scutum* referens, quod regioni epigastricæ applicatur. Ge. Ein Schild. oder Magenpflaster. G. Ecusson; Emplâtre scutiforme. A. Sblælålike Plaster. B. Een schilågelyke Pleister. — *Scutum* quoque significat patellam, seu molam genu, ideoque *Os scutiforme* appellatur. Vide suo loco.

SCYBALA, sunt excrementa albina in cellulis intestini coli in globulos formata, velut ab ouibus, aut capris, excernuntur.

SCYTALIDES, vocantur ossicula digitorum singulorum terna, excepto pollice, qui duo habet, mutuo inter se colligata, et ordine succedentia, veluti in acie, turra equitum, quae *enodalia* vocatur. Latine *Internodia*, *Phalanges*.

SCYTHICA RADIX, vide *Glycyrrhiza*.

SEBEL, i. q. *Pannus oculorum*.

SEBESTEN, Prunorum quasi species est, dicuntur et *Myxae* et *Mixaria*. Sebesten officinarum *Dill. Cordia myxa* foliis ovatis supra glabris, corymbis lateralibus, calycibus decemfidiatis *Lin.* (Pentandr. Monogyn.). Crescunt in Aegypto Pruni instar; folia obrotunda, in margine denticata; flores parui, albi, pentapetali, rosacei, in racemos congesti, et Geranio proximi, a quibus fructus oriuntur paruis rotundisque Prunis similes, et calycē velut cupula testis, quorum nucleus tricostratus cernuntur: viscosi sunt admodum masticati, exterioris, siccati nigri: pro tussi, raucedine et stranguria, rarius tamen hodie, assumuntur. Mucilago, quae ex his fructibus in Aegypto extrahitur, quamde incolae tum externe ad tumores duros resoluendos, tum interne in morbis pulmonum adhibent, sub nomine *Glutinis Alexandrii* rarissime ad nos adfertur. Ge. Brustbeeren, Sebestepflaumen. G. A. Sebesten. B. Borst prumen, Sebesten.

SECACVL, dicitur Sigillum Salomonis, est vox Arabica.

SECALE, est planta Cerealis, (Triandr. Digyn.) quae habet caules valde altos, hominis altitudinem saepe superantes, rectos, firmos, folia gerentes pauca, longa, sed Tritici foliis angustiora. Flos apetalus, per fasciculos in spicam dispositus; singuli nempe flores tribus staminibus constant ex calyce surgentibus; pistillum autem ab ita dein in semen oblongum, renue, farinaceum, gluma aristata, quae floris calyx fuit, obuolutum; hanc tamen concussam facile deponit.

Singuli fasciculi axi dentatae affixi spicam, Triticis spica magis compressam, constituunt: grana sunt triticeis longiora, strigiflora, tenuiora, et intensius flavescentia, aut fusca, saporis farinacei, subdulcis. Apud nos frequentissime colitur, ad panificium: et in usum cibarium cedens. Qualitatis est nutrientis, glutinosae, tamen et facile acescentis, hinc robustioribus tantum; et valido labore exercitis, panis focalinus: utile nutrimentum praebet. Antherae florum aduersus febres intermittentes commendantur. Prostat emplastrum stomachicum de crusta panis. A secando dici videtur, quod melis tempore falce secari solet, dicitur et *Farrago*, *Rogga*, *Gen*, *Kocken*, *Korn*. G. *Ségl.* A. *Rye*. B. *Rogge*.

SEC. NAT. significat *Secundum naturam*, vide infra suo loco:

SECRETIO, est actio naturalis, vel ille circuitus humorum nostri corporis effectus, quo particulae quaedam humorum in visceribus quibusdam, quae ideo *Organa secretoria*, s. *Colatoria* dicuntur, se a contubernio reliquarum separari patiuntur. Ge. *Absonderung*. G. A. *Secrétiou*. B. *Afscheidung*.

SECTIO CAESAREA, vide *Hysteromotocia*.

SECYNDAE, s. q. *Secundinae*.

SECUNDINAE, hoc sub nomine intelligitur in genere omne id, quod in statu naturali praeter foetum in utero continetur, et in partu vel statim post partum excernitur; vt *Chorion*, *Amnion* cum liquore suo, et ipsa *Placenta uterina*; quae omnia suis locis videnda. Vide *Placenta*. Ge. *Nachgeburt*, *Afstergeburt*. G. *L'Arriere faix*. A. *The Secundinae*. B. *De Nagebooten*.

SECUNDVM NATVRAM, res sic fieri dicuntur in corpore animali viuo, quando sese debito modo habent; vt in statu sanitatis. Cui opponitur *Praeter naturam*, in quo statu omnia male, aut pessime sunt. Vide *Natura*.

SECUNDVS, botanicis dicitur *tacensus*, vel *pedunculus* ramis lateralibus instructus, in quo flores omnes ad alterum latus flexi sunt.

SECURIDACA, est planta flore papilionaceo, (*Diadelph. Decandr.*) quae habet caules ex radice erumpentes, ramosos, repentes. Folia oblonga, plura vni costae adnascencia. Flores sunt leguminosi, flauis, in umbellam radiatum dispositi. Post florem sequitur siliqua longa, plana, recta, angusta, articulosa, annulata, carinata; in singulis articulis continetur semen rhomboideum introrsum emarginatum, coloris rubicundi, saporis amari. Siliquae securim militarem exhibent, vt veterum Dacarum, vel gladium Hungaro-

rum. Radix est longa, alba, fibrosa. Haec planta crescit in locis incultis. Sic appellatur ad formam eius siliquae securim representantis. Vfus vix medicus est; sunt, qui semen contra morsum animalium venenatorum laudant. Haec planta iam ad Coronillas refertur, estque *Coronilla securidaca* Lina. herbacea, leguminibus falcato-gladiatis, foliis plurimis. *Securidaca* lutea maior *Bauh.* Ill. *Linnaeo* autem *Securidaca* est genus plantarum flore papilionaceo, (Diadelph. Decandr.) cui pericarpium subrotundum, desinens in membranam perpendiculararem, maximam, oblongam, obtusam, superne latius, semen vnicum, pericarpio toto vestitum. *Ge. Weifraut.* *G. Séné sauvage.* *A. Ax-wort, Harber-verch.* *B. Bylhens kruik.*

SEDANTIA, SEDATIVA, sunt medicamenta, quae non tantum nimium et irregularem solidorum fluidorumque motum componunt, sed etiam dolores inde ortos leuant. *Ge. Besänftigende Mittel.* *G. Sedarifs.* *A. Sedarivs.* — Sic *Sedarivum sal* *Hornbergii*, vel *Sul volatile narcoticum* *Varioli*, quod altera pars constitutiva Boracis est per solutionem Boracis in acido vitriolico obtinetur, et ad aliquot grana propinatum, secundum nonnullos egregie tum in febribus acutis deliria, tum furores maniacos compescit. Alii tamen vires eius Boracis virtutem non superare contendunt. *Ge. Sedativsalz.* *G. Sal sedarifs.*

SEDENTARIUM OS, nonnullis vocatur protuberantia ossis maxillaris, cui virique sedentes innituntur.

SEPIMENTUM VRINARVM, sunt particulae, quae in vrina natantes, tandem in vrina vel refrigerata, vel adhuc calente, sua grauitate praeponderante in fundo vrnalis subsident, suntque pro vario morbo, eiusque statu diuerso, variae formae, grauitatis, coloris, et naturae, hinc etiam pluribus in morbis variam diagnosin atque prognosin suppeditant. *Gr. Τρόσιον.* *Ge. Der Satz im Urin.* *G. Sediment.* *A. Sediment, Substance.* *B. Zettel, Grund-zettel in de Pis.*

SEDIYENSE SAL, et SEIDSCHVZENSE SAL, sunt salia media, sic dicta a pagis Bohemiae, *Seidlitz*, vel *Sedlitz*, et *Schidschütz*, iuxta quos scaturit aqua amara, e qua evaporando et crystallizando hoc sal praeparatur. *Sali mirabili Glauberi*, vel *Sali aperitino* *Frideritiano*, hoc sal maxime est analogum. Constat ex acido vitriolico et alcali fixo salis communis, quae tamen pars alcalina in hoc sale non perfecte salina, sed simul valde terrea, esse videtur, aut potius Magnesia est, quae etiam ex eo praecipitatur. Minori dosi vires incidentes et digestiuas, maiori vero leniter aluum mouentes exhibet. *Ge. Böhmisches Bittersalz.* *G. Sal de Sedlitz.*

SEDVM,

SEDUM, est plantae genus flore polypetalo rosaceo, capsulis pluribus acuminatis, compressis; cuius quidem plures dantur species, quarum tamen duae praecipue in usum medicum adhibentur; scil. primo Sedum, seu Semperuium maius vulgare *Baub. Semperuium sectorum* foliis ciliatis, propaginibus carnosissimis patentibus *Linn.* (Dodecandr. Dodecagyn.) Habet hoc folia succulenta, oblonga, acuta, crassa, carnosa, tenerrimae structurae, pulposa, terrae ac radicibus proxima; semper viridula, in latum se extendentia. Flos est rosaceus, polypetalus, coloris purpurei. Caulis est rectus, et crassus, folia habens angustiora et acutiora; calyx multifidus; floribus succedit fructus ex plurimis veluti capsulis vaginalium aemulis, in capitulum quoddam collectis compositus, seminibusque foetus ut plurimum exiguis. Radix parua et fibrosa. Qualitatis est aquosae, acriusculae et acido-austerae; hinc eximius viribus refrigerantibus et subadstringentibus pollet. Commendatur etiam interne in febre hectica et dysenteria. Externe in aphthis, ambustura, haemorrhoidibus inflammatis et fissura papillarum succus expressus prodest. Folia confusa fronti imposita deliria in febribus mitigant: clausus pedum emolliunt. Succus expressus equis datus rigiditatem pedum tollere dicitur. Crescit frequenter in caecis Europae. *Ge. Hauslauch, Hauswurzel. G. La grande Joubarbe. A. Housleek.* — Altera species est Sedum paruum acre, flore luteo *Pharm.* Semperuium minus vermiculatum acre *Baub. Sedum acre* foliis subovatis adnato-fessilibus, gibbis, erectiusculis, alternis, cymatrida *Linn.* (Decandr. Pentagyn.). Capsulis quinque erecto-patentibus; pariter in caecis et montibus Europae proueniens. Qualitatis est acris et subcorrosivae, viribusque incidentibus, vomitoriis et diureticis gaudet. Sunt, qui in quartana, scorbuto et hydropo commendant. Externe gingiuis in scorbuto frigido medetur, et scrophulas et lupias nascentes resolvere dicitur. *Ge. Mauerdseffer. G. La Vermiculaire brulante, Pain d'oiseau. A. Wall-stone-crop, Pepper-crop.* — Est quoque species satis apud nos frequens, quae est Sedum minus luteum, folio acuto *Baub. Sedum reflexum Linn.* foliis subulatis sparsis, basi solutis, inferioribus recurvatis, ad radices montium habitans, qualitatis aquoso-acris, quae saepe ad oeconomicum usum in acetariis adhibetur. *Ge. Tripmadam. G. Tripemadame. A. Stone-crop, Prickmadam.*

SEGMENTUM VTERI INFERIUS, vocatur pars vteri grauidi inferior in vaginam prominens.

SELENITES, est substantia mineralis terrea, vel lapidosa, in acido non solubilis, in igne in gypsum abiens, quod ad

jecta aqua in massam compactam mutatur. Constat ex terra calcaria et acido vitriolico, et pro varia densitate, vel substantia lamellosa, aut fibrosa, dicitur *Selenites*, Gypsum lamellis rhomboidalibus pellucidum *Waller*. *Lapis specularis Plin.* *Glacies Mariae Marzbiol.* *Vitrum moscouiticum, Spuma lunae*, etc. Granitatis specificae est ad aquam 2322—1000. Qualitatis siccae, stipticae, vsus hinc internus suspectus. Huiusmodi terra selenitica in plerisque aquis, tum communibus, tum mineralibus, reperitur. Ge. *Spiegelstein, Selenit, Frauenriss.* G. *Selenite*. — Est et alia substantia fossilis, quae Selenites vocatur, scilicet Gypsum crystallisatum *Wall.* *Fluor seleniticus Scheuchz.* cuius partes fibrosae, aut rhomboidales sunt, angulis tamen semper detritis, aut obtusis. Ge. *Gipskrystallen, Gipsdrusen.* G. *Gypse cristallisi.* SELENITIS, est *Lunaria*; dicitur a Luna, quae Gr. est Σελήνη. Vide *Lunaria*.

SELIBRA, est librae dimidia pars, siue vnciae sex. Ge. *Einhalb Pfund.* G. *Demi livre.* A. *Half a Pound.* B. *Een half Pond.*

SELINUM, vocatur *Apium*; dictum scribunt ab ἔλος, a *Palude*, quod in locis palustribus libenter nascatur. Alii a Σελήνη deducere volunt, quod epilepsia laborantibus obstit, ac nouum paroxysmum creet; aliis quasi ἔλος σπυρσίμιον, hoc est paludibus impulsum; paludosis enim gaudet, et in his enatum laetius exurgit. Vide *Apium*. — Ill. *Linnaeo Selinum* est plantae genus flore umbellifero, (Pentandr. Digyn.) fructu compresso plano, elliptico-oblongo, vtrinque in medio striato, bipartibili; composito e seminibus duobus oblongo-ellipticis, vtrinque planis, medio striatis, lateribus membranaceis.

SELLA SPHENOIDIS, seu TVRCICA, est cavitatis ossi sphenoidis insculpta, inter processus clinoides, interius intra cranium conspicua, quae continet glandulam pituitariam, et rete mirabile in brutis. Ge. *Das Sattelbein.* Ga. *Sella sphenoidale, Selle de Turquie, ou Fosse pituitaire.* A. *Saddla bone.* B. *Her Saal-been.*

SELLA SPHENOIDIS, vide *Sella equina*.

SELLA TVRCICA, vide *Sella equina*.

SEMEIOLOGIA, s. SEMEIOLOGICA, i. q. *Semiologia*.

SEMEIOSIS, i. q. *Diagnosis*.

SEMEN, est rudimentum nouae plantae. In officinis variarum plantarum semina prostant. Ge. *Saame.* Ga. *Semence.* A. *Seed.* B. *Zaad.*

SEMEN CONTRA, item SEMEN SANCTVM, vide *Santonicum*.

SEMEN VIRILE, est humor albus, calidus et spirituosus, crassus, viscidus, subsalsus, ex sanguine tenuissimo et liquido neruoso mixtis, in testibus et epididymidibus elaboratus, qui ad generationem foetus per vias proprias in vterum muliebrem eiacularur, et rudimenti euolutionem producit. Scater infinitis numero anguillulis viuentibus, rapidissime in alio liquido natantibus, capite grandiore, cauda tenuiori donatis, per microscopium facile conspicuis: et in semine omnium animalium hactenus obseruato talia animalia insunt; eiusdem, vti dicitur, in omnibus animalibus, magnitudinis; in nullis vero aliis humoribus totius corporis simile quid reperitur, sed corpuscula saltem quaedam informia, exiguo motu praedita, quae nonnullis moleculae organicae dicta sunt. Est et in foeminis alia materia, semen sed falso appellata. Ea ex lacunis, prostaticae glandulosae vaginae substantiae infertis, prouenit, et non raro in lasciuientibus prorumpit et foris emittitur; facit plurimum ad titillationem, vt concupiscibilis esset coitus. Vide *Conceptio*. — Vocatur item Semen *Genitura Plin. Semen genitale. Gr. Σπέρμα, Σπέρμα, Δεσμός, Aristoph. Τερν, Οσπός, Οσπός, Aretaco.* — In vegetabilibus semen est plantae embryo cum placenta veterina, seu cotyledone simplici, duplici, vel multiplici, cui fune umbilicali neclitur embryo. *Ge. Saamen. Ga. Semence. A. Seed. B. Zaad.*

SEMICONGIUS, est dimidium congi. Scilicet mensurae liquidorum, continens aquae libras quinque, olei libras quatuor cum dimidia.

SEMICOTYLE, est dimidium cotylae. Vide *Cotyla*.

SEMIFLOSCVLI, botanicis dicuntur petala inferna tantum parte fistulosa, media vero et superna plana, ac veluti in lingulam producta. Semiflosculi quoque tenero fructui, seu embryoni, insident, e quo surgit capillamentum ultra vaginam protentum, quinque staminibus ceu fulcris innixum. Vide *Syngenesia*. — Flores ex huiusmodi petalis compositi vocantur *Semiflosculosi, lingulati, vel planisperali. Ge. Halbblümlein. G. Dänisfeurons.*

SEMILVNARES VALVVLAE, vide *Sigmoides*.

SEMIMEMBRANEVS, seu **SEMIMEMBRANOSVS MUSCVLVS**, est flexor tibiae, qui lato tendine, vel aponeurosi, a tuberositate ossis ischii oritur, et ad latus internum femoris descendens condylo tibiae interno inferitur. Hic a dissimili tendinum, supra carnem superficiem, inflexione tendinis respectu, membranae prae se fert speciem. *Ge. Der halbe*

häutigte Muskel. *G. Muscle Demi-membraneux. A. The semimembranous Muscle. B. De half-vliesge Spier.*

SEMIMETALLA, sunt substantiae minerales, ponderosae, splendentes, in igne fusiles, per sublimationem depurandae, minus, quam metalla, fixae, non ductiles, non malleabiles. Talia plura Semimetalla in usum medicum adhibentur, vt *Ancimonium, Bisnuthum, Zincum*, etc. quae suis locis videnda. *Ge. Halbmetalle. G. Demi-métaux.*

SEMINERVOSVS, vel **SEMITENDINOSVS MUSCVLVS**, longo tendine a tuberositate ossis ischii oritur, tum capiti alteri bicipitis iunctus, breui autem post ab hoc discedens, in posteriori femoris parte descendit, et longo ac gracili tendine iuxta tendinem recti interni sub condylo tibiae interno inseritur, sicque actione sua tibiam flectit. *Ge. Der halbsechsfichte Muskel. G. Muscle Demi-nerveux. A. The seminervous Muscle. B. De half zenuwagtrige Spier.*

SEMIOBOLVS, est Oboli dimidium. Vide quantitatem *Oboli.*

SEMILOGIA, **SEMIOTICA**, est pars medicinae, sanitatis et morborum, eorumque exitus, signa tradens. *A. semiotica*, significo, vel signa exhibeo. *Ge. Zeichenlehre.*

SEMS, vel **SEMISSIS**, est dimidia pars librae, vnciae, drachmae, scrupuli, et scribitur S. vel ꝑ.

SEMSIDERATVS, i. q. *Hemiplegia.*

SEMSPECVLVM, est instrumentum chirurgicum, ad dilatandum vulnus in collo vesicae, vt lithotomus forcipem facilius inducere valeat, quae cum sit magna, dilatationis ope tamen per paruam incisuram ingredi potest.

SEMSPINALIS, *Albino* et *Douglasio* idem musculus est, quam *Semispinarus.*

SEMSPINATVS MUSCVLVS, *Spinosus dorsi magnus*, est dorsi musculus admodum compositus, qui singulis tendinibus oritur a processu spinoso primae vertebrae lumbaris, et spinis trium inferiorum vertebrarum dorsi, tum cum longissimo dorsi iunctus, processibus spinosis sextae, quintae, quartae, tertiae et secundae vertebrae dorsi inseritur, dorso movendo vna cum aliis musculis et extendendo destinatus. *Ge. Der große Stachelmuskel des Rückens. G. Le Demi epineux, ou Transversaire du dos. B. De half Ruggegraats Spier.*

SEMISSIS, vide *Semis.*

SEMITERES, botanicis dicitur plantarum *caulis*, hinc planus, inde teretiusculus.

SEMITERTIANA FEBRIS, vocatur, quae vno die semel,

altero bis exacerbatur, siue intermittat, siue remittat. Vide *Hemitritaeus*.

SEMIUNCIA, seu SEMUNCIA, est Vncia dimidia. Vide *Semis*; scribitur $\text{ʒ}\beta$. Ge. Ein Loth. G. Demie Once. A. Halfe an Ounce. B. Een half Ounce.

SEMPERVIVUM, Gr. Ἀσιζων , id nominis sibi vindicat, quoniam eius folia semper virent. Vide *Sedum*. Ill. *Linnaeo* est genus plantarum, (Dodecandr. Polygyn.) a Sedo diuersum, quod capsulas seminales duodecim et saepe plures habeat, quarum in Sedo saltem quinque sunt.

SEMPERVIVUM MARINUM, vide *Aloës*.

SEMVNCIA, i. q. *Semiuncia*.

SENECIO, est planta, quae habet caulem rotundum, excavatum, striatum, aliquando rubicundum, ramosum, habentem folia vncialia et longiora, pediculo vidua, hirsuta, circumrosa, sapore aliquantulum acidulo, colore obscure viridicante. Calyx est conicus, truncatus, squamis subulatis, plurimis in cylindrum superne contractum parallelis, contiguis, aequalibus, paucioribus basin imbricate tegentibus, apicibus emortuis. Flores flosculosi sunt in summitate ramorum, singuli umbellam habentes, radiati. Floribus succedunt semina pappi crinitis, longis instructa, in calyce conico-coniuncte recondita. Radix fibrosa. Nascitur passim in hortis, in agris secus vias, syluosisque gaudet et arenosis locis. Vires huic plantae emollientes et resoluentes tribuuntur. Hinc interdum clysteribus et cataplasmatibus additur; lac coagulum in mammis resoluit. Veterinarii ea ad expellendos vermes equorum vtuntur. Sic appellatur, quod flores capillorum ritu vere canescant, siue senectutem induant. Dicitur etiam *Senecio*. Ge. Kreuzwurzel, Grindkraut, Kreuzkraut. G. Senecón. A. Groundsell, Simpson. B. Kruis-kruid, Kruis-wortel.

SENEKA, SENEGA, radix est plantae, quae *Polygala Virginiana* vocatur. Est haec *Polygala marilandica*, caule non ramoso, spica in fastigio singulari, gracili, e flosculis albis composita *Rai*. *Polygala senega*, floribus imberbibus, spicatis, caule erecto herbaceo, simplicissimo, foliis lato-lanceolatis *Linnaei*. (Diadelph. Octandr.). Crescit in Virginia, Pensyluania et Marilandia. Haec radice gaudet perenni, spithamam saepe longa, digitum minimum crassa, varie contorta, in ramos diuarcata, fibris stipata lateralibus margine veluti membranaceo, extuberante, secundum longitudinem decurrente, coloris extus sublutei, intus albi, saporis acris, exurentis, simulque acidi singularis, vt similis in toto regno

vegetabili vix reperitur. Laudantur in hac radice singulares virēs sanguinem resolventes, sialagogae, vomitoriae, diaphoreticae, diureticae, expectorantes et vulnerariae. Indi ea tanquam praesentaneo specifico contra morsum serpentis crotalophori, seu Crotali horridi *Linn.* vtuntur. Sed ob virtutem sanguinem resolventem etiam a medicis in peripneumonia, pleuritide, hydrope et arthritide, saepe felici passim cum successu adhibetur. Datur in forma pulueris ad drachmam dimidiam, vel in decocto saturato ad cochlearia aliquot. Tinctura spirituosa fauces acrimonia sua lacescit. *G. Plaperschlangenzugel, Senega. G. Le Seneka, Racine contre la morsure du Serpent à Sonnettes. A. The Rattle-snake Root, Senega.*

SENECTVS, vocatur aetas, quae incipit post quinquagesimum annum, non autem dicitur decrepita, nisi post septuagesimum. In ea non tantum vigor actionum minuitur, licet sanitas utcumque maneat; sed propter maiorem valorum rigiditatem, auctamque humoribus resistantiam, varii morbi contingunt, huic aetati prae alia propii, medicisque notandi, qui ideo *Morbi seniles* dicuntur. *Ge. Alter. G. Vieillesse. A. Old-age. B. Ouderdom.*

SENN A, est duplex, *Alexandrina* scilicet, quae et *Orientalis*, *Aegyptiaca* et *Syriaca* dicitur, quae habet folia acuta, et ea est praestantissima. Est *Senna Alexandrina* foliis acutis *Rauh. Cassia senna* foliis seingis subouatis, petiolis eglandulatis *Linn.* (*Decandr. Monog.*). Vel *Italica*, foliis magis obtusis *Baub.* quae priori substituitur eiusque varietas est. Appellatur et *Sena*. Est planta, quae habet caules lignosos, ex quibus erumpunt folia oblonga, acuta, coloris subflavescentis. Flores sunt rosacei, pentapetali. Flori succedit siliqua plana, crassa, carnosae, valde succulenta, incurua, bivaluis, membranosa, coloris obscuri, continens femina instar gigartorum, renem figura referentes, a se mutuo distincta paruis sepimentis, nigra, aut alba. Haec arbuscula crescit in regionibus calidis, praesertim in Indiis Orientalibus, in Alexandria, Aegypto et Arabia, vt et in Italia; virtute purgante folia sunt celebria, quae in substantia, vel, quod praestat, in infuso data, satis blanda vi agunt. In morbis tamen inflammatoriis minus tuto dantur. Qualitatem nauseosam et tormina, addita salia, aromata, sed specificae, vt dicitur, Iquetaya Brasiliensivm, vel Scrophulariae aquaticae folia, corrigunt. Praescribuntur folia Sennae S. S. id est sine stipitibus. Folliculorum Sennae idem vsus, et eadem, sed debiliior, virtus est. Folia Sennae plerasque compositiones purgantes ingrediuntur. *Ge. Senneblätter. G. Sené. A. Sena. B. Zenebladen.*

SENSIBILE, dicitur vel de omni re, quae in sensus incurrit; vel de partibus corporis nervosis, quae solae acuto sensu praeditae sunt. Ge. *Empfindlich*. G. *Sensible*.

SENSIBILITAS, est qualitas partium nervosarum, qua laesitae sentiunt. A solis nervis pendet. Ge. *Empfindlichkeit*.

SENSITIVAE PLANTAE, botanicis illae dicuntur, quae ad contactum externum aut folia contrahunt, aut ramos demittunt, e. g. *Mimosa*, etc. Ge. *Empfindende Pflanze*.

SENSORIUM COMMUNE, est illa pars in cerebro, ubi sensuum nervi terminantur et nervi motui dicati, vel simul ad musculos tendentes incipiunt; olim a *Carsesio*, haec assignata fuit glandula pineali; ab aliis initium medullae oblongatae; verum quamdiu veram et primam originem nervorum ignoramus, nunquam limites sensorii communis dari poterunt. Gr. Τὸ κοινὸν αἰσθητικόν. Vide *Aisthetorium*.

SENSUS, Gr. *Αἰσθησις*, est mutatio facta in sensorio communi, cuius sibi anima conscia est. Est vero *Sensus*, vel *externus*, vel *internus*. *Externus* est facultas animae percipiendi mutationes in organis sensorii qua talibus factas, et ex his obiecta externa, quae mutationes inducunt: talis est *visus*, *auditus*, *tactus*, *gustus* et *olfactus*. *Internus* est facultas animae ideas varias producendi, reuocandi, comparandi, et obiecta vel desiderandi, vel repudiandi. Talis est *phantasia*, *memoria*, *ingenium*, *iudicium*, *voluntas*. Vide *Aisthesis*. Ge. Der Sinn, *Empfindung*. G. *Les Sens*. A. *The Sense*. B. *Zin*, *Bevas*.

SENTIS, est *Rubus*: dicitur, quod a tangentibus quamprimum sentiarur. Vide *Rubus*.

SEPARATIO, chirurgis est, quando caro emortua, a sana, et caries ossis ab integro osse, arte, vel naturae vi separatur. G. *Absonderung*. G. *L'Exfoliation*, *Separation*, A. *Separation*, B. *Scheidung*.

SEPARATORIUM, seu **HYPOCLEPTICVM**, est vas chymicum vitreum oleis ab aqua separandis destinatum. Est vas transmittens quodammodo vniiforme, oblongum, orificio ad capacitatem auricularis digiti aperto, cui materia infunditur, et fundo, in modum acus acuato, materiam rursus emittendi gratia, praeditum. In medio ventricosum est, ad capiendam materiae sufficientem capacitatem. Ge. Der *Scheidetrichter*, *Jungfer*. G. Un *Séparatoire*, *Vaisselle propre à séparer*. A. *Separatar by sisting*. B. *Schei-glas*, *Scheitruig*, *Schei-trechter*.

SEPIRVS, est inflammatio alicuius partis induratae.

SEPIAE OS, vide *Os Sepias*.

SEPLASIARIUS, a foro Capuae in Italia nomen habet, *Seplasia* dicto; erant ii, qui odoramenta et vnguenta aromatica diuendebant. Tunc temporis circumforanei ita vocabantur, et pharmacopoeis illud nomen, sed improprie, quoque attribuitur. Hodie plerumque sic vocantur, qui simplicia tantum vendunt. Ge. *Materialiste*. G. *Droguiste*.

SEPSIS, est dissolutio partium animalium et fluidarum et solidarum putrida. Ge. *Fäulung*. G. *Corruption*.

SEPTA, i. q. *Septica*.

SEPTANA, dicitur de febre, quae septem dierum spatio periodum absoluit. An detur, dubitandum? Ge. *Das sieben-tägige Fieber*. B. *Zevendaagse Koorts*.

SEPTICA, siue **PVTREFACIENTIA**, sunt, quae calore et acrimonia carnem tenuem colliquant, putrefaciunt, et corrumpunt. A *σῆνω*, putrefacio. Ge. *Durchfressende, faulmachende Mittel*. G. *Septiques*. B. *Verrotzende Middelen*.

SEPTIFOLIUM, vide *Heptapleuron*.

SEPTIMESTRIS, praecipue de foetu humano dicitur, qui post septimum mensem partu excluditur, et pro partu vitali et legitimo habetur. Ge. *Ein Siebenmonathkind*. G. *Enfant de sept Mois*.

SEPTVM AVRIS, est membrana tympani. Vide *Tympani membrana*.

SEPTVM CORDIS, est paries carnosus inter ventriculum cordis dextrum et sinistrum ex vtriusque fibris muscularibus compactus, atque non, vt passim visum est, ad solum sinistrum pertinens, vtrumque ventriculum a se inuicem separans, nec vllis foraminibus peruius, hinc omnem sanguinis ex altero ventriculo in alterum transfluxum impediens. Germ. *Die Scheidewand des Herzens*. G. *La Cloison du Coeur*. B. *Her Harre-schor*.

SEPTVM LUCIDVM, est productio corporis callosi formans sepimentum, propter tenuitatem diaphanum, cerebri ventriculos anteriores distinguens, elouato corpore calloso inter illos et fornicem subiacentem conspicuum. Constat ex substantia tenui medullari, duplici tamen, oblongam cavitatem comprehendente, et pia matre obducta; *Galeno diaphragma cerebri* dicitur. Ge. *Die durchsichtige Scheidewand des Gehirns*. G. *Cloison transparente*. B. *Her doorschijnende Spiegel-vlies*.

SEPTVM NARIVM, est sepimentum illud partim cartilagineum, partim osseum, membrana glandulosa obductum, quo nares ab inuicem in duo foramina diuiduntur. Germ. *Die Scheidewand der Nase*. G. *La Cloison du Nez*, l'En-

tredeux des narines. A. *The Middle-part, or Bridge of the Nostrils.* B. *Her Neufschot.*

SEPTVM SCROTI, est substantia constans e stipata tela cellulosa testiculos ambiente et internum scroti parietem vestiente, quae scrotum iuxta longitudinem in duo caua separat, quorum sigulum vnicum testiculum recondit. Ge. *Die Scheidewand im Hodensack.* G. *La Cloison du scrotum.*

SEPTVM TRANSVERSVM, vide *Diaphragma.*

SEPTVMX, est pondus vnciarum septem.

SERAPIAS ORCHIS, est Helleborine *Tournef. Serapias Linn.* (Gynandr. Diandr.) planta scilicet flore polypetalo anomalo, quinque petalis oblongis conniuentibus contans et nectario excavato, inferne gibbo, trifido, acuto, cuius calyx abit in capsulam ouatam, trigonam, triualuam, unilocularem, polysperman. Radicibus, quae fibratae sunt, vires aphrodisiacae tribuuntur. Dicitur, quod huius flores insecta quaedam referant lasciuia et foecunda, tanquam a Serapide, Aegyptiorum idolo, nomen habentia, cuius in Canopo, Aegypti vrbe, magnificum templum erat, vbi lasciuis et impudicis cantibus et saltationibus colebatur. Ge. *Wild Nießkraut, Helleborinen.* G. *Elleborine.* A. *Bastard Hellebore,* B. *Vosse-kullekens, Vlieg-bloem.*

SERAPIVM, i. q. *Syrupus.*

SERAPINVM, vide *Sagapenum.*

SERICEVM, botanicis est *folium* tectum pilis appressis mollissimis.

SERICVM, est tegmen, e tenuissimis filis constans, quo Bombyx matura se cingit, in eo se recondens, vsque dum in Chrysalidem, seu Aureliam, transmutetur. Illud crudum et integrum *Falliculi, serici* dicuntur, qui Hyacinthorum confectionem ingrediuntur. Olim serico tosto singulares vires cordiales et alexipharmacae tribuebantur. Hodie exoleuit vsus. Analyfi chymica easdem partes, quam alia corpora animalis prolapiae, exhibet. G. *Seide,* G. *Soye.* A. *Silk.* B. *Zyde.*

SERIOLA, i. q. *Seris.*

SERIPHIVM ABSINTHIVM, dicitur *Marinum absinthium.* A Seripho insula nomen habet, in qua copiosissime crescit.

SERIS, SERIOLA, est *Inrubus*, siue *Endiuia.* Nomen quidam a serendo deriuant, quia, cum syluestris sit, planta serendo melior fiat. Alii, quod aqua tasta, quasi recenter lata foret, virescat; sed nomen non Latinum, sed Graecum est, et originem potius a *σαρσειν*, vel *σαρσειν*, *Mundare, purgare*; non quod purgandi vim obtineat, sed quod vti mundata et purgata, inanis et vacua sit; a caule itaque cauo no-

men potius habere videtur. *Seris* itaque a *σεισω*, inanis sum. Vide *Endiua*. Ge. *Endivie*. B. *Witte Endyvie*.

SERPENS, botanicis dicitur *Radix*, quae vna, aut pluribus longis ac tenuibus propaginibus iuxta superficiem terrae extenditur, nec aliis in terram descendit.

SERPENS, est ordo animalium amphibiorum, scilicet corde uniloculari, uniaurito, pulmonibus arbitrariis, pene duplici, ore respirantium, absque pedibus et pinnis, cuius ordinis plura dantur genera et species, colore, magnitudine, armis et qualitate venenata maxime inter se diuersae. In officinis ad usum medicum prostat *Natrix torquata Rai*. *Coluber natrix* scutis abdominalibus CLXX, squamis subcaudalibus LX. Est serpens niger, macula alba vtrinque ad collum. Habitat in Europa, in fimetis pariens. Spina dorsi exsiccata et in puluorem trita qualitatis est absorbentis. Exuuiis virtus diuretica et ecbolica tribuitur. Axuhgia in vnguentis nervinis commendatur. Ge. *Schlange, Natter*. Ga. *Serpent*. A. *Snake*. B. *Slang Adder*.

SERPENTARIA, dicitur *Scorzonera*, quod serpentum moribus venenatis medeatur. — Item sic *Bistoria* appellatur. — Ita quoque *Ari* species vocatur, ob nigras et purpureas, quas habet caulis, maculas. — *Serpentaria*, *Virginiana* dicta, *Aristolochiae* species est, et quidem *Aristolochia pistolochia* caule nodoso *Pluk*. *Aristolochia serpentaria* foliis cordato-oblongis planis, caulibus infirmis flexuosis teretibus, floribus solitariis *Linn*. (Gynandr. Hexandr.) radicem habens tenuem, fibrosam, foris fulcam, intus flavescentem, sapore amaro praeditam, contra febres intermittentes et exanthematicas celebratam. Conf. *Dracontia*, *Cenzum morbia*, *Colubrina*, *Mungos*, s. *Serpentum radix*.

SERPENTARIUM LIGNVM, vide *Colubrinum*.

SERPENTINA, est *Plantaginis* species, et quidem *Plantago* foliis triangulari-prismaticis *Guert*. *Holosteum* strictissimo folio minus *Bayh*. *Plantago subulata* *Linn*. (Tetrandr. Monogyn.) foliis subulatis triquetris, striatis, scabris, scapo tereti. Spica quato-oblonga, non villosa. Habitat in maritimis mediterranei arenosis.

SERPENTINVM LIGNVM, est lignum arboris in Zeylona habitantis, quae est *Ligustrum* foliis ad singula internodia ternis *Burm*. *Ophioxylon serpentinum* *Linn*. (Polygam. Monoec.) Qualitatis est amarissimae, et ob vires pellentes et sudoriferas contra morbos malignos et morfuram animalium venenatorum laudatur. Datur in decocto ad vnciam dimidiam.

SERPENTVM RADIX, est Mungos radix *Kaempf.* *Ophi-
orbiza mungos Linn.* (Pentandr. Mondgyn.) foliis lanceolato-
ouatis. Crescit haec planta in Iaua, Zeylona, Sumatra.
Radix est amarissima, eique singulares virtutes contra iclus
venenatos, hydrophobiam, aliosque morbos malignos attri-
buuntur. Lapidem de Goa factitium ingreditur. Vide
Mungos.

SERPIGO, vide *Lichen, Herpes.*

SERPILLVM, s. **SERPILLVM**, est species Thymi, scil. *Thy-
mus serpyllum* floribus capitatis, caulibus repentibus, foliis plan-
nis obtusis; basi ciliatis *Linn.* (Didyn. Gymnosf.). Serpyllum
vulgare minus *Baub.* Habet plures caules quadratos, duros,
lignosos, rubicundos, humiles, parum villosos, quosdam res-
ectos, alios repentis, folia Thymi latiores, caetera cum Thymo
plane conueniunt. Crescit passim in collibus nudis Europae.
Qualitatis est spirantis viribusque eximiiis neruinis et resol-
uentibus gaudet. Hinc in cephalalgia, paralyti, dytociis et
torminibus commendatur. Adhibetur et interne et externe,
praecipue in balneis. Infusum rursim inueteratam tollere
lego. Prostat in officinis aqua, spiritus et oleum. Graec.
Ἐρπύλλον, a serpendo, tam Graecis, quam Latinis, dictum: quo-
niam, si qua eius particula terram attingit, inibi radices de-
mittit. Gr. *Ἐρπε* enim est serpo. Ge. *Quendel, Feldsum-
mel, wilder Polen.* G. *Serpolet.* A. *Morber of thyme, wild
Thyme.* B. *Quendel, wilde Thym.*

SERRA, est instrumentum chirurgicum lamella dentata
constans, qua ossa ferrando auferuntur. Gr. *Πείων.* Ge.
Eine Säge. G. *Sci.* A. *A Saz.* B. *Een Zaag.*

SERRA VERSATILIS, est instrumentum chirurgicum,
tympanis duobus, iisque dentatis, praeditum; vtile maxime
ad intercicenda duorum, vel trium, modioli factorum, in-
terstitia. Ge. *Trepant.* B. *Draay-zaag.*

SERRATA, vide *Chamaedrys.*

SERRATA, botanicis dicuntur *folia* margine inciso, omni-
bus incisuris respicientibus extremitatem.

SERRATVLA, est planta flore composito fusculofo, (Syn-
genef. Polygam. Frustran.) a pluribus pro specie laceae ha-
bita, quae habet folia oblonga, ampla, Betonica maiora,
incisa. Caulis ad altitudinem duorum pedum crescit, re-
ctus, striatus, rubescens, in parte superiori in multos ramos
diuisus, folia gerentes instar Scabiolae incisa, et ab inferio-
ribus diuersa. Flores, vt in lacea. His succedunt femina
pappis instructa. Radix est fibrosa, saporis aliquantulum
amari. Haec planta crescit in syluis, in pratis, et in locis

tenebricosis et humidis. Vires quidem plantae tribuuntur subadstringentes, vulnerariae et resoluentes. Rarior tamen eius usus medicus est, et longe frequentior nigro- aut viriditinctior. Ill. *Linnaeo Serratula* proprium genus plantarum flore composito flosculofo (Syngenes. Polygam. Aequal.) constituit. Planta sic vocatur a foliis primum e terra erumpentibus, serramque aemulantibus. Ge. *Schartenfraut*, *Färberscharten*. G. *Sarrette*, *Serrette*. A. *Sau-wort*. B. *Schaar-kruid*. Vide *Chamaedrys*.

SERRATUS MUSCULUS, vel DENTATUS, quadruplex est, *Postici* habentur duo, et totidem *Antici*. *Posticus primus superior*, lata aponeurossi a ligamento cervicis et a processibus spinosis duarum inferiorum vertebrarum colli et duarum superiorum vertebrarum dorsi oriens, oblique antrorsum descendit, et dentationibus suis carnosus secundae, tertiae, quartae et quintae costae verae inseritur. Alter est *Serratus*, vel *Dentatus posticus inferior*, pariter lata aponeurossi a processibus spinosis trium inferiorum vertebrarum dorsi et duarum superiorum vertebrarum lumbiarum oriens, et oblique ascendens, quatuor inferioribus costis spuriis totidem dentationibus carnis adhaeret. Hi musculi quidem actione sua costas superiores eleuare, inferiores detrudere, sicque thoracem dilatare posse videntur; verum cum tenuis sit eorum moles, magis verosimile est, eos potius firmandis musculis subiacentibus, sicque eorum actioni subleuandae, inferuire. Alterum par *Anticum* est. Istius inferior musculus maior est, latus et vndique carnosus, cum abdominis obliquo descendente serratam compagem efficit. Oritur plerumque octo, vel nouem distinctis portionibus carnis ab octo costis superioribus, hinc retrorsum vergens sensim contrahit se, et affigitur interiori parti baseos scapulae, atque quum agit, scapulam in anteriora trahit; et hac firmata, costas extrorsum trahit. Alterum par *Superius anticum minus*, vel *Musculus pectoralis minor*, sub Pectorali maiori latens, costis superioribus quatuor, prima excepta, totidem extremitatibus adnascitur, hinc ad scapulae processum coracoidem implantatur. Antrorsum ad thoracem scapulam adducit. Ge. Die *Sägsförmigen Muskeln*. G. *Muscles Dentelés*. A. *The Saw Muscles*. B. *De Zaagspieren*.

SERRIOLA, vocatur *Endiua*, vt et *Lactuca syluestris*. Sic dicitur, quod eius foliorum costa media, a posteriore parte, spinis serrae in modum sit aculeata. Vide *Endiua*.

SERTVLA CAMPANA, vide *Melilorus*.

SERVM, Gr. Ὠρόδω, est sanguinis humor aqueus, tenuis, subflauus, et subsalius, constans ex plurima aqua, mediocri fale et pauca terra. Vfus est, vt sit vehiculum sanguinis rubri, seu alimenti, deinde vt sanguinem diluat, vt per vasa minima fluat, ea nutriet, et ex illo tenuissimi corporis liquores segregentur. Eius proportio ad partem purpuream, vel cruorem, in vāriis subiectis diuersissima est, nec vnquam exacte determinari potest. Tenuior feri pars, ab aliis vero crassior *Lympha* vocatur. Vide *Lympha*. Apud *Hippocratem* vocatur Ὀχμα της τροφης. Ge. Der wässerichte Theil in Geblüt. G. La Serosité du Sang. A. Watery, or serous part of the Blood. B. De Wei van 't Bloed.

SERVM LACTIS, est pars aquosa lactis a portione caseosa et pingui, instillato acido, coctione et filtratione separatum. Huius, cum eximias sint vires diluentes, demulcentes et aperientes, amplissimus in medicina, praecipue in morbis chronicis, vfus est. Sed etiam e lacte recenti ad siccitatem cocto, affusa rursus aqua, *Serum lactis dulce* paratur, quod praecipue viribus acre obtundentibus et nutrientibus summpere se commendat, et exhaustis prodest. Vide *Lac. Ge. Molsen, Milchschotten*. G. Petit lait. A. Wbey. B. Wei.

SESAMOIDEA OSSA, sunt ossicula sexdecim, plura, vel pauciora aliquando, a figura Sesami seminis dicta, quae in internodiis manuum et pedum reperiuntur, vt ossium tendines haec supercandentes maiorem vim in eleuanda parte acquirant, et ossium articulatio firmetur. In iunioribus adhuc cartilaginea sunt, vnde in senibus facillius reperiuntur. Ge. Die Gelenkbeinlein. Ga. Les os Sésamoïdes. B. De Zaadbeentjes.

SESAMVM, est plantae genus calyce monophyllo, quinquepartito, breuissimo; corolla monopetala ringente, (Didynam. Angiosperm.) capsula oblonga, obsolete tetragona, compressa, acuminata, quadriloculari, polysperma. Sesamum veterum *Baub*. *Sesamum orientale* foliis ouato-oblongis integris. Crescit in Malabarta et Aegypto; apud nos passim colitur. Semen oblongum, striatum, flauum, saporis est mucilaginosi alliacei, viribusque emollientibus et antiphlogisticis gaudet. Commendatur in ophthalmia. Rarioris vfus. Frequens esca oscinum. Oleam vel coctione eductum, vel ex femine tosto expressum, quod spissius est, Indis ad cibos condiendis in vsu est. — *Sesamum falsum*, vide *Myagrnum*. Planta haec nomen habet a σήσω, quod quandoque *esio* denotat, concutio, impello; et κίμω, meto, quod subito et quasi impetu ad messem propelleretur. Vel nomen accepit ab

Aegyptiis, Syrisue forte Indis. Aegyptiis *Sempsem* dicitur. Ge. *Sesambdotter*. G. *Engoline*, *Sésame*. A. *Sesamy*, *Oily purging grain*. B. *Sesam*.

SESCVN CIA, siue SESQVI VN CIA, continet vnciam vnam et semissem, siue drachmas duodecim. Sic notatur $\zeta i \beta$.

SESELI, SESELEOS, et SESELIS, planta est officinalis, dicitur et *Sesedi*, hinc manauit vitium lectionis vulgatae *Sili*. *Silazum* antiqui dicebant, quod nunc ientaculum dicimus, eo quod tum ieiuni, vini Sili herba conditum, absorbebant. Veteres etiam *Sil*, *Sile*, *Seli* vocabant. *Seseli massiliense* Foeniculi folio, Foeniculum tortuosum *Baub*. f. *Seseli tortuosum* caule alto rigido, foliis linearibus fascicularis *Linn*. (Pentandr. Digyn.) in Europa australi habitans est planta, quae habet caulem striatum, medulla alba repletum, qui statim, vbi ex radice erupit, diuiditur in plures ramos, firmos, tortuosos, nodosos, satis crassos, dispersos. Folia foeniculi foliis similia, sed aliquantulum crassiora, breuiora, duriora, et magis a se inuicem remota, coloris similis *Feré Anethi* foliis. Flos est rosaceus et umbellatus, pentapetalus, coloris albi, interdum purpurei. Flore deciduo calyx fit fructus compositus ex duobus feminibus oblongis, ab vna parte gibbis, fulcatis, planis, ab altera parte figura ad Foeniculi femina accedentibus, coloris grisei albi, vel pallidi, odoris valde aromatici, saporis acerrimi. Radix est longa, digiti interdum crassitie, alba. Tota planta odorem habet fortem, et gratum. Semen porissimum viribus carminatiuis et stomachicis pollet, rarius tamen adhibetur. Ge. *Seselfraut*, *Steintraut*, *Berakümmel*. G. *Seseli de Marseille*, ou *Fenouil tortu*. A. *Common Hart-woxel*. B. *Sernontcine*. — *Seseli creticum Pharm*. *Seseli creticum minus Baub*. *Tordylium officinale* inuolucris partialibus longitudine florum, foliolis ovatis laciniatis *Linn*. (Pentandr. Digyn.) est planta umbellifera in Europa australi pariter proveniens, iisdem cum praecedente, debilioribus tamen, viribus. Theriacam Andromachi ingreditur. Ge. *Kretischer Bergkümmel*. G. *Séseli de Candie*. — Aliud *Seseli officin.* est *Laserpitium siler Linn*. Vide *Siler*.

SESQVI, vocabulum cum aliqua mensura, vel modi, vel numeri, vel temporis, collocatum, non integrum modo id, cui iungitur, explicat, sed integrum et semis. Sic *Sesquibra* libram vnam et semissem significat. *Sesquimensis* integrum mensum et semissem.

SESQVICYATHVS, est Heminae quadrans, vel sextans cum vncia dimidia.

SESQVIHEMINA, est Hemina vna et dimidia.

SESQVILIBRA, est Libra vna et dimidia.

SESQVIOBOLVS, est Obolus vnus cum dimidio, siue grana quindecim.

SESQVIPLVM, est libra vna cum dimidia.

SESQVISEXTARIVM, est Sextarius vnus cum dimidio.

SESQVIVNCA, i. q. *Sesuncia*.

SESSILE, botanicis dicitur *folium*, aut *stipula*, immediate cauli absque petiolo infidens.

SETACEVM, a seta dictum, est, cum cutis, inprimis cervicis, perforante vtrunque acu plerumque transuersum, raro longitudinaliter, compungitur, vulnusque per setas, aut potius per funiculum lineum, vel sericeum, qui in vultere relinquitur, et bis quotidie digestiuo inunctus, hinc inde paululum ducitur, apertum seruatur, vt per id vitiosi humores euacuentur. Haec operatio, licet a quibusdam ceu inutilis reiecta, a pluribus tamen summopere in morbis quibusdam refractariis laudatur, et praecipue in hydrocephalo, ophthalmiis variis, incipiente cataracta, epilepsia, cephalaea, affectibus soporosis et imminente apoplexia commendatur. Ingeque plus, quam plures fonticuli, efficere dicitur. *G. Eine Haarschnur, Haarseit. G. A. Séron. B. Een Seton, Hair-snoot.*

SETAE, in plantis sunt pilli rigidiusculi, teretiუსculi.

SEVTLOMALACHE, vel **SEVTLOMALACHIVM**, quidam *Beram*, alii *Spinachiam*, esse tradunt. *Gr. Σεβραον* enim, vel *σεβραον*, Bera est, et *μαλάχη*, Malua.

SEVVVM, est pinguedo duriuscula, sumiturque a solis quadrupedibus graniusculis, vel graminis. *Ge. Unschlitt. G. Suif. B. Talk, Ongel.*

SEXCVNX, i. q. *Semuncia*.

SEXTANS, est libræ sexta pars, uncias duas continens.

SEXTARIVS, mensurae Romanae genus est, quod si melle repleatur, pendet uncias triginta; si oleo, uncias octodecim; si vero aqua repleatur, pendet aquae uncias viginti. Caput (vt alii dicunt) mensurales uncias viginti olei: pondere vero habet uncias sedecim, drachmas quinque et scrupulum vnum, continet duas heminas vulgo, seu uncias decem et octo. Dicitur sexta pars Congii. Aliis est vini libra cum vnciis octo, et olei libra vna cum semisse. *Ge. Ein Nögel, halbes Maas. G. Sexier. B. Een halve Maat.*

SEXTVLA, pendet scrupulos quatuor.

SEXVNX, est pondus sex vnciarum, siue libra dimidia.

SEXVALE SYSTEMA, botanicorum illud est, in quo classes et ordines plantarum iuxta numerum et situm partium

maſculinarum et foemininarum in floribus, ſcilicet ſtamina et piſtilla, diſtribuuntur.

SEXVS, eſt differentia inter marem et foeminam in organis ad generationem pertinentibus; et morbi inde oriundi, id eſt viro, vel foeminae, proptii, vocantur *Morbi ſexus*. Ge. *Gefchlecht*. G. *Sexe*. A. *A Kind, or Sexe*. B. *Geslagt, Kunne, Sexe*.

SIAGONAGRA, eſt *Arthritis maxillarum*. A *σιαγων*, maxilla, et *κρυσιον*, capio. Ge. *Sicht am Sinnbacken*. B. *Flerecyn der Kaaken*.

SIALAGOGA, ſunt medicamenta, quae ſaliuam mouent. Ge. *Den Speichelfluß erregende Mittel*. G. *Sialagogues*.

SIALISMVS, i. q. *Pryaliſmus*.

SIALOCHVS, i. q. *Pryaliſmus*.

SIALON, ſeu **SIELOS**, idem quod *Saliva*. A *σιαλη*, ſaliuam emitto.

SIBILVS AVRIS, idem quod *Tinnitus auris*. — *Sibilus* etiam denotat ſonitum, qui in reſpiratione aſthmaticorum auditur.

SICCVM, opponitur humido, diciturque de temperamento melancholico: *Siccus hydrops* eſt tympanites; *Sicca ophthalmia* dicitur, in qua nullus lacrymarum fluxus eſt; *Sicca pleuritis*, in qua nihil expulit; *Sicca ſcabies*, in qua puſtulae non purulentae, ſed aridae ſunt; *Sicca gonorrhoea*, in qua ob inflammationem materiae effluxus ſubito ſuppreſſus eſt, etc.

SICILICVS, ſeu **SICILIVM**, ponderis nomen veterinariis uſitatum, pendens vnciam dimidiam, ſiue drachmas quatuor; alii putant, eſſe quartam vnciae partem.

SICYS, et **SICYOS**, eſt planta cucurbitacea floribus maſculis et foemineis in eadem planta, (Monoec. Syngenef.) calyce monophyllo, campanulato, corolla quinquepartita, campanulata, bacca ouata, ſpinis obſita, vtiloculari, ſemine conico ſubouato. Planta eſt ſcandens, ſaepe in hortis noſtris luxurioſe creſcens. Vix ad uſum medicum adhibetur. Qualitatis caeterum aquoſae, refrigerantis. Dicitur uolunt a *σικος* et *κωσ*, moueo: quia cucumeres cito creſcunt. Hinc *Σικωσ*, cucurbita. Alii a *σικος*, concitari, et *κωσ*, osculari, vel utro gerere, quoniam dicunt eo cibo uenerem accendi. Ge. *Steigende Gurken*.

SIDA, eſt plantae maluaceae genus, aliis *Maluinda*, aliis *Abutilon* dictum, (Monadelph. Polyandr.) perianthio ſimplici, ſemiquinqueſido, petalis quinque inferne coalitis; capsula ſubrotunda, acuminata, loculis coniuñctis, loculamentis diſcedendo dehifcentibus, cornutis, ſeminibus ſubrotundis, acumi-

acuminatis, hinc conuexis, inde angulatis. Plures eius species in hortis nostris coluntur, neque tamen hucusque in vsum medicum adhibitae sunt. Nomen est a Sida, Boeotiae oppido.

SIDERATIO, i. q. *Sphaelus*, et *Apoplexia*.

SIDEREVS LAPIS, vide *Magnesia*.

SIDERITIS, seu *Herba iudaica*, est planta, flore monopetalo ringente, subaequali, labio superiori bifido, inferiori triado, (Didynam. Gymnosperm.) quae habet caulem lanuginosum, quadratum, flauum. Folia sunt inuicem opposita, oblonga, in margine incisa, lanuginosa, rugosa, saporis adstringentis, aliquantulum acris. Flores verticillati, in alis foliorum plerumque incisorum congesti, coloris albi, subflauescentis, punctis rubris notati. Singula pars horum florum sustinetur a duabus bracteis, vel foliis subrotundis, instar cristae galli incisis, quae folia multum ab aliis foliis in parte infima crescentibus differunt. Semina quatuor sunt oblonga, nigricantia, in capsula, quae floris calyx fuit, recondita. Radix lignosa. Haec planta odore Lamium refert. Crescit in montibus, locis siccis et incultis. Viribus gaudet subadstringentibus et vulnerariis, hinc in herpiis et leucorrhoea cataplasma et decoctum eius commendatur. Ob vim abstergentem balneis praecipue additur, quae balnea morbis ex fascino mederi olim credidit superstitio. Lat. etiam *Ferraria* vocatur, quia vulnera ferro icta firmiter conglutinare dicebatur. *Σιδιτης* est ferrum, ensis. Ge. *Shiedkraut*, *Beschreykraut*. G. *Crapsudine*. A. *Iron-wort*.

SIEF, est vox Arabica, et denotat medicamentum ophthalmicum, vel collyrium ficcum. Vide *Collyrium*.

SIELISMVS, idem quod *Saliuatio*. A *σιελισμ*, sputum emitto.

SIELOCINETICA, idem quod *Saliuatio*. Ex *σιελον*, sputum, et *κινεω*, moueo.

SIGILLATA TERRA, vide *Argilla*, *Bolus*.

SIGILLVM, NAEVVS SIGILLVM, est macula connata nigricans, subrotunda, parua, vna, vel multiplex, alias plana, quandoque eminens et verrucosa, quae nedum noceat, saepe in facie ita placet, vt similes maculas, cum deficient, effingant puellae. *Sauv.* Ge. *Muttermaal*. G. *Sein*.

SIGILLVM BEATAE MARIAE, est *Bryonia nigra*, *Bauh.* vel *Tamus communis* Linn. Vide *Bryonia*.

SIGILLVM HERMETICVM, vocatur, quum collum phialae vitreae igni admotum ad liquefactionem vsque calefit, et hac ratione per ipsum vitrum clauditur. Interdum ante

liquefactionem epistomio et orificio lutum interiicitur ex succino albo, vitro veneto contuso et borace. Ge. *Hermérisches Siegel*. G. *Sceau Hermétique*.

SIGILLUM SALOMONIS, siue POLYGONATUM, planta est sic dicta ob characteres sigilli modo radicibus impressos. Vide *Polygonarum*.

SIGMOIDES, sunt *Apophytes* ossium semilunares; vt processus ancyroides scapulae, et sinus ossis radii, Graecorum antiquorum C. referentes. — Sic *cartilagineae* duae articulo femoris cum tibia interiectae *sigmoideae*, vel *semilunares*, dicuntur. Coli *flexura* inferior sinistra, qua in rectum abire solet, pariter *sigmoidea* dicitur.

SIGMOIDES, sunt *Valuulae* tres arteriae magnae, circa cor foris spectantes, sanguinem ex ventriculo sinistro in aortam quidem admittentes, sed illi regurgitare conanti suo explicatu et exacta claufura resistentes: dictae a littera C. seu sigma, et *σῖδος*, forma. Huiusmodi etiam tres valuulae in ventriculo cordis dextro ad exitum arteriae pulmonalis in eundem usum collocatae sunt, quas nonnulli distinctionis causa *semilunares* proprie vocant. Vide *Valuula*.

SIGNUM MORBI, Gr. *Σημεῖον*, est, quidquid sensibus nostris est obuium, vel aliquid ad ipsum pertinens, ex quo aliquid ratiocinio elicimus. Signum est morbi causa, vel symptoma, quod vel praesentia indicat, et hoc vocatur *Diagnosticum*; vel futura praenunciat, et hoc dicitur *Prognosticum*; vel praeterita in memoriam reuocat, illudque appellatur *Anamnesticum*. Signum est *proprium*, vel *commune*; hoc separabile; proprium inseparabile, siue *Pathognomonicum*, *Syndremon*, *Epiphanomenon*, *Bonum*, *Malum*, *Certum*, *Incertum*, *Salutare*, *Letale*, etc. — *Signa sanitatis* sunt, actiones integrae; qualitates conuenientes, excreta et retenta bene conuenientia. Ge. *Die Zeichen der Krankheit*. Ga. *Signe de Maladie*. A. *A Sign of the Disease*. B. *Teken der Ziekte*.

SII., vide *Ochra*.

SILER, est Ligustici species, et dicitur *Montanum*. Ligusticum, quod Sefeli officinarum *Bauh*. *Laserpitium siler* foliolis ouali lanceolatis, integerrimis petiolatis *Lin.* (*Pentandr. Digyn.*). Planta haec habet caulem valde altum ad hominis quidem altitudinem, ramosum, pedunculos longos prolicentem, qui emittunt folia ampla, magna, in alas extensa in plures partes diuisa, quibus tria adhacrent foliola, vt in Meliloto, sed angustiora et molliora, aliquantum odora, vbi contunduntur. Flos est rosaceus et umbellatus, quinque potissimum petalis constans in orbem positus, et

calyci infidentibus. Is autem abit in fructum compositum ex duobus seminibus sibi inuicem adhaerentibus oblongis, hinc gibbis et sulcatis cum liris veluti foliaceis, inde vero planis, odoris ad Cuminum accedentis. Radix crassa, longa, rugosa, alba, odora, Pastinacae similis. Tota haec planta, praecipue vero semen, viribus carminatiuis, diureticis et emmenagogis pollet. Vrinam nigro colore inficit. Specificè in colica lochiali, mensibusque a terrore suppressis reuocandis laudatur. Crescit imprimis in locis calidis in montibus.

Ge. Bergser. G. *Livèche, ou Sermontaine*. B. *Sermontaine*.

SILIGO, est Tritici albillimi species. Gr. Ὀλιγα, et τριχυα, vel σάλευα: putant deriuari ab Hebraica voce *Sobeleg*, nix, ob farinae eius albedinem. Ge. *Weizen*. B. *Tarw*. — Plerumque tamen idem etiam significat, quam *Secale*.

SILIQVA, Gr. Καράτιον, seu KIRAT, est dimidium Lupini, et siliquae sex pendens scrupulum. Semen autem in siliqua contentum, non tota siliqua, intelligitur, et id mediocre, non enorme et habitius; neque strigosum et emaciatum, quare hordei, aut tritici, grana vsurpamus, quae hodie minimum pondus faciunt, velut olim grana lentis. Nonnullis est pondus quatuor granorum.

SILIQVAE, est pericarpium bialue, longum, adfigens semina, secundum vtramque suturam; si pericarpium subrotundum sit, stylo saepius sat longo instructum, *Silicula* dicitur. Hinc plantae flore tetrapetalo cruciformi in *Siliculosas* et *Siliquosas* diuiduntur. Non modo legumina, sed et complures quoque et herbae et frutices, siliquas proferunt. Ge. *Schote*. G. *Gouffe*. B. *Pelle, Scbelle*.

SILIQVAE DVLCEs, quarum arbor *Ceratonia* appellatur. Siliqua edulis *Bauh*. *Ceratonia siliqua* Linn. (Polygam. Trioec.). Est mediocrius magnitudinis, habens plurimos ramos, magnos, duos, in latum se extendentes. Folia pinnata, oblonga, carnosae, neruosa, dura, ad rachin communem cum impari extremo. Flores sunt apetalii, numerosis staminibus constantibus ortis ex calycis fissura; in calycis centro sit siliqua oblonga, compressa, paululum intorta, crassa, digito longior, pollice latior, fusca, splendens, coloris obscuri, rubicundi, dorso elatiore, includens pulpam carnosam, rufam, dulcem, sub qua intra membranaceos loculos latitant semina plana, subrotunda, compressa, fusca, lucida. Dulcedo maior in pulpa, quam in cortice. Hinc haec siliquae, ob qualitatē demulcentem, edulcorantem et expectorantem, in sōda, ardore vrinæ, raucedine, tussi et asthma cum fructu in substantia et decocto adhibentur. Syrupum

Diacodii ingrediuntur. Crescunt in Regno Neapolitano, insula Creta, Iudaea, Syria, Hispania, etc. Fructus sunt siliquae instar oblongi et plani, extus colore castanei; intus semina fere continent, vt Cassia fistula; fructus ipsi dulces sunt, ideoque in morbis pneumonicis vsui veniunt. Germ. *St. Jehannisbrod.* G. *Carouge.* A. S. *Johns-bread, Carob tree.* B. *St. Juns brood.*

SILIQVASTRVM, seu *Piper Brasilianum*, est Capsici species, a siliquis Siliquastrum dictum. Vide *Capsicum* et *Piper indicum*. — Sed Siliquastrum *Tourn.* Siliqua sylvestris rotundifolia, *Bauh.* Arbor Iudae *Dod.* *Cercis siliquastrum* foliis cordato-orbiculatis glabris *Linn.* (Decandr. Monogyn.) est arbor, quae habet ramos a se inuicem distantes, cortice purpureo, nigricante praeditos. Flores sunt papilionacei, ante folia vere erumpentes, leguminosi, purpurei, plures simul iuncti, pedunculis breuibus et nigris adhaerentes, quinquefidi, ex quibus duo in inferiori parte positi superiores exsuperant magnitudine. Post florem sequitur siliqua longa, plana, membranacea, purpurea, seminibus reniformibus et duris foeta. Folia sola et alterna nascuntur rotunda, Asarum referentia, sed maiora, neruosa, in parte superiori viridia, in inferiori albescentia, quae alae vexillo supereminent. Crescit haec arbor in regionibus calidis Europae et Orientis circa flumina. *Arbor Iudae* vocatur, vel quod cortex eius passim disruptus sit, vt abdomen Iudae, vel quod Iudas, vt putant, hac suspensus arbore mortem sibi conscuerit. Ge. *Judaßbaum.* G. *Arbre de Judas, Gainier.* A. *Arbor Juda Tree, Bud tree.*

SILIO, est is, qui habet nasum resimum, hoc est, sursum versus repandum, more simiae. Ge. *Der eine aufwärtsgefrümmte Nase hat.* G. *Qui a le Nez épâte.* B. *Kamuis Neus, Krom neus.*

SILPHIUM, est ex genere Ferulacearum. Cyrenensibus *Σίλφι*, aut *Σίλφι*, item *Σίλφι*, vnde Gr. *Σίλφιον.* Lat. *Silpe, Silpe* et *Serpe*, atque porro *Lac serpitiium*, vnde *Laserpitiium*. Vide *Laserpitiium*. — Ill. *Linnaeo* est genus plantarum flore composito radiato, (Syngenef. Polygam. Neceffar.) calyce ouato, imbricato, seminibus membranaceis fere obcordatis, margine membranaceo bicorni emarginato cinctis, receptaculo communi paleis linearibus distincto. Est Asteriscus *Dill.*

SIMAROVBA, est cortex fibrosus, pallidi coloris, saporis amari non ingrati, parum adstringentis, arboris, seu potius radicis arboris, quae est Terebinthus maior, Betulae cortice, fructu triangulari *Sloan.* *Bursera gummiifera* *Linnaeo*

(Hexandr. Monogyn.). Habitat in Guiana Americae. Inde primum hic cortex sub initium huius saeculi in Europam delatus est. Ventriculo cum primis et intestinis subuenit, et in dysenteria ut remedium summe specificum celebratur. Darur vel in substantia ad drachmam dimidiam, vel eius drachmae duae in libris duabus aquae decoquantur, aut, ut alii malunt, aqua frigida infunduntur. Decoctum saturatum vomitum excitat.

SIMILARES PARTES, sunt, quae sibi ubique per totum similes sunt, nec variationem aliquam vllibi obtinent. Tales autem partes proprie solae sunt fibrillae vltimae, solidae, non magis vasculosae, omnium partium firmarum corporis animalis: hae enim sunt merae expansiones longitudinales et firmae; ac ubique in tota longitudine eadem, oriundae et compositae ex meris particulis elementaribus, antea fluidis, nunc consolidatis; fibrae hae erunt proin sibi similes. Morbi ergo in his partibus residentes proprie morbi *Similares* dicuntur, sicque ab *Organicis* differunt. Latiori tamen sensu anatomici omnes partes *Similares* vocant, quae sibi similes sunt, ut arterias, venas, neruos, membranas, ligamenta, musculos, tendines, ossa, cartilagineas, etc. e quarum coniunctione partes dissimilares, vel organicae, componuntur. Ge. *Ähnliche Theile*. G. *Les Parties Similaires*. A. *The simple Parts, similar Parts*. B. *Eengedaantige Deelen, enkele Deelen, similare Deelen*.

SIMPLEX, botanicis dicitur *caulis* plantarum, continua serie versus apicem extensus: *Sexae*, aut *Spinae simplices*, continuo extensae longitudinaliter: *Fructificatio simplex*, paucis floribus constans; *Umbella simplex*, pedunculis omnibus ex vno eodemque receptaculo ortis.

SIMPLICES PARTES, vide *Similares partes*.

SIMPLICIA, sunt medicamenta vnius generis et nominis, quae a sola natura sine vlla artificis ope sunt producta, ex quibus seorsim collectis componitur materia medica, ut sunt radices, herbae, semina, flores, gummi, succi, mineralia, partes animalium, etc. Ge. *Einfache Urzneyen*. G. *Des Simples*. B. *Enkele Genees-middelen*.

SIMVS, est, cui nares depressae superius. Gr. *Σινός*. Ge. *Der eine eingedruckte Nase hat*. G. *Camus*. A. *Flar Nosed*. B. *Kamuis Neus, Plaz-neus*.

SINAPI, et **SINAPIS**, est planta, (Tetradynam. Siliquosa), quae habet folia Rapae, sed minora et magis aspera. Caulis quatuor, vel quinque pedes altus est, rotundus, villosus, in multos ramos diuisus. Flores quadrifidi, cruci-

formes, flauī. Post florem sequitur siliqua oblonga, breuis, angulosa, acuta, septo intermedio (cui valuae vtrinque adhaerescunt) in duo loculamenta diuisa, seminibus foeta vt plurimum subrotundis, rubicundis, aut nigricantibus, parvis, saporis acris, feruidi; siliqua in cornu quoddam fungosam, simili femine praegnant, plerumque desinit. Radix est lignosa, fragilis, alba, fibrosa. Semen praecipue in vsu est. Qualitate pollet acri et orgastica, viribusque incidentibus, rubefacientibus, stimulantibus, diureticis et aphrodisiacis. Hinc in nausea, cachexia, lethargo, tussi, calculo et scorbuto commendatur. Adhibetur quoque inter sternutatoria et masticatoria. Vim saltem antacidam inesse, et humores ad putridam acrimoniam disponere, non leuis suspicio orta est. Vfus frequentissimus est feminum contusorum et cum musto coctorum, quae sic sub spissiori consistentia inter condimenta mensis apponuntur. Gr. Νάπυ, vel Σίνυπι. Eius nomen venit e Graecia in Latium, censeturque dici, ἔτι σίνυπαι τὰς ἀπὰς ἐν τῇ ὀσμῇ, hoc est, quod olfactu luminibus officiat; ergo a σίνειν, laedere, et ὀψ, oculus, vel a νῆ, et πῶ, quod parum pascat, vel a νῆ, et πῶ, quod ob acrimoniam non possit bibi. Pleraque Graecia Napy nominat, quasi Naphy, quod sit acris, et proinde incommoda. Alii Napy per priuationem, videlicet νῆπιον, quasi immite dici volunt, quoniam acrimoniae vehementis particeps sit. Ge. Senf. G. Moutarde. A. Mustard. B. Mostaard.

SINAPISMVS, est medicamentum externum, ardorem, ruborem, doloremque cuti, cui applicatur, inducens; forma eius est similis cataplasmati, vel massae duriori. Paraturque ex Sinapi, Raphano siluestri, sale, fermeuto acido, et aceto. A σίνυπι. sinapi semen. Ge. Ein Senfbrey, Senfplaster. G. Sinapism. A. Mustard cataplasme, Sinapism. B. Een Mostert-pap.

SINAPIVM, est embamma, vel intinctus, ex semine Sinapi cum musto cocto paratus.

SINCIPVT, Gr. Βεβύνα, est pars anterior cranii, a fronte vsque ad futuram coronalem excurrens. *Sincipitis ossa*, vide *Bregma*. Ge. Das Vorhaupt. G. Le Devant de la Tête. A. The Fore-part of the Head. B. 's Voorste Been des Hoofds.

SINGULTVS, Gr. Αγγυς, et Αγγῆ, a λέζω, singultio. Est praecipue, repetita, sonora, iterata, momentanea et conuulsiva inspiratio, proueniens a spastica constrictione fibrarum oesophagi, praecipue vero diaphragmatis adnexi, a variis causis irritati. Laborant autem singultu, qui cibo, aut potu, non satis bono se impleuerint; maxime autem nonnulli febricitantes, hysterica affectione afflictae foeminae: imo

saepe ii, qui pleuritidem, colicam, nephritidem, iliacam passionem, grauem vomitum, alui fluxum, vel dysenteriam, patiuntur. Oritur porro a repletionem, ab inanitione, ab exanthematibus retrocedentibus, diaphragmate inflammato. Quinimo cum aliis conuulsionibus incidit, et a vomitoriis et catharticis, aut iulapiis refrigerantibus perperam datis, a cibis nimis celeriter ingestis saepe efficitur, et post febres, quae per aphthas iudicatae sunt, interdum remanet; etiam moribundos nonnunquam exercet. Denique reperitur singultus non letalis, qui per aliquot hebdomadas perseverare solet. Ge. Das Schlucken. G. Le Hoquez. A. Hiccup. B. De Hik, Snik.

SINVATA, dicuntur folia, a lateribus sinibus dilatatis.

SINVS, est vlcus profundum, angusto orificio, absque callo. Gr. Κόλπος, Ὑπόνομον ἕλκος Diosc. Ge. Ein hohl Geschwür. G. Sinus, Sinuosité. A. Sinus of an ulcer. B. Bogt-gezweer, Boesem-zweer, Ertcr holze.

SINVS MENINGIS, seu durae matris, sunt cavitates, quasi triangulares a concursu laminarum durae matris ortae, quas Galenus ventriculos crassae membranae vocat. Non enim sunt arteriae, vel venae, quamquam proprie ad venosum systema pertinent. Primus et secundus, siue laterales, inter cerebrum et cerebellum situm habent, et desinunt in sinibus vertebralibus; tertius ab osse cribriformi incipit, in medio priorum sinuum finem consequitur, et salciformis dicitur; superior et inferior, quartus, occipitalis posterior, in medio lateralium sinuum finitur: quorum insertio vocatur *Torcular Hierophili*. Praeter hos etiam alii minores recensentur. Cranio egressi partim in saccos venarum iugularium abeunt, partim in sinus vertebrales, qui totam medullam spinalem circumdant, et ad os sacrum vsque descendunt. Vfus est venarum vicem agere, sanguinemque non illico restuere potentem recondere: nam omnem sanguinem a cerebro et cerebello accipiunt ex venulis tenuissimis, et breuissimis, in hos terminatis, et partim in venas iugulares, partim in sinus vertebrales, exonerant, partim per minores venas e cranio egredientes aliis venis communicant. Ge. Die Höhlen in der harten Hirnhaut. G. Sinus de la dure Mere. A. Cavities of the dura Mater. B. Hollen in 't dikke Herffen-vlies.

SINVS OSSIVM, sunt cavitates, quae capita aliorum ossium admittunt.

SINVS PITVITARIJ, sunt cavitates in ossibus cranii, vno orificio patentes, natae e secedentibus laminis ossium, et vestitae membrana pituitaria mucum secernente, hunc mucum

recondentes tandemque in nares effundentes. Tales sunt duo *Sinus* in osse frontis supra orbitas, qui *frontales*, duo in maxilla superiori, qui *maxillares* vocantur, vnus in osse cribriformi, qui *Sinus ethmoides*, et vnus in osse basilari, qui *Sinus sphenoidal* dicitur. G. *Schleimhöhlen der Nase*. G. *Sinus pituitaires*.

SION, et **SIVM**, est planta umbellifera, (Pentandr. Monogyn.) et quidem species, quam *Linne latifolium* dicit, quae habet caules crassos, angulosos, striatos, excavatos, in ramos diuisos, quatuor, vel quinque pedes altos. Folia coniugatum adnata vni costae, in margine incisa, crassa, oblonga. Flores in umbellas crescunt, ex quinque petalis albis constantes, in orbem positis. Floribus succedit fructus ex duobus seminibus compositus subrotundis, minimis, hinc gibbis et striatis, inde vero planis. Habitus reliquus huius plantae est instar *Pastinacae*. Radix est parua, fibrosa, nigra. Tota planta odorem bituminis habet. Habitat maxime in Europa orientali. Semen qualitatis est calidae, aromaticae et carminatiuae; hinc praecipue in colica flatulenta laudatur. Dicitur etiam *Amomum officinarum falsum*. Nomen sibi adscivit a concussu, quod Gr. a *εσιον* deriuant. Nam excutiendum, nactum est, utpote quod a renibus calculos pellat, vrinam, et menses ducat. Vel, ut aliis placet, ab eodem *εσιον*, quod in aquis vacillando, ab aquis praeterlabentibus succutiuntur. Ge. *Brunnenpeterlein*, *Wassereppig*. Ga. *Berle*, *Grand Sium*. A. *Water-parsnep*. B. *Water-eppe*.

SIPHAC, i. q. *Perizonaeum*.

SIPHON, s. **SIPHUNCULVS**, est instrumentum chirurgicum, constans e tubo et receptaculo, suctioni aptum, ope cuius vel lac e mammis, aut sanguis, aqua, aer e cavitatibus corporis educitur. G. *Saugröhre*. G. *Siphon*.—Sic quoque instrumentum vocatur, vel syringa, cuius ope liquores in cavitates corporis iniiciuntur. Ge. *Spritze*. G. *Seringue*.

SIPHYLIS, vide *Syphylis*.

SIRENES, i. q. *Sirones*.

SIRIASIS, est cerebri et meningum, ab ardore solari, inflammatio, seu (rectius) incalescentia; pueris propter tenuitatem cranii, vel fontanellam tenuissimam, frequens. A *σιτος*, cavitata sincipitis. Ge. *Das Blattfallen, Schiefen, oder eine Entzündung am Gehirn und Schirnhäutlein der kleinen Kinder*. G. *Coup de Soleil, Sorte de maladie causée par l'Inflammation des membranes du cerveau*. B. *Brein Onsteeckung*.

SIRONES, seu **CHIRONES**, sunt pustulae, vel ptydracia, quae in vola manus et pedum plantis aliisque corporis locis oriuntur, emerguntque aestiuo inprimis tempore, et cum

infigni pruritu molestant, in quibus minutissimum quoddam vermiculorum genus sub cuticula latet. Sunt hi vermiculi species Acari, scilicet insecta aptera, pedibus octo, oculis duobus ad latera capitis, tentaculis duobus, articulatis, pediformibus: *Acarus sivo Linn.* lateribus sublobatis, pedibus quatuor posticis longissimis, femoribus capiteque ferrugineis, abdomine fetoso. Huiusmodi Sirones in pustulis, excrementis dysenteriae et farina habitant. Differunt a Sironibus, aut comedonibus male sic dictis, infantum. Vide *Crinones*.

SIRSEN Arabum est *Pbrenitis*.

SISARVM, et *SISEN*, *Sium sifarum Linn.* foliis pinnatis, floralibus ternatis, est planta umbellifera, (Pentandr. Monogyn.) quae crescit ad altitudinem duorum circiter pedum. Folia plura vni costae adhaerent, vt in *Pastinaca*, sed minora, viridiora, et molliora, leuiter in margine incisa sunt. Flos est rosaceus, et umbellatus, paruus, quinque petalis vt plurimum constans albis, bifidis, in orbem positis, odoris. Hunc sequitur fructus paruus, ex duobus feminibus compositus, oblongis, paululum *Petrofelini* seminibus maioribus, angustis, hinc gibbis et striatis, inde vero planis, coloris obscuri. Radices ex vno capite plures pendulae, glandulosae, tenerae et fragiles, rugosae, cortice tenui pallidoque obductae, pulpa candida, digitali crassitudine, pedales quaedam, quaedam breuiores multo, dulci et grato sapore, nonnihil aromatico. Radicibus eximiae virtutes contra sputum et mictum sanguinis tribuuntur. Vfus plerumque culinaris est. Tiberio adeo in deliciis fuisse commemoratum est, vt a Germanis has radices in tributum exigeret. Et saccharum ex iis elicere bono cum successu tentatum est. Colitur frequenter in hortis nostris haec planta ex China olim ad nos adlata. *Ge. Zuckermurzel, Klingenrüben. G. Chervi, Racine sucrée, Gyrole. A. Skirrets. B. Suiker-wortel.*

SISYMBRIVM, est plantae genus flore tetrapetalo cruciformi, (Tetradynam. Siliquos.) quod habet caules tres pedes altos, striatos, aliquando rubicundos, excauatos. Folia sunt oblonga, acuta, profunde laciniata, dentata, alternatim caulibus adhaerentia. Flores in summitate ramorum crescentes, pedunculis longis et tenuibus adhaerentes, quadrifidi, flauis, cruciformes. Flori succedit filiqua exigua, breuis, diuisa in duos loculos continentes semina obrotunda fere. Radix oblonga, alba, acris, minimi digiti crassitie. Haec planta crescit in paludibus et locis aquosis, et cum reliquis eiusdem ordinis viribus incidentibus, resoluentibus et antiscorbuticis conuenit; rarioris tamen apud nos vsus est. Dicitur

a Sifymbrio, quae fuit veteribus in comoediis meretricula, appellatur etiam *Corona veneris*: vel quod ob odoris suauitatem, quam prae se fert, eo iuuentus, quae amoribus gaudet, coronata, in comestationibus suis blando odoris oblectamento suas illecebras commendaret: vel potius, quod Sifymbrii caulis articulatim per internodia verticillato florum ambitu concinne coronatur. G. *Wasserfresse*, *Brunnenfresse*. G. *Cresson aquatique*. A. *Water-cresses*. B. *Roode wilde Munse*.

SISYRINCHIUM, est plantae genus flore liliaceo, (Triandr. Monogyn.) Iridi simile, sed ab Iride et Xiphio diuersum, radice gemina, altera alteri insidente, qualis in Croco et Gladiolo obseruatur. *Sisyrrinchium officin.* est *Ixia bulbocodium* Linn. scapo vnifloro breuissimo, foliis linearibus. — Sed Ill. *Linnaeo* Sisyrrinchium aliud denotat plantae genus, flore liliaceo hexapetalo, (Gynandr. Triand.) capsula obouata, triquetra, triloculari, triualui, quod etiam Bermudianas aliorum autorum comprehendit. Nomen habet a vocibus Graecis *σις*, sus, et *ῥυζος*, rostrum, quasi diceret rostrum suillum, tum propter radice formam, tum quod sues rostro terram fodiant, et ea radice pascantur. Ge. *Schlauch*. G. *Groin de Cochon*. A. *Spanish Nut*. B. *Zegen-ryk*.

SITANION, est frumenti species. A *σιτρος*, frumentum.

SITIS, est defectus humoris (saluae nempe) ad irrigationem oris, linguae, labiorum, faucium, dein partium internarum, necessarii; quo sensus inde excitatus sibi imaginatur, potum esse in auxilium vocandum, sicque desiderium eius oritur, vt id incommodi, quod corpus ex defectu humoris patitur, tollatur. Sitis etiam est ordinaria, quae homini sano obtingit; vel praeterordinaria, et nonnunquam deprauata, quae aegris. Gr. *Δίψος*. Ge. *Der Durst*. G. *La Soif*. A. *Thirst*. B. *Dorst*.

SIVM, vide *Sion*.

SMALTA, est substantia mineralis factitia, quae praeparatur ex cobalto tosto, cum arena et sale alcalino in vitrum fuso et in tenuissimum puluerem contruso. Vsus est pictorius et lotricius. Ge. *Blau Stårke*, *Smalte*, *Blåue*. G. *Smalt*, *email d'azur*, *bleu d'email*.

SMARAGDVS, est Gemma pellucidissima, duritie quinta, colore viridi in igne permanente *Waller*. Limoniater *Plin*. Gemma Neroniana, Domitiana. *Borax smaragdus* gemma nobilis, lapidosus, prismaticus, pellucidus, pyramidibus truncatis, viridis *Lim*. Adfertur ex India. Ab igne candens caerulefcit, post refrigerationem rursus colorem viridem induit. Singulares ei olim vires cordiales tribuebantur;

hinc inter fragmenta quinque lapidum pretiosorum refertur, pluresque adhuc vetustiores compositiones ingreditur. Ge. **Emeragd.** G. *Emeraude*. A. *Emerald*.

SMECTIS, SMECTITES, LARDITES, STEATITES, CIMOLIA, est Marga fullonum saponacea, lamellosa *Wall.* Marga in bracteas dehiscens *Ionst.* substantia scilicet terreo-lapidosa, scissilis et rasilis, in igne durefcens, in aqua solubilis et quasi spumescens, proxime ad Bolos accedens. Figurae variae exsculptae ex China adferuntur. Pulvis abrasus in intertrigine puerorum commendatur. G. *Speckstein*, *Schmeerstein*. G. *Széarite*, *Pierre de lard*. A. *Soap-rock*, *Soap-stone*.

SMEGMA, dicitur de omnibus rebus, quae cuti applicantur, eamque puram conseruant. — *Smegma* etiam vocatur substantia vnguinea in glandulis sebaceis cutis secreta, aut in ductibus excretoriis collecta. *Smegma articulare* est humor mucosus in glandulis articularum secretus, qui cartilagineas in extremitatibus ossium inungeas motum faciliorem reddit.

SMILAX: nomen hoc variis plantis imponitur, vt Sarsaparilla vocatur *Smilax aspera Peruana*; Conuoluulus dicitur *Smilax laeuis*. — Phaseolus *Smilax bortenfis* filiqua sursum rigente. — *Chinae* radix pariter Smilacis est. — *Smilax arborea* est *Quercus ilex Linn.* — Sed *Smilax aspera* fructu rubente *Bauh. Clus.* *Smilax aspera* caule aculeato, angulato, foliis dentato-aculeatis, cordatis, nouemneruiis *Linn.* (Dioec. Hexandr.) est planta flores masculos et foemininos separatos ferens. Habet scilicet caules longos, duos, striatos, ramosos, flexiles, scandentes, spinis instructos, arbusculas vicinas et arbores apprehedentes. Folia Hederæ foliis fere similia, sed longe crassiora, rigida, neruosa, spinis non tantum per margines horrentia, sed et secundum neruos, nunc ampla et viridia, modo angustiora, et albis maculis conspersa, acrimoniam aliquam habentia. Flores hexapetali, nudi, albi, exigui, in spicas digesti, inodori. Ouarium in fundo floris sphaericum, breui tuba instructum, fit bacca sphaerica, mollis, post maturitatem rubicunda, sub tenui pellicula recondens semina sphaerica, laeua, mollia, exterius coloris rubri obscuri, intus albi; saporis ingrati. Radix parua, perennis, repens, fibrosa, alba, saporis subdulcis. Haec planta in hortis colitur. Radix insignibus viribus sanguinem purificantibus pollere dicitur, ita vt etiam Sarsaparillae substitui possit. Gr. *Σύλαξ* et *Μίλαξ*: est nomen puellae, quae amore Croci pueri capta extabuit, mutataque est in fruticem sui nominis, quae similis est Hederæ. Ge. *Windertraut*. Ga. *Liferon*

rube, Lifer epineux. A. Rough Bind-weed. B. Steener de Winde, Winde.

SMI^{LLI}, est *Scalpellum*, siue instrumentum chirurgicum veterum, quod vtrinque aciem habebat, et lineas vtrasque. vtrinque curuas; sed alteram concauam, alteram vero illi oppositam, gibbam. Cuspis autem acuta erat; diuersi generis erant; aliud magnum, aliud paruum, aliud mediocre. G. *Bistouri*.

SMIRIS, est substantia mineralis, scilicet *Ferrum smiris* refractarium, rubricosum, vitrum arans *Linn.* Ferrum mineralisatum, minera durissima, rapaci, solida, magneti refractaria *Waller*. Vfus est mechanicus ad polituram. Sunt, qui in stomacace ad roborandas gingiuas commendant. Ge. *Schmirgel, G. Emeril, A. Emery, B. Smergel, Amaril*.

SMYRNA, i. q. *Myrrha*.

SMYRNIVM, est planta flore umbellato (Pentandr. Dig.). *Smyrniuu olusarum* foliis caulinis, ternatis, petiolatis, ferratis *Linn.* Habet caules tres pedes altos, ramosos, striatos, aliquantulum rubicundos. Folia Apii foliis similia, sed maiora; incisa in partes magis rotundas, odoris aromatici, saporis Petroselinum referentis. Flores rosacei et umbellati; parui, albi, e peralis quinque integris constantes. His succedit fructus fere globosus, compositus ex duobus seminibus sibi inuicem innatis, crassiusculis, obrotundis, striatis, nigris, saporis amari, odoris Myrrhati. Radix mediocriter magna, circularis, alba, succum amarum gustui praebens, et saporem et odorem Myrrhae habens. Qualitatis licet calidae, aromaticae et carminatiuae, rarius tamen in vsum medicum adhibetur. Nomen accepit, quod radix lacrymam emittat Myrrhae similem: vel, quod huic idem odor sit, qui Myrrhae: *Συδώρα* enim est myrrha. Aliis vocatur *Leuisticum*; quibusdam *Ligusticum*. Ge. *Smyrnentraut. G. Maccron. A. Alexanders. B. Peterfeli van Alexandria.*

SOCOTORINA ALOE, vide *Succotrina*.

SODA, i. q. *Cephalalgia, f. Hemigrania.* — Item *Ardor ventriculi, vel Cardialgia.*

SODA, est substantia salina alcalina, quae praeparatur per combustionem et calcinationem plantae, quae est Kali geniculatum maius *Bauh.* *Salicornia herbacea* patula, articulis apice compressis, emarginato-bifidis *Linn.* (Monandr. Monogyu.). Qualitatis Soda est salinae alcalinae, viribusque stimulantibus, diureticis, resoluentibus et emmenagogis pollet. Commendatur ad scabiem, abscessum, scelotyrben, hypersarcosim. Inferuit ad praeparationem, salis polychrestii, Salis de Seignette, saporis Veneti; et ad vsum vitriarium. Optimum est

Hispania adfertur. Sed etiam tale Sal alcali e variis aliis plantis maritimis salisque conficitur variis in locis; vti ex Mesembryanthemo in Aegypto, Chenopodio in Hispania, Salsola in Anglia, Salicornia fruticosa in Italia, quae eundem fere vsum praestant. Ge. Eode. G. Soude. A. Keep.

SOIA, est planta in India orientali habitans: Phaseolus erectus siliquis lupini, fructu pisi maioris candido *Kuempf. Dolichos soia*, caule erecto flexuoso, racemis axillaribus erectis, leguminibus pendulis hispidis, subdispermis *Linn. (Diadelph. Decandr.)*. Semen qualitatis est subdulcis, siccae et farinaeae. Vfus cibarius est et culinaris. in anorexia prodesse dicitur.

SOL, quid sit, notum. Sed a chymicis sumitur pro *Auro*: adeo vt *Medicamenta solaris* sint ex auro parata.

SOLANVM, est plantae genus flore monopetalo rotato, (Pentandr. Monogyn.) cuius quam plurimae dantur species, quarum nonnullae in vsum medicum adhibentur.—*Solanum furiosum*, vide *Belladonna*.—*Solanum dulcamara*, vide *Dulcamara*.—*Solanum officinarum* *Baub.* est *Solanum nigrum*, caule inermi herbaceo, foliis ovatis dentato-angulatis, racemis distichis nutantibus *Linn. G. Nachtschatten. G. Morelle. A. Nighrsbade, Common Nighrsbade. B. Nagrsbade, Bolkruid*.—Planta haec habet caulem sesquipedem circiter altum, ramosum. Folia sunt oblonga, acuta, satis ampla, mollia, nigricantia, aut viridi-obscura, quaedam angulosa, altera crenata, quaedam integra, saporis herbacei, insipidi, succumque viridem continent. Flores sunt monopetali, quinquesidi, stellae instar expansi, coloris albi, in medio pluribus staminibus donati. Calyx est monophyllus, quinquesidus, stellatus, non velicarius. Flori succedit bacca initio viridis, quae vero per maturitatem fit mollis, succulenta, ovata, vel globosa, nigricans, foeta seminibus planis, exiguis, flavis. Radix longa, fibrosa, albescens. Haec planta crescit in cultis. Qualitatis est subuirosae, viribusque anodynis, hypnoticis, refrigerantibus gaudet. Commendantur folia in phlegmone, prostatica, scirrho et paronychia. Aqua destillata contra cephalalgiam fronti applicatur.—Est et alia species Solani, quae est *Solanum tuberosum* esculentum *Baub. Solanum ruberosum* caule inermi herbaceo, foliis pinnatis integerrimis, pedunculis subdiuisis *Linn. Patatas Americanorum. Ge. Erbsäpfel, Erdbirnen. G. Pommes de terre. A. Potatoes. B. Aard-appel, Aard buil*. Haec species sub initium saeculi decimi septimi ex America septentrionali in Europam translata nunc abunde passim apud nos colitur, eiusque radices

in frequentissimum vsum cibarium cedunt. Qualitatis sunt farinaceae et nutrientis, robustioribusque laudabile alimentum suppeditant. Solanum dicitur Gr. Τρόχνος, seu Στρέχνος, forte a solamine dictum, quod dolores intensos sopiendo siltat. Hinc Gr. τρέχνος, vel σρέχνος, mollis, lenis, quod emolliat, leniatque dolores ardentis.

SOLARIS, s. STELLARIS FASCIA, it. STELLA, est fascia nodosa ad arteriotomiam arteriae temporalis. Ge. Die Knotenformige Binde, die Sonne. G. Le Solaire, le Chevre oblique à deux chefs.

SOLDANELLA, et SOLDANA, alias *Convolvulus marinus*, *Brassica marina*, Soldanella maritima minor *Baub.* *Convolvulus soldanella* foliis reniformibus, pedunculis unifloris L. (Pentandr. Monogyn.) est planta habens caules tenues, flexiles, sarmentosos, rubicundos, repentis. Folia obrotunda, polita, splendentia, Chelidonium minus referentia, sed crassiora, succo lacteo repleta, caulibus longis adhaerentia. Flores sunt ut plurimum campaniformes, monopetali, ora repanda. Floribus succedit fructus obrotundus, membranulosus, includens semina angulosa, nigra, aut alba. Radix minima, fibrosa. Tota planta habet saporem amarum et salsum, et qualitatis est acris, nauseosae, viribusque drasticeis et hydragogis gaudet; hinc praecipue in hydropse commendatur. Datur vel puluis ad drachmam dimidiam, vel in decocto ad drachmas duas. Rarior eius hodie vsus est. Crescit in maritimis Angliae et Frisiae, vnde exsiccata vna cum radice adfertur. Creditur, ita dictam esse ab Arabico *Soldan*, quod principem denotat, ob insignem vim purgandi serofos hydropicorum humores. Gr. Κράμβη θαλασσία. Ge. Meerfobl, ober Meerwinde. G. Soldanelle, Cbou marin. A. Sea-bind weed, Scottish Scurvygrass. B. Zee-winde, Zee-kool. — Soldanella etiam Ill. *Linnaeo* et *Tournefortio* est plantae genus, calyce quinquepartito, corolla monopetala, campanulata, ore lacero, (Pentandr. Monogyn.) capsula oblonga, terete, striata, uniloculari, dehiscente apice decem-dentato, polyperma. Est Soldanella alpina *Baub.*

SOLEN, chirurgis est instrumentum oblongum, intus cavum, in quod membrum fractum, crus, aut femur, imponitur, aut continetur, sic ob similitudinem cum valva conchae, quae Solen vocatur, dictum. Ge. Rada. G. Caisse, Boete, Goutiere.

SOLEVS MUSCVLVVS, est musculus latus et tibiae fibulaeque ossis commissurae posterius insertus robustissimus, suraeque maximam constituit molis partem. Tendinem suum

cum tendine Gastrocnemiorum coniungit, et Tendinem Achillis, vel Chordam *Hippocrasis*, ad tuberositatem calcanei ossis infernam constituere, sicque actione sua pedem extremum extendere iuvat. Ge. Der *Solenmuskel*. G. *Muscle Soleaire*. A. *The Sole Muscle*. B. *De Zool. spier*.

SOLIDA, vocantur partes corporis, quae certam consistentiam, figuram, et circumscriptionem habent, et constant ex particulis terrestribus, siue elementis, ope glutinis aquosi, vel oleosi, inter se cohaerentibus, vnde fibrae, membranae, vasa, et viscera emergunt. Vocantur ita, vt distinguantur a fluidis, intra solida contentis. Ge. *Veste Theile*. G. *Parties solides*. A. *Solid-parts*. B. *Vaste Deelen*.

SOLIDAGO, est plantae genus flore composito radiato, (Syngenes. Polygam. Superfl.) calyce imbricato, seminibus ovato-oblongis, pappo capillari coronatis; cuius quamplurimae dantur species. Nomen creditur deriuari a solido, sano. Gr. *Σόλιδος*.

SOLIDAGO SARACENICA, vide *Virga aurea*.

SOLIDVM, est Antiquorum pondus pendens scrupulos quatuor.

SOLIDVS, botanicis dicitur *caulis* interne factus, aut bulbus carnosus, intus indiuisus.

SOLVM, nomen est, quod etiam *Taeniae* datur, quia nonnulli putant, quod hicce vermis Solus tantum in intestinis reperitur. Plures tamen in vno aegroto taeniae nonnumquam adsunt. Vide *Taenia*.

SOLVTIO CHYMICA, est operatio, qua corpus quodcumque, vel naturaliter, vel arte, variis heterogeneis partibus constans, in sua principia resoluitur et reducitur, et haec proprie vocatur *Solutio radicalis*. *Solutio* vero *Superficialis*, vel *Immersua*, fit, dum corpori alicui solido fluidum aliquod conueniens, quod *Menstruum* dicitur, superfunditur, sic in illud agens, vt in vnum visu homogeneum corpus fluidum ambo abeant. Ge. *Die Auflösung*. G. et A. *Solution*. B. *Ontdoening der Scheikunst*.

SOLVTIO CONTINVI, est separatio partium antea cohaerentium a quacunque causa facta; in vulneribus, viceribus, fracturis, etc. Ge. *Trennung*. G. *Solution de Continuité*. A. *Solution of the Parts*. B. *Eene Scheiding des Gebeels*. — Sic *Solutio placentae* separatio eius ab vtero dicitur.

SOLVTIVA, a soluendo, quia humores intestinales solvunt, idem quod *Laxantia*.

SOMNAMBULO, vide *Noctambulo*.

SOMNIFERA, Gr. *Τρυπνικά*, sunt medicamenta, quae valent somnum producere, et plerumque agunt duplici de causa; nimirum 1) per causas naturales tollendo impedimenta somni naturalis, qualia plerumque sunt obiecta externa, dolores, calores, sudor, animi curae, et quaecunque sanguinis circuitum augent; his igitur sublatis per varia varii generis medicamenta, quae tamen omnia vocari solent *δρυπνικά*, sequetur somnus. 2) Agunt per causas nonnaturales, opprimendo scilicet causas naturales vigiliarum, et impediendo fluxum spirituum animalium per nervos; quare hoc medicamentorum genus maximè in cerebrum et nervos agit. Ge. *Schlafmachende Arzeneien*. G. *Remedes Somnifères*. B. *Slaap verwekkende Middelen*.

SOMNIUM, Gr. *Έννευον*. *Insomnium*, est, quando dormièdo nobis varia videntur occurrere, eodem modo, ac si essemus vigiles, quae tam alte quandoque memoriae sunt infixae, vt euigilantibus pro reuera contingentibus habeantur, scilicet dum anima in somno spectaculum succedentium sibi sensationum et notionum contemplatur, ac serici imaginum auscultat, quae ex vestigiis priorum sensationum cerebro impressis nascuntur. Est vero regulare, quando apparentiae, seu phantasmata, connexionem quandam cum anteaectis habent; vel irregulare, quando contrarium euenit. Sic insomnia, quatenus a statu corporis pendent, etiam medicis varia signa suppeditant. Ge. *Ein Traum*. G. *Songe*. A. *A Dream*. B. *Ein Droom*.

SOMNOLENTIA, est sopor vigiliis protractior, seu continua et assidua in somnum procidentia et inclinatio; oritur, quod vascula substantiae cerebri viscositate quadam obliterantur, vel clauduntur, quacunque ex causa comprimente, ita vt liber transitus spiritibus animalibus denegetur in organa sensoria et musculos voluntariis actionibus inferuientes. Sequitur proinde sanguinis abundantiam, vel vitam otiosam et opiparam, aut omnes illas causas, quae liberum fluidorum in cerebro motum turbant, aut etiam graues morbos praenunciat. Ge. *Schláfrigkeit*. G. *Assoupissement*, *Envie de dormir*. A. *Coma*. B. *Slaaperigheid*.

SOMNOLENTIUM COMA, vide *Coma somnolentium*.

SOMNVS, est tubulorum cerebri et nervorum confidentia et angustatio, a quiete, vel defectu, vel impedito fluxu spirituum animalium a compresso cerebro orta, qua sensus externi ab operationibus desistunt, quum interim sensus interni et actiones, quae a visceribus vitalibus et naturalibus pendent, minime cessant. *Naturalis*; id est, qui corpus labore

labore vigiliisque fatigatum recreat, et *Praeternaturalis*, vel *Morbosus*. Somnus cum vigilia inter *saevae* res non naturales refertur. In somno irritabilitas minor, hinc pulsus tardior, respiratio profundior, se. et excretiones imminutae, calor minor. Gr. *Υπνος*. Ge. *Der Schlaf*. Ga. *Sommeil*. A. *Sleep*. B. *Slaap*.

SOMNVS PLANTARVM, est nocturna foliorum et florum mutatio, quae expansae contrahuntur, etc.

SONCHITES, vide *Hieracium*.

SONCHVS, est plantae genus flore semistofculoso (Syn. *genef. Polygam. Aequal.*) calyce ventricoso, squamis filigeribus, seminibus oblongisculis, coronatis pappo simpliciter. Huius generis plures dantur species, quarum tamen quae apud nos frequentissimae sunt, (quae vero a *Linnaeo* ad unum *Sonchum*, nempe *oleraceum* referuntur) scilicet una, quae est *laevis*, altera *aspera*. Prior est planta, quae habet caulem sesquipedem altum, intus excavatum, tenerum, purpurascentem. Folia longa, laevis, fere glauca, Dentis Leonis diuisura, latiora, incisa, vel laciniata, alternatim disposita, alia pediculo longo, alia nullo gaudentia, sed latiore basi caulem amplectentia, in circuitu quasi dentata, in quibus vel nullae spinae, vel molles, lacte praegnantia, salsa, amara. Flores semistofculosi, plurimis scilicet semistofculis constant embryoni insidentibus, et calyce crasso comprehensis, qui per maturitatem conicus fere euadit. Embryo autem abit deinde in semen pappis instructum, thalamoque affixum, oblongum, rubicundum. Radix minima, fibrosa, alba. *Sonchus* vero *asper* habet folia Sonchi laevis crassiora, obscurius viridia, in crebras lacinias diuisa, ad Endiuiae folia accedentia, basi sua caulem inanem amplectentia, spinulis longioribus et rigidioribus aspera, (quin etiam folia extrema et lacinae in angustiores et acutiores mucrones desinunt) lac fundentia salsum et amarum: caetera vero omnia, quae de Soncho laevis dicta fuerunt, huic quoque conueniunt. Crescit abunde vtraque species in aruis Europae. Gaudet qualitate embolliente, resoluente et diluente. Decoctum lac augere dicitur. Pauperibus interdum obsonii loco in usum cibarium cedit. Propullulans acetariis additur. Dicitur forte *κακὸν τὸ σὸν χῆρον*, quod salubrem succum de se fundat; vel nuncupatur quasi *εὐαγῆς*, ab inanitate caulium. Lat. *Citerbiva*, *Lactuca leporina*, *Lactucella* et *Lactero*, quia lac fundit, et nutricibus lactis copiam praebet. Ge. *Häsenföhl*, *Caubistel*. G. *Palais de Lievre*, *Laiteron*, *Laitron* epineux. A. *Son-distle*. B. *Flaze*.

laroum, *Haze-zalade*, *Konynen-kruid*, *Ganzen-distel*, *Hazen-kool*, *Dauw-distel*, *Melk-weye*.

SONIUS, s. **TINNITUS AURIVM**, est perceptio soni absque obiecto externo, a causis internis, estque vel tinnitus, vel sibilus, vel pulsus, vel fluctuatio. Ge. *Klingen*, *Sausen der Ohren*. G. *Bourdonnement des Oreilles*.

SONVS, duplicem habet significationem. Denotat enim 1) Sensum, siue ideam, aut perceptionem, quam corpora sonora, mediantibus vehiculo aëreo, et organis auditus, in nobis excitant. Vel 2) Conditionem physicam, seu oscillationem, quae corporibus sonoris, medio deferenti, vel organis auditus inest, qua menti ideam soni exhibent. Ge. *Son*. G. *Son*. B. *Geluid*.

SOPHIA CHIRVURGORVM, est Nasturtium sylvestre tenuissime diuisum *Bauh*. *Sisymbrium sophia* petalis calyce minoribus, foliis decompositopinnatis *Linn*. (Tetradynam, Siliquos.). Crescit frequenter in maceris Europae. Qualitatis est acris, subferuidae, viribusque subadstringentibus, vulnerariis et anthelminthicis pollet. Commendatur semen contra diarrhoeam; nec non in haemoptysi et leucorrhoea. Dicitur quasi chirurgorum sapientia: quia forte ad illam plantam, ob salubres effectus, solebant confugere, ac si illorum tota sapientia in istius herbae usu consisteret. Ge. *Wellsaame*, *Sophienkraut*, *Besemkraut*. G. *Thalirron*. A. *Flixweed*. B. *Fie-kruid*.

SOPHISTICATIO, dicitur partium quarundam corporis in pristinum statum restitutio, vt mammarum flaccidarum, amillae virginitatis per adstringentia, etc.

SOPHISTICVM AURVM, dicitur vel substantia ex viridi aeris, Tutia, Borrace, Nitro et Mercurio sublimato inuicem fusis composita, vel metallum natum ex fusione cupri cum zincu, quod etiam vocatur *Tombac* et *Metalium principis Roberti*.

SOPHRONESTERES, sunt sapientiae dentes. Vide *Dentes*.

SOPOR, idem est quam *Coma*.

SOPORARIAE ARTERIAE, i. q. *Carotides*.

SOPORIFERA, i. q. *Somnifera*.

SORA, i. q. *Essere*.

SORBETIVM, vulgo *Serbet*.

SORBITIO, est ea actio, qua clausis naribus interius velo palatino, ore anteriori arcuato, vt fiat paruum foramen, vancum excitatur Boyleanum in ore, dum lingua aërem in eo contentum suo applicatu ad palati fornicem versus posteriori

pellit, et geriae gingiuis appositae omne liquidum prohibent, qua fit, vt applicata ori liquida vna cum aëre intrantia, speciem soni excitent. Ge. Das Schlürfen. G. Humer. A. Sipping. B. Storping.

SORBUS, est plantae, vel arborum, genus flore rosaceo, (Icosandr. Digyn. et Trigyn.) cuius plures dantur species, quarum apud nos frequentissimae sunt: 1) *Sorbus domestica* Pharm. Sorbus legitima Clus. Sorbus fatiua Baub. *Sorbus domestica* foliis pinnatis, subrus villosis Linn. Ge. Speierling-Speierling, oder Speierbaum, Eschris. G. Le Cormier cultivé. A. The cultivated Service. B. Sorben boom. — — Huius fructus sunt Pyrum moschatellinum parvum aequantes, turbinati, umbilicati, magis minusue rubentes, carne flavescente, et ante maturitatem adeo austero succo, vt strangulet, colore in rutilum transeunte, at vbi velut fermentatione quadam emolliti fuere, vix mutato interno colore, dulci satis et vesca carne, non sine adstrictione. Huius arbor est magna, ramosa, truncum habens rectum, cortice aspero et pallido obductum. Lignum est valde durum, compactum, rubicundum, Folia sunt oblonga, plura vni costae adnata instar Fraxini, in margine dentata, villosa, mollia, inferius alba, saporis stiptici. Flores sunt parui, albi, plures sibi inuicem iuncti, pediculo ex foliis enato adhaerentes; quinque foliis in orbem positis constantes. His deciduis succedit fructus supra dictus. Fructus hic qualitatis est farinosae, alimentosae, flatulentae et subadstringentis. Arbor haec crescit in Germaniae montosis. — 2) *Sorbus aucuparia* Pharm. Sorbus sylvestris, foliis domesticae similis Baub. *Sorbus aucuparia* foliis pinnatis vtrinque glabris Linn. (Icosandr. Trigyn.). Ge. Vogelbeerbaum, Ebereschen, Queizenbeerbaum. G. Cochène, Cormier, Sorbier sauvage. A. Quick-beam, Roan tree. B. Quicken-bocm. — Habitat in Europae syluis frigidioribus. Baccis est qualitas acida, farinosa, visque adstringens; hinc in diarrhoea, leucorrhoea et gonorrhoea commendantur. Spiritus distillatione productus viribus lithontripcticis pollere dicitur. — 3) *Sorbus terminalis* Baub. *Crataegus terminalis* foliis cordatis, septangulis, lobis inferius diuaticis Linn. (Icosandr. Digyn.). Fructus eiusdem, cum praecedente, qualitatis, sed magis stipticae. Sorbus vocatur, vel a sorbendo, quod fluxus alvum absorbeat: vel quod fructus ore absorbeat, vel quod diu feruetur. Gr. Ό, vel α, et fructus βορ, et βορ, ab oui forma. Ge. Speierbaum, Speiren. G. Sor-

bier, ou Cormier. A. Service-tree. B. Zorben-boom, Spreuw-bezien-boom, Haver-elzen.

SORDES, sunt excrementa quaedam, quae ab humore perspirabili, postquam liquidissima earum pars auolauerit, in ambitu corporis remanent: vel crassior ichoris species, quae in illis vlceribus reperitur, quae inde *Sordidæ* vocantur. Ge. *Uafstah. E. Vuiligheid.*

SORGVM, est Milii species, Milium arundinaceum subrotundo semine *Baub. Holcus sorgbum* glumis villosis, feminibus aristatis *Linn.* (Polygam. Monoec.). Ex India olim adlatum, nunc passim apud nos colitur. Arista inferne fusca, superne laeuis albida est. Vfus seminis cibarius, praecipue in dysenteria et diarrhoea commendatur. Ab Italica voce *Sorgi* nomen habet. Vocatur etiam *Melica*. Ge. *Sorgsaamen, Indianischer Hirse. G. Blé, Barbu. A. Sorgb seed. B. Zorg-zaad.*

SORORIATIO, terminus est, quo de mammis iuencularum vtuntur, quando hae circa pubertatis tempus intumescunt et pruriunt.

SORY, est substantia mineralis, ratione mixtionis, originis et qualitatis maxime cum *Misy* et *Chalciride* conueniens, scilicet omnia sunt Vitriola lapide mineralisata, seu Lapidés atramentarii, colore differentes, Sory vero est Lapis atramentarius griseus. Inuenitur in Insula Cypro, Aegypto, et Hispania. Vfus est externus, viribusque exsiccantibus et adstringentibus gaudet. Ge. *Grauer Ultramentstein. G. Sory.*

SOTERIAE AQVAE, SOTERII FONTES, vide *Acidulae, Ralheum, Thermae.*

SOTIRELLA PARVA, est Electuarium, cuius exigua portio in odontalgia denti dolenti imponitur.

SPADIX, est receptaculum Palatae, enatum intra spatham, in ramulos fructificantes diuisum.

SPADO, in genere quidem Eunuchum, seu testiculis orbem, significat; proprie tamen ita dicitur ille, qui propter testium contusionem, vel in vniuersum, propter alium epium morbum, semen prolificum producere impos est. *A. sādū, trahō.*

SPAGYRICA ARS, eadem est, quam *Chemia.*

SPAGYRICA CALCINATIO, vide *Calcinatio philosophica.*

SPAGYRICA MEDICINA, quam vocem nonnulli *ἀρά το σπάειν* et *ἀσπείειν*, a segregando, et coniungendo, quod heterogenea separet, et homogenea iterum coniungat, deductam putant, idem quod *Hermetica medicina*, quae nimirum fundamenta sua medica, et mutationes corporis animalis, hu-

morum, statum morbi, et actionem medicamentorum ponit et explicat ex mutationibus, quae inducuntur corporibus aliis ope vulgaris ignis, adeoque analogice ubique et in quocunque corpore sic fieri statuuntur. Vide *Chymiatría*.

SPANACHIA, vide *Spinachia*.

SPARADRAP, siue SPARADRAPVM, est linteam, vtrinque vnguento spisso, vel emplastro, tinctum, quod hoc modo fit; post liquationem vnguentorum, vel emplastrorum, linteam penitus immergitur, quod tinctum extrahitur, extenditur et in usum medicum asseruatur. Vocatur, etiam *Tela Gualtori*, vel *Tela emplastrica*, seu *Emplastrum ad fonticulos*, quia plerumque eo fonticuli teguntur. Ge. *Durchzug*. G. *Toile Gautier*, *Sparadrap*. B. *Doorplaafterdinnen*.

SPARGVS, i. q. *Asparagus*.

SPARGANVM, vocatur etiam *Gladiolus aquatilis*, vel *Platanaria Dod.* est planta flore apetalò, floribus masculis a foemininis separatis in eadem planta, (Monoec. Triandr.). Planta aquatica est, vel palustris, emittens caulem rotundum, tres circiter pedes altum, politum, tortuosum, medullam albam habentem, in multis ramos diuisum. Folia sunt longa, angusta, acuta, aspera, scindentia, saporis subdulcis. Flores mares, amentacei, herbacei, tribus staminibus foecundi, arctissime congeruntur ad caulem in formam globi. Ovaria nascuntur in eodem caule, sed infra priores flores masculos, suntque drupae exsuccae, incuruae; paruae, siliiculosae, quae maturae sunt capsulae, seu ossicula, vnicapsularia, vel bicapsularia, nucleo quodam farinaceo plerumque foeta; colliguntur et haec ovaria in globos instar nodorum. Radix fibrosa, nigra, repens. Succus huius plantae, vel decoctum, contra morsum serpentum laudatur. An a *σπάργανον*, fascia, vel *σπαργάνιον*, fasciola, quod foliis eius pro fasciis vrentur nutrices? Vide *Platanaria*. Ge. *Schwertelkraut*, *Doggenkraut*, *Iselknospen*, *Iselbolben*. G. *Fonc-fleuri*, *Ruban d'eau*. A. *Burreed*. B. *Water-lisch*, *Kandel-aars*.

SPARGANOSIS, est mammarum, a nimia copia lactis, distensio, aut et inde eius deuiatio in alias partes, quod vltimum id est, quod etiam, *Metastasis lactea* vocatur. Germ. *Milchversetzung*. G. *Lait repandu*, *Depôt laitieux*. B. *Zog-verplaafting*. A *σπαργάνωσις*, fasciis distendo.

SPARGANVM, vide *Fascia*. A *σπαργάνωσις*, fasciis ligo.

SPARGIRIA, i. q. *Spagirica*.

SPARSA, botanicis dicuntur *folia*, vel pedunculi absque certo ordine constituti.

SPARSI MORBI, vide *Sporadici morbi*.

SPARTVM, SPARTIVM, est plantae genus flore papilionaceo, (Diadelph. Decandr.) quod habet caulem pollicis crassitie, sesquipedem circiter altum, cortice aspero et striato obductum, in plures ramos diuisum, virgulas exiguas, tenues, flexiles, instar iunci virgularum germinantem, folia exigua, oblonga in initio habentes, quae folia, floribus apparentibus, cadunt. Flores sunt leguminosi, exigui, flaua, inodori, pediculis adhaerentes, qui e virgularum lateribus producuntur. Flori succedit siliqua breuis, oblonga, aut rotunda, turgidula, cartilaginea, foeta seminibus reniformibus, duris et nigris. Radix est dura, lignosa. Huius generis plures dantur species, quarum tamen vix vlla ad vsum medicum, nonnullae ad vsum tinctorium, et in Italia, praevia maceratione, ad vsum rectorium, vel coriarium, adhibentur. Prouenit in regionibus calidioribus, praesertim Hispania, locis sabulosis, et sterilibus. Sunt, qui hoc genus ad Genistam referunt, a qua tamen differt calyce colorato, bilabiato, labio superiori trifido, inferiori bifido, et carina dipetala. Ita dicitur, quod funiculi ac vinculi vsum in alligandis vitibus praebent. A *σπαστικός*, quia in spiram flecti et conuolui potest. Ge. *Spanische Binsen*. G. *Genêt commun*. A. *Broom*. B. *Spaansche Broom*.

SPASMA, i. q. *Spasmus*.

SPASMODICA, sunt medicamenta spasmus tollentia, influxum spirituum, vel sanguinis, inordinatum, vel corrigendo, vel acre quodcunque stimulant et in musculo haerens tollendo, vel sensum partis neruorum compressu hebetando. Ge. *Krampfstillende Arzneyen*. Ga. *Antispasmodiques*. A. *Antispasmodics*. B. *Kramp en Squip-middelen*. — Saepe etiam varii morbi a spasmis oriundi dicuntur *Morbi spasmodici*.

SPASMVS, et **SPASMA**, est contractio inuita, constans, vel interpolata, musculorum organis loco motiuis, non vitalibus, inferuentium. Est *Spasmus* vel *Tonicus*, scilicet rigiditas et immobilitas, vel *Clonicus*, scilicet agitatio coacta, non libera; vterque rursus vel *Parialis*, vnius, vel alterius organi, vel *Generalis*, totius fere corporis. Tonicus nonnullis *Tetanus* dicitur, *Clonicus* vero *Conuulsio*. Causa in genere a veteribus ponitur repletio et inanitio; rectius vero statuitur, quicquid neruosum genus irritare, et irregularem spirituum neruorum motum producere potest. Spasmus fit cum acri dolore in artubus, crure, sura, pede, etc. Huius

species sunt, spasmus traumaticus, seu in vulneribus, spasmus cynicus, strabismus, risus sardonius, etc. *Ασπῶ*, contraho. Ge. *Der Krampf*. G. *Spasme*. A. *Cramp*, *Spasmodic Contraction*. B. *De Kramp*, *Zenuwtrekking*, *Snuiptrækking*.

SPASMVS CYNICVS, siue CANINA CONVULSIO, est convulsio musculorum oris. Hoc est, quando muscoli, praecipue canini et zygomatici, conuellantur, et os, nasus, oculus, atque adeo dimidia faciei pars, in obliquum et rugas torquetur, imo et irati canis effigiem repraesentant, ita ut qui eo correpti sunt, efflare aërem, aut humorem exspuere nequeant, salua ex ore fluente. Tristissimam feroque semper funestam prognosin in morbis malignis, vel etiam vulneribus, suppeditat. Ge. *Hundsstrampf*. G. *Ris Sardonien*. A. *The dogs Cramp*. B. *Honds-trekking*, *Honds-kramp*.

SPATHA, Gr. *Σπάθη*, et *Ἐλάτη*, dicitur calyx longitudinaliter ruptus. *Ασπάθῶ*, texo. Ge. *Blumenscheide*. Ga. *Spathe*.

SPATHA, est instrumentum oblongum, ex argento, chalybe, cupro, aut ligno, confectum, inferius latum, quo electuaria, vel conseruae, et emplastra absque manuum iniquinatione commode tractantur, chirurgis et pharmacopoeis familiare. Vide *Spatula*. Ge. *Ein Spatel*. G. *Une Spatule*. B. *Een Spatel*. — *Scultero* est scalpellum anceps, vtrinque acutum, et in superiore parte paulo latum, quod in extremitate sua in angustam cuspidem coit. *Spatham* autem *Celsi* aliud scalpelli genus fuisse, autumat *Heisterus*.

SPATHOMELA, siue SPECILLVM LATVM, vide *Spatha*.

SPATHVLATVM, botanicis dicitur *folium* subrotundum, basi angustiore lineari.

SPATHVM, s. SPATVM, est corpus minerale, magis, vel minus durum atque pellucidum, ad lapides calcarios, aut etiam gypseos, pertinens, fragmentis rhomboidalibus, nitidis. Gypseum, vstulatum in puluerem non effervescentem cum aqua transit. In vniuersum paullo plus, quam quadruplo, aqua ponderosius est. Huius generis quam plurimae dantur species, magis, vel minus calcariae, aut etiam gypseae indolis. Ge. *Späth*. G. *Spath*. A. *Spar*.

SPATILE, est species alui lubricae.

SPATVLA, vel SPATHVLA, est instrumentum minori forma, quam *Spatha*. Significat quoque *Scapulam*. *Ασπάω*, traho, ut putatur. Ge. *Ein kleiner Spatel*. G. *Spatule*. B. *Een Spatelje*.

SPATVLA FOETIDA, est Iridis species, et quidem *Iris foetidissima* corollis imberbibus, petalis interioribus patentissimis, caule vniangulato, foliis ensiformibus *Lin.* (Triandr. Monogyn.). *Gladiolus foetidus* C. B. *Spathula foetida*, *Xyris*. *L. Bauh.* Radicis decoctum in spasms atque herniis commendatur; potenter aquas hydropicorum euacuat: praecipue vero balneum membra arida subleuat. Semini, quod piso simile, qualitas acris, visque diuretica est. A foliorum figura ita dicta: *Spara* enim gladium significat. Est enim illi folium ancipiti nouaculae similis, acutiore acie, et tenuiore, rigidioreque, quam Gladioli, aut Iridis, mucrone. *Foetida* cognominatur, quod grauem exhibet odorem. *Gr. Zepi*, gladius, nouacula. *Ge. Wandlauffkraut, stinkende Schwertel.* *G. Esparule, Glayel puant.* *A. Sinking Gladdon, or Gladwyn.* *B. Wand-luis-kruid, stinkende Lis.*

SPEAVTER, vide *Zincum*. *Ge. Spiauter.*

SPECIES, seu **PVLVIS**, dicuntur in officinis simplicia (ingredientia) pro compositis conficiendis coordinata. Sic dicuntur *Species theriacae*, id est ex quibus theriaca compilatur. Sic sunt et *Species decoctorum vsualium*. Prae reliquis tamen hoc nomen sibi vendicant pulueres nonnulli, tum aromatici, tum cathartici. Forsan quia ordinati fuerint olim, vt inde conficerentur electuaria, morsuli, vel rotulae, sic sunt species aromaticae, rosaceae, etc. species diaturbith cum rhabbaro, diaireos, diaboliani, diamofchi, etc. *Ge. Pulver, Species.* *G. Poudre.* *A. Powder.* *B. Poeder.*

SPECIFICA MEDICAMENTA, sunt, quae vi quadam singulari et propria tantum in eam causam agunt, quae morbum in corpore producit, partem affectam mouendo, et mutando, nihil vero in reliquis corporis partes efficiendo. Sic oleum viperinum applicatum morsui viperarum; cortex Peruvianus in febribus intermittentibus; opium in conciliando somno, et quamplurima alia *Specifica* dicuntur.

SPECILLVM, est instrumentum chirurgicum, spithamae longitudine, tenue, ex argento, vel chalybe, ab vna extremitate latum, rotundum et interdum nonnihil incuruatum; ab altera vero rotundum nodulum habet; quo vulnerum et fistularum altitudo pertentatur. Quod si per longitudinem sulcatum est, inferuit etiam ad dirigendam scalpelli aciem; in fistulis, vel sinubus incidendis, ne vasa subiacentia, aliaeue partes laedantur. Saepe etiam *Specilla* adhibentur ex ossibus balaenae, aut filo cera obducto confecta. Videtur esse diminutiuum a *Specium*, quo vsus est *Psicinus*. *Μύλη, Τραυματική μύλη Galeno,* *Ἴχνη Hippocr.* a tentando imperitum

vulgus *Tentam* vocat. Ge. Ein *Sucheisen*, *Wundeisen*, *Sonde*.
G. *Sonde*. A. *A Probe*. B. *Een Tintel-yzer*, *Tenten-yzer*,
Prover, *Wond-yzer*, *Proef-yzer*, *Zondeer*.

SPECVLARIS LAPIS, vide *Selenites*.

SPECVLVM ANI, est instrumentum chalybeum, e duabus laminis forcipis instar in axi dilatabilibus compositum, hodie tamen rarissime adhibitum, vel necessarium, quo chirurgi anum dilatant, vt vitia quaedam intus delitescencia melius perquirant, et spinas, aliaque inhaerentia extrahant, vel cinata absumant.

SPECVLVM LUCIDVM, i. q. *Specrum lucidum*.

SPECVLVM MATRICES, vide *Dilatatorium*.

SPECVLVM OCULI, est *Aranea tunica oculi*.—Vel ita etiam vocatur instrumentum chirurgicum, cuius variae dantur species, constans plerumque ex annulo ovali metallico, e duobus portionibus supra se mobilibus composito et manubrio affixo, qui inseruit palpebris dilatandis, ne in oculorum operationibus laedantur, vel impedimento sint. Ge. Ein *Augenspiegel*. B. *Een Oog-spiegel*.

SPECVLVM ORIS. Germ. *Mundspiegel*. *Vteri*, etc. Vide *Dilatatorium*.

SPELTA, Gr. *Zita*, nonnullis *Far*, est *Triticum spelta* calycibus truncatis, quadrifloris, flosculis aristatis hermaphroditis, intermedio neutro *Linu.* (*Triandr. Digyn.*). Hordeum flosculis lateralibus masculis, muticis, involuero destitutis *Sauv.* Zea dicoccos, vel *Spelta maior Bauh.* Vox videtur descendere a *Spelta Italorum*, quae est frumenti species. Ge. *Spelt*, *Linsel*, oder *Dinfelsorn*. G. *Epeautre*, *Blé locular*, *Froment locar*, *Froment rouge*. A. *Spelt-wheat*. B. *Spels*.

SPERAGVS, i. q. *Asparagus*.

SPERGULA, est planta flore rosaceo, (Decandr. Pentag.) calyce pentaphyllo, corolla pentapetala, capsula ovata, testâ uniloculari, quinquevalui, seminibus plurimis, depresso-globosis, margine emarginato cinctis; caulibus fufis, foliis linearibus verticillatis, tomentosis. Haec planta in omni solo, maxime iterili, prouenit, et commodissimum armentis pabulum praebet. Dicitur etiam *Πολύγαλα*. An a *σπίγμ*, sero, semino, spargo, et *γάλα*, lac: quia eius semen lactis gratia spargitur: nam creditur vaccis lac augeri, si illa planta vescantur. Ge. *Spergel*, *Spurre*. Ga. *Especie de Morgeline*. A. *Spurrey*. B. *Spurie*.

SPERMA, i. q. *Semen*.

SPERMA CETI, male sperma dicitur, et est substantia pinguedinosa, alba, squamosa, tenera, mollis, quasi ex paruis

fu. furaceis squamulis composita, saporis oleosi, odoris vntuosi. Extrahitur e capite animalis ad mammalia cete pertinentis, quod est *Physeter macrocephalus* Linn. Cete Clusf. Animal scilicet marinum, spiraculis supra caput, dentibus in m. killa inferiore, dorso impenni: f. *Cachalor*. Habitat praecipue in Oceano septentrionali et mari Groenlandico. Substantia haec oleosa in textu celluloso inter duram et piam meningem cerebri et medullae spinalis recondita est, ea quidem quantitate, vt ex vno pisce plura dolia, vel tonnae, repleantur. Adlata coctione cum lixiuio, iterata fusione et percolatione depuratur, et in eum statum reducitur, in quo in officinis nostris prostat. Recens in lixiuiis non soluitur, nec cum iis in saponem abit. Qualitatis est emollientis, lenitiuae, thoracicae, resoluentis et cosmeticae. Hinc in tussi, sputis pleuriticorum suppressis, diarrhoea, dysenteria commendatur. Facile rancorem contrahit; hinc sunt, qui in morbis pulmonum ab hac materia pingui timent. Facile in oleis soluitur, non item in aqua; hinc in oleo amygdalarum dulcium solutum sperma ceti, addito syropo pectorali, vel cum saccharo tritum in forma pulueris frequenter propinatur. Emplastrum de spermate ceti ad lac in mammis dissoluendum adhibetur. Ge. *Walrath*, *Ballram*. G. *Blanc de Baleine*. A. *Sperma Ceti*. B. *Walschort*.

SPERMATICA VASA, sunt arteriae duae, ex aorta sub emulgentibus ortae, sanguinem pro secretione seminis ad testes adducentes; et totidem venae, quarum dextra in venam cauam, sinistra in venam emulgentem sinistram, differunt, ob firum arteriae aortae maxime necessaria, inferitur, sanguinem a secretione seminis residuum ex testibus reuehentes. Ge. *Saamengefäße*. G. *Vaisseaux spermaticques*. A. *Spermatic Vessels*. B. *Zaadvaten*.

SPERMATICAE PARTES, sunt partes albiae, quae olim propter albedinem censebantur ex semine duntaxat generari, vt neruus, membrana, os, cartilago, etc. Verum omnes partes ex semine successiue fiunt, quia ex ovo, quod totus foetus rudimentum continet, generantur: imo et omnes partes, quotquot habentur, si sanguis aliique succi eluantur, etiam albiae apparent. Hinc omnibus illud nomen ex aequo competit. Vide *Semen*. Ex *ovisquam*, semen. Ge. *Saamentheile*. G. *Les parties spermaticques*. A. *The Spermatick parts*. B. *Zaad deelen*.

SPERMATOCELE, OSCHEOCELE SEMINALIS, est tumor testiculi et funiculi spermatici, cum epididymide,

calidus, renitens, dolorificus, qui facile abit in apſtema, fiſtulam, ſcirrhum, hydrocelem, ſarcocelen, etc. Hunc facit ſemen ſuis ductibus haerens, eosque vellicans et diſtendens. Spermatocèle alia eſt venerea, quae ex Syphillide confirmata, vel a gonorrhoea ſuppreſſa, ortum ducit. (Ga. *Chaudepiſſe; tombée dans la bourſe.*) Alia vero ſimplex, quae a variis cauſis oritur. Ge. Saamenbruch. G. Spermatocèle. Ex *σπέρμα*, ſemen, et *κῆλη*, tumor.

SPERMATOPOEA ORGANA, vocantur in viris illae partes, quae elaborando, ſecernendo et aſſeruando ſemini inſeruiunt. Ge. Saamenwerkzeuge. G. Organes ſpermatiques.

SPERMATOPOEA, medicamenta ſunt, quae liquidi proſtatarum, veſicularum ſeminalium, et teſtium generationem et elaborationem augent in maribus, ita vt deſiciens ex aegritudine ſemen reſtituatur, et quae in foeminis humores ad concipiendum requiritos elaborant. Ge. Saamenmachende Arzeneien. B. *Zaadmaakende Middelen.*

SPERNIOLA, ſeu SPERNIOLVM, vocatur *Sperma ranarum*; eſt enim mucilaginosa quaedam ſubſtantia, aquis innatans, qua ova recenter a ranis edita inuoluta et quaeſi glutinata ſunt. Viribus gaudet refrigerantibus atque coſmeticis; commendatur ad ambuſta, inflammationem et eryſipelas. Proſtat aqua deſtillata et emplaſtrum.—Sic *Sperniola Crollii* eſt pulvis ex camphora, croco, myrrha et ol'ibano contuſis, aqua ſpermatis ranarum irroratis et exſiccatis; qui externe in haemorrhagiis adhibetur. Ge. *Froſchleich.* G. *Frais de Grenouilles.* A. *Seed of Frog's.* B. *Kikvorſch Schor.*

SPHACELODES, eſt quid ſphacelo ſimile. Ex *σφάκελος*, ſphacelus, et *ειδος*, forma.

SPHACELVS, eſt Sideratio, ſiue ſenſus et viuificationis in quacunque parte extinctio, ad oſſa vsque plerumque penetrans, permittens dein humorum et ſolidorum corruptionem et deſtructionem, cum partis immobilitate, frigore; colore liuido et nigricante, et foetore cadaueroſo. Habetur pro vltimo gradu *Gangraena*. A *σφάκρον*, interſicium. Gr. *Σφάκελος, Σφαιλισμός, Τελεία νέκρωσις.* Ge. *Der kalte Brand.* G. *Sphacèle, Mortification.* A. *Sphacelus, Mortification.* B. *Het koud Vuur.*

SPHACELVS, vide *Salvia*.

SPHACELVS HUMORVM, vocatur quibusdam humor morboſus ſubniger, inemendabilis, exſtineta actione vitali natus.

SPHAERITIS, quasi planta globosa, seu capite globoso, quia capitula habet rotunda et globiformia. A σφαῖρα, globus.

SPHAEROCEPHALVS, est *Cardui* species, capitula habens rotunda. A σφαῖρα, globus, et κεφαλή, caput.

SPHAGNITES, sunt venae iugulares in collo. A σφαιγίζομαι, iugulo, maſto.

SPHATVLA FOETIDA, i. q. *Spazula foetida*.

SPHENDAMNOS, sic vocatur *Acer*. Gr. Σφένδαμνος, dicitur durus, firmus, ob ligni duritiem.

SPHENOIDEA OSSICVLA, vide *Cuneiformia*.

SPHENOIDES, **SPHENOIS**, vide *Cuneiforme os*. Sunt, qui olim hoc os *Sphencoides*, quasi vespiforme, rectius dictum esse suspicantur.

SPHENOPHARYNGAEVS, est pars musculorum, a sinu alae internae ossis cuneiformis ortum ducens, atque oblique deorsum inclinans, in oesophagi latera extenditur, gulamque dilatat. Ex σφην, cuneus, et φάρυγξ, oesophagi caput, siue fauces. Ge. Der Keil- Bein- Schlundmuskel. G. *Muscles Spheno Pharyngiens, ou Spheno-Salpingo-Pharyngiens*. B. *Wiggebeens Strot-spier*.

SPHINCTER: hoc nomine in variis partibus musculi gaudent, qui hanc proprietatem habent, vt nulli puncto fixo inferti sint, sed circulariter ambientes partem rotundam mollem cauam, vim hanc plane constringendi possideant; vti est musculus constrictor oesophagi; ani, vesicae, etc. — *Sphincter oris*, est musculus orbicularis labiorum aperturam ambiens. A σφινγω, constringo. Ge. Der Schließmuskel. G. *Muscle Sphincter*. A. *Sphincter*. B. *Sluispier, Ringspier*.

SPHONDYLIVM, *Heracleum sphondylium*, foliis pinnatifidis *Linu.* (Pentandr. Digyn.) est planta umbellifera, quae habet caulem, duos, vel tres pedes altum, rectum, rotundum, nodosum, villosum, striatum, excauatum. Folia sunt ampla, laciniata, in multas partes diuisa, lanuginosa, saporis dulcis. Flores in summitate ramorum in umbellas crescunt, singuli ex quinque petalis bifidis constant; coloris vt plurimum albi, aliquando purpurei, sed raro. Flore decido calyx fit fructus, ex duobus magnis seminibus compositus; compressis, striatis, marginatis a parte superiori, in dorso striatis; vbi se inuicem cingunt, duabus lineis nigris notantur. Radix est simplex, longa, perennis, altissime depacta, et fat crassa, carnosae, inordinate diuisa, succo flauo praegnans, saporis acris. Habitat in Europae nemorosis. Folia virtute emolliente, semen vero et radix incidente et aperiente

pollent. Adhibentur in cataplasmate. Paratur e foliis et femine potus, *Parst* dictus, quo in Polonia praeperes cerevisiae loco vtuntur. E cortice interiori caulium spiritum inflammabilem et inebriantem elicere solent incolae Kamtschatkae. Spondylium, vel Spondylium, dicitur ab odore feminis, qui similis est ei, quem insectum Spondylus spargit. Est hoc insectum Lepidopterum e genere Phalaenarum, cuius larva sub terra habitans pessime radices corrodit. Spondylium vulgo etiam vocatur *Branca ursina*. Ge. Deutsche Bärenklau. G. Berce, ou fausse Branc ursine. A. Cow Parsnep. B. Duitische Beeren-klaauw.

SPHONDYLVS, SPONDYLVS, i. q. *Vertebra*.

SPHYGMICA, est pars Hygieinae, agens de pulsibus. A σφύζω, pulso. 4

SPHYGMVS, vide *Pulsus*.

SPICA, fasciae chirurgicae species est, vnus, vel vtriusque humeri luxati; alia est, cuius fascia ab vna extremitate voluta est; alia, quae ab vtraque. Hinc *Spica simplex*, vel *duplex*, dicitur. Alia est *Spica inguinalis*, cuius pars inter femora transit. Ge. Kornährenbinde. G. Spices.

SPICA, est species inflorescentiae constans e floribus sessilibus alternis in pedunculo communi simplici. Sic in frumento dicitur totum illud, quo granum continetur, et ad similitudinem plurimae plantae; earum summitates spicatae spica nominantur, vt Lauendula, Spica Celtica, Indica, etc. *Spica* dicta quasi *Spica*, a spe: nam quum fruges in spicam exeunt, spem praebet hominibus. Alii dici putant a figura spiculi, quam refert, vbi primum e folliculis erumpit. Tria vero continet, granum, glumam et aristam. *Spica mutica* est, quae non habet aristam, et *Mutica* quasi mutila nominatur. Gr. Στάχυς, a στήξ, ordo, quia certos habet granorum ordines, vel a στάω, et χών, fundo. Seges suo stat caule, et spicae fluitant, quasi a vento fusae. Alii deriuant, quod verticillato ambitu florem et orbibus spicarum caules cingentibus coronetur. Ge. Nchre. Ga. Epi. A. Ear. B. Koorenaar.

SPICA, vide *Lauendula*.

SPICA CELTICA, siue NARDVS CELTICA, est radix e fibrillis nigris constans, quae exsiccata ad nos adfertur, adhaerentibus caulium et foliolorum maridorum reliquiis. Planta est *Valeriana Celtica* floribus triandris, foliis quato-oblongis obtusis integerrimis *Lim.* (Triandr. Monogyn.). Qualitatis haec radix est fragrantis, acris et aromaticae, viribusque carminatiuis, diureticis, et anthelminthicis gaudet.

Rarioris vsus. Theriacam et Mithridatium ingreditur. Crescit in Liguria, Carinthia, Styria, in Alpibus Tyrolis, montibusque Pyrenaeis, ad spithami altitudinem. Folia fere Salici similia habet, vnde *Saliunca* forte dicitur, sed minora. Ge. *Celtischer Narden*. G. *Spica Nard*. A. *Celtick Spikenard*. B. *Celtische Spikenard*.

SPICA INDICA, vide *Nardus indica*.

SPIGELIA, SPIGELIA ANTHELMIA, *Spigelia* quadrifolia, spicis terminalibus *Brown*. *Spigelia anthelmintica* foliis summis quaternis *Lin.* (Pentandr. Monogyn.). Arabaca quadrifolia fructu testiculato *Plum.* est planta annua calyce quinquepartito, lineari, erecto, corolla monopetala, infundibuliformi, quinquefida, capsula didyma, muricata. Haec planta in Brasilia, Carolina et Iamaica proueniens, haud ita pridem nobis innotuit. Qualitatis est tetrae et foetidae, viribusque narcoticis, expellentibus, et praecipue singularibus anthelminticis pollet. Datur aut radice scrupulus vnus, aut herbae manipuli duo in aquae fontanae libris duabus decoquantur, eiusque decocti quauis hora vnciae quatuor propinantur. — Cum ea viribus et genere botanico conuenit *Spigelia Marilandica*, caule tetragono foliis omnibus oppositis *Lin.* Prouenit in Carolina australi et ab Anglis *Indian Pink* vocatur.

SPILANTHVS, est plantae compositae genus, ad quod a *Linnaeo* *Acmella* refertur, quae olim ab eo *Verbefinis* adnumerabatur. Vide *Acmella*.

SPINA, botanicis dicitur mucro e ligno plantae protusus. Ge. *Dorn*. G. *Epine*. — — *Spinosa folia* vocantur margine acuminibus subulatis rigidis pungentibus.

SPINA, vide *Acantha*.

SPINA, est pars scapulae acuta, oblique superficiem superiorem diuidens, ob figuram sic appellata. Ge. *Die Gräte am Schulterblatt*. G. *Epine de l'Omoplate*.

SPINA ALBA, est idem, quod *Oxyacantha*. Gr. *Ἀκανθα λευκή*. Nomen herba haec ab albis foliis, seu lacteis maculis, quibus folia conspersa sunt, accepit. Officinae *Bedegarim*, seu *Bedeguar*, Poeno nomine appellant. Saepe idem denotat, quam *Carduus Mariae*. Aliis idem est, quam *Onopordon acanthium* *Lin.* vel etiam *Bebinops strigosus* *Lin.* Ge. *Weisse Distel*. G. *Cardon Commun*, ou *Arichaut sauvage*, ou *Epine blanche sauvage*. B. *Onzer Vrouwen distel*.

SPINA ARABICA, vide *Carlini*.

SPINA BIFIDA, SPINOEA, est species Lupinae, scilicet tumor exiguus, mollis, in infantibus, concolor, supra ver-

tebras lumborum, dehiscantibus earum processibus sensim
 increfcens, quem recens nati ex vtero gestant, plerumque
 simul hydrocephalo interno laborantes, fluido aquoso ple-
 nus, quo aperto vt plurimum cito pereunt infantes. Ge.
 Gcspaltenes Rückengrad. B. *Ruggegraars-fplyring.*

SPINA CERVINA, vide *Rhamnus.*

SPINA CHRISTI, siue SPINA IYDAICA, est Paliurus,
 sic dicta, quia creditur, coronam, qua Christus a Iudaeis co-
 ronabatur, ex Paliuro fuisse contextam. Vide *Paliurus.*

SPINA DORSI, RHACHIS, vocatur columna illa ossea,
 ex vertebra, osse sacro et osse coccygis constans, a capite
 ad anum vsque extensa, per totam suam longitudinem ca-
 nalis intar excauata, spinalē medullam continens. Vide
Acantha. Ge. Rückengrad. G. *Epine da dos.* A. *Spine, Chine.*
 B. *De Rugge-graat.*

SPINA IYDAICA, i. q. *Spina Christi.*

SPINA NODOSA, vide *Rhachitis.*

SPINA VENTOSA, Barbaris vocatur *Flarus*, seu *Ventus.*
Spina, et *Ventositas spinæ*, est apóstema ossium, scilicet col-
 lectio materiae purulentæ, vel ichorosæ, vndique coerci-
 tæ, in ossibus præcipue tubulosis, vt tibia, perone, femore
 et circa articulos cum ossis sphacelismo, cum doloribus in-
 initio magnis, ab inflammatione periostei et membranae me-
 dullar in cancellis ossium continentis, subsequente tumore
 molli, indolente, ex quo aperto ichor acris serosusque cum
 corrupto osse exit, quod malum inprimis corripit infantes.
 Vocatur et *Caries ossis*, *Teredo*, *Paedarthroca*: vide suo loco.
 Ge. *Winddorn*, *Beinfress*, *Beinfresser*, *Beinfäule.* G. *Ca-*
rie. B. *Been-vreter*, *Wind doorn.* Vide *Caries.*

SPINACHIA, et SPINACIA, *Lapathum hortensē*, seu
Spinachia semine spinoso *Baub.* *Spinacia oleracea* fructibus
 sessilibus *Linn.* (Dioec. Pentandr.) est planta, quæ habet
 folia ampla, acuta, incisa, angulosa, tenera, mollia, succu-
 lenta, pediculis longis adhaerentia, coloris viridis, obscuri;
 caules rotundos, fistulosos, ramosos. Flores sunt apetalii,
 quinque scilicet staminibus constantes calyci quadrisido in-
 fidentibus, sed steriles: embryones enim innascuntur spe-
 ciebus Spinaciae, quæ flore carent, et deinde abeunt in se-
 men turbinatum, in capsula nunc eiusdem formæ, nunc
 cornuta, vel angulata, reconditum. Radix est simplex, te-
 nuis, alba, parvis fibris instructa. Haec planta colitur in
 hortis; est olus vulgo notum. Viribus gaudet diluentibus
 et humectantibus, vsusque cibarius frequentissimus, et salu-
 taris est. Sic vocari videtur a spinosa semine; vel quod

eius folia in acumen desinant. Gr. *Σπανάχι*. Arabicae factionis principes *Hispanach*, hoc est, *Hispanicum olus*, nominant. Spanachiam haud dubie ab oleris raritate dixerunt Graeci; raro enim illo utebantur medici, quod cibo magis forsitan, quam medicinae, nata esset, nec quicquam illustre fortita. Ge. *Spinat*. G. *Epinars*. A. *Spinach*, *Spinage*. B. *Spinagie*.

SPINALIS MEDULLA, vide *Medulla spinalis*.

SPINATI MUSCVLI, duo habentur in ceruice, inter spinas totam ceruicem occupant, suntque longi et ampli. Oriuntur a quinque spinis vertebrarum colli, septemque thoracis. In totam inferiorem spinae secundae vertebrae partem valide implantantur. Vfus est, Spinam extendere, vel in posteriora flectere, et oblique mouere. Ge. *Der außstreckende Muskel des Halses*. G. *Muscles épineux*. A. *Muscle Spinare*. B. *Graat spieren*.

SPIRACVLA, vocantur in furnis chemicis aperturae, vel foramina sic instructa, vt iis pro lubitu magis, vel minus apertis aer admitti et ignis intendi et conseruari possit. Ge. *Lustloch*. G. *Soupirail*.

SPIRAEA, est arbuscula humilis, quae crescit ad altitudinem trium circiter pedum, plures ramos tenues germigans, cortice rubro obduetos. Folia in ea specie, quae *Salicifolia* a *Linnaeo* nuncupatur, per ramulos sparsa, longiuscula, et angusta sunt instar Salicis, per ambitum serrata, superne dilutiore viriditate praedita, inferne veluti aerugine adpersa, exsiccantis cum quadam amaritudine coniuncti gustus. Calyx est monophyllus, quinquefidus, stellatus. Flos rosaceus pentapetalus. Ex calycis margine interiore ad intersticia segmentorum nascuntur petala et stamina valde numerosa (*Icosandr. Pentagyn.*). Ouarium in fundo calycis sit fructus compositus ex quinque capsulis oblongis, acuminatis, compressis, bivaluibus, foetis semine oblongo, exiguo, compresso, flauescente. Arbuscula haec colitur in hortis et locis praesertim umbrosis; et gaudet viribus abstergentibus et subadstringentibus. Plures aliae quoque Spireae species, v. c. alba, hypericifolia, etc. numerantur. An *Bukku* Hortentorum? Nomen inuenit *ἀπὸ τῆς σπείρας*, quod frutex sit lentus, et flexilis, ita vt in spiram torqueri possit: *Σπείρα* enim est spira. Ge. *Spierstaude*, *Traubenweiden*. G. *Spirée*.

SPIRITVS ANIMALES, FLVIDVM NERVEVM: hoc sub nomine, iuxta opinionem plerorumque medicorum, quam pluribus argumentis ad magnum probabilitatis gradum cœsunt, intelligitur materia illa subtilissima atque mobilissima, quae

quae a sanguine purissimo atque elaboratissimo, per arterias carotides et vertebrales in cranium delato, in substantia vasculosa cerebri fecernitur, indeque in substantiam tubulosam medullae oblongatae et originis neruorum influit, perque eam distribuitur. Oportet vero id fluidum mobilissimum esse, et vna maximi momenti capax, aut ad suscitandos maximos motus idoneum, nempe a minima quaque causa, etiam absque cordis potestate, a voluntate et a sensuum impressione in efficacem motum cieri posse: porro fluidissimum esse elementum, vt celerrimo motu fungatur: tenuissimum, vt minimos, nullo microscopio inueniendos tubulos perstruat, atque ipsi spiritus nulli sensuum nostrorum quocunque auxilio adiuto conspicui reddi possint: simul tamen eam oportet esse fluidi nerui ad neruum adhaesionem, vt neruo contineatur, neque eum ante absolutum munus deserat: oportet denique eiusmodi liquidum esse, in quo nullus excitatus et viuus sapor, aut odor, aut color, aut calor, aut alia quaecunque sit qualitas, quae sensus nostros vehementer feriat: eiusmodi enim vis si in fluido neruo habitaret, id fluidum aut perpetuo se ipsum menti repraesentaret, aut certe efficeret, vt mens ad sensationem non fortiores absurdesceret. Est ergo actiuum elementum ad motum a voluntate et a sensu concipiendum aptissimum, celerrimum, omni sensuum acie subtilius, tamen haecenus igne et aethere, et electrica, atque magnetica materia crassius, vt et contineri vasis et vinculis coerceri aptum sit, et denique manifesto ex cibis nostris nasci et reparari queat; non sine suspitione, partem tamen eius fluidi non exiguam ex rectore illo stirpium spiritu consistere, vt quo recepto spiritus nostri augeantur, vt et sensuum acumen intendatur, et imaginatio succedat viuidior, et vires musculorum increpant, et demum nimis excitati motus quicunque et ipsi sensus per foetentes halitus opiumque compescantur. Porro ex animali materie etiam constare oportet, in summam subtilitatem euecta, cum ab ea vires musculorum potissimum pendeant, magisque, vt ferocia, sic robusta, sint animalia carniuora, et homines viribus fracti a valido cibo musculorum vsum et robur recuperent. Oportet autem haec mobilia elementa in raritatem quandam expansa esse, vt nostros sensus non feriant: et quid vetat, vti a luce diversum ignem esse, ab vtroque magnetis materiam, ab omnibus aerem et aetherem distare nunc constat, quin etiam id proprium, suos vnice per effectus notum, elementum sit.

Hall. — Per vsum hanc materiam quoad magnam partem amitti et exhalare, defatigatio, exhaustio, et per cibum atque

quietem refectio docent. Functio huius materiae in eo consistit, vt per neruos in organa motoria influens motum peragat, et per organa sensoria ad sensorium commune refluxens sensum excitet, atque animae obiecta externa repraesentet. Gr. Πνευμα. Ge. Lebensgeister, Nervensaft. Ga. Espriss. A. Spiriss. B. Geesten, Herffen-zap, Zenuw-zap.

SPIRITVS CHYMICI, sunt liquores distillatione e variis subiectis producti, mobiles, volatiles, actiui, ex aqua et tenerrimis, vel inflammabilis, vel salinae, vel vtriusque proporiae particulis, perenni et veloci motu intestino agitatis, nunc laxiori, nunc arctiori interueniente cohaesione compositi. Habita ratione principii actiui cuncti spiritus arte chemica parandi commode diuidi possunt in 1) Spiritus sulphureos, vel inflammabiles. 2) Salinos acidos. 3) Salinos alcalinos, vel urinosos. 4) Compositos. Inflammabiles, vel sulphurei sunt, qui facile flammam concipiunt, absque fumo et foete consumuntur, atque post plenariam vegetabilium fermentationem producti sunt, ac inter distillandum decurrunt striatim iuxta latera capitelli, phlegmate separabili, aliisque partibus heterogeneis oleosis, aut salinis, perfecte liberati, liquida sistunt aqueo-phlogista, adeoque oleo tenerrius resoluti et in phlegmate extenso longe simpliciora, quae aquam et olea subtilitate, mobilitate, volatilitate ac leuitate longe superant, et cum priori promptissime miscentur. Tales sunt Spiritus vini et omnes spiritus ardentis ex baccis ribis, fragorum, sambuci, etc. Acidi sunt, qui constant ex particulis acidis et aqua, quibus pauca substantia oleosa, aut tenerrima inflammabilis arte sociata est. Corpuscula salino-acida liquori actiuitatem et specificam indolem, aqueae autem particulae decentem fluiditatem conciliant. Tales sunt Spiritus vitrioli, sulphuris, salis, etc. Salino-alcalini, vel urinosi, sunt, qui ex sale volatili et aqua constant, vt Spiritus salis armoniaci, spiritus vrinae, fuliginis, etc. Spiritus Compositi sunt, vel acido inflammabiles, qui etiam Dulcificati dicuntur, vt Spiritus nitri dulcis, Spiritus salis dulcis; vel salino-urinoso-inflammabiles, vt Spiritus salis ammoniaci vinosus, vel Salino-urinoso-oleoso-inflammabiles, vt Sal volatile oleosum, etc. Ge. Geiß, oder Spiritus. Ga. Espriss. A. Chymical Spirits. B. Geesten.

SPIRITVS RECTOR; hoc sub nomine chymici iuxta Boerh. intelligunt halitum quendam in vnoquoque singulari animalium, vel vegetantium, et secundum quorundam opinionem etiam fossilium, proprium vnice illi tantum corpori, adeo subtilem. vt odore tantum, vel sapore suo, aut effectibus sibi tantummodo de-

bitis se manifestet? exprimit ille vapor sui corporis proprium genium, quo illud inprimis ab aliis omnibus accuratissime distinguitur, et ne ob summam tenuitatem et volatilitatem desereret protinus, cui moderando datus est, corpus, in-nexus est constanti, nec aere, vel aqua, nec igne naturali facile diffhando oleo. *Boerb.* Huius praesentia praecipue in aromatibus demonstrari potest. Veteribus adeptis ideo dicebatur *Scinzilla vitalis, Filius solis, Spiritus intus alens*, etc.

SPLANCHNICA, sunt medicamenta, aduersus morbos intestinorum. *A σπλάγχνον, viscus.*

SPLANCHNICVS NERVVS, est ramus anterior trunci nerui intercostalis per thoracem transeuntis, diaphragma perforans, et tandem ramulis innumeris ad ganglia et plexus abdominales et viscera abdominis dispersus.

SPLANCHNOLOGIA, est illa anatomes pars, quae viscera, eorumque situm, nexum, fabricam, et vsum describit. *Ex σπλάγχνον, viscus, et λόγος, sermo. Ge. Beschreibung der Eingeweide. Ga. Splanchnologie. B. Beschreibung der Inge-wanden.*

SPLANCHNON, est viscus, siue pars organica, in magna cauitate contenta. *Ge. Eingeweide. G. Viscères.*

SPLEN, siue **LIEN**, Gr. *Σπλν*, est infimi ventris viscus, a parte sinistra situm, hepatis e regione oppositum, magis tamen posteriora versus locatum post ventriculum, rubrum, seu sanguinolentum quidem, sed et saepe liuidum, adeo vt obscure rubeat. Figura eius in homine oblonga est, instar linguae: longitudo, latitudo et crassities varian, naturaliter autem costarum spuriarum limites non excedit. Pars ventriculū spectans sima est, vbi et vasa sanguinea cum neruis et vasculis lymphaticis conspiciuntur. Ab altera parte gibba, et lumbis, et diaphragmati, et peritonaeo adhaeret. Substantia eius, maximam saltem partem, vasculosa est, interiecta tenerima tela cellulosa: dum scilicet arteria splenica, ramus arteriae coeliacae, et vena splenica, ramus venae portae splenem ingredientem sensim in plures ramos diuiduntur, nulla certa lege, vt tamen multo minus minorum ramorum sit, quam grandium, iique rami porro diminuti denique in penicillos abeant, ramulos scilicet multos sibi vicinos. Functio et vtilitas lienis praecipue in eo consistit, vt sanguis ad hepar pro secretionem bilis deferendus ibidem praepararetur: dum scilicet ob maiorem ibi ramorum ad truncum rationem tardius mouetur, retinetur, sicque acrimoniam aliquam contrahit, vt cum sanguine ex vena mesenterica reduce, adipe grauido, mixtus materiam pro secretionem bilis

suppeditet. Olim putabatur receptaculum esse humoris melancholici, siue excrementorum salforum et terrestrium, vt ibi mediantibus spiritibus animalibus volatilissentur, et sanguini denuo ad vltiorem fermentationem inspirentur. *Ge. Die Milz. G. La Rate. A. The Milt. B. De Milt. —* Lienēs morbidi, valde obstructi et tumentes, etiam vocantur *Lienes*, et qui hoc morbo laborant, *Splenetici* dicuntur. A *σπλάγχνον*, viscus, vel a *σπῶ λίαν*, contraho valde. *Germ. Milzkrankheit, milzſüchtig. G. Rarelenz, Mal de Rate. A. A Disease in the Milt. B. Milt-zugt.*

SPLENALGIA, SPLENICA, est morbus, cuius praecipuum symptoma est dolor pertinax in regione lienis, sine pyrexia acuta, oriens ab infarctu, scirrho, aut suppuratione huius visceris. *Ge. Milzweh. G. Douleur de la Rate.*

SPLENETICA, sunt medicamenta, aduersus splenum morbos. *Ge. Milzargeneyen. B. Milt-middelen.*

SPLENETICI, vide *Splenicī*.

SPLENIA, PLUMACEOLI, seu PLAGVLAE, componuntur ex linteo, ter, quater, et quinquies duplicato, ita vt *Spleni* crassitie quadret, quod vulneribus, viceribus et fracturis imponitur. Antiquis plumaceola vocantur. quia vulgo ex pluma inter duos pannos confuta constabant. A splenis figura splenia dicuntur. Item puluilli, quod puluinaris formam referant. Differunt ratione figurae longitudinis, latitudinis et crassitiei. Figura triplex est, pro positionis scilicet eorundem modo. Pleraque quadrata sunt, alia oblonga, et si brachium, vel pedem, circumcingere debeant, etiam annularia. Quaedam enim parti secundum longitudinem recte, quaedam oblique, quaedam vero transuerse imponuntur, et quidem nunc singula, nunc plura, pro vsu parti affectae debito, ad deligationem firmandam, membra crassitudine inaequalia, aut partes graciles et concauas aequandas et explendas, vt tota deligatio aequalis euadat; partes item a fasciarum et vinculorum onere defendendas et saniem ichoresque exprimendos et imbibendos; naturalem etiam aegrae partis calorem fouendum, et frigus auertendum. Imponuntur interdum sicca, vel liquore aliquo imbuuntur et madefiunt. *Ge. Bauschen, Compressen. G. Compresses. A. Bolsters, Compress. B. Plumezolen, Compressen, Wundkuffentje.*

SPLENICA, sunt, quae validius attenuando, incidendo, et volatilizando, obstructionibus splenis corrigendis conducunt. *Ge. Milzargeneyen. B. Milt-middelen.*

SPLENICI, vel SPLENETICI, veteribus proprie vocati

sunt, qui duritie lienis inueterata laborant. Ge. *Milzſüchtig*.
B. *Milzsuchrig*. Vide *Splen*.

SPLENII MUSCULI, seu **TRIANGVLARES**, sunt origine gemina, partim enim a quinque spinis vertebrarum colli inferiorum, partim a totidem apicibus vertebrarum thoracis superiorum prodeunt: atque obliquatis nonnihil fibris in medium occipitis, ad processum vsque mastoideum, et processum transversum secundae vertebrae inferuntur; caput ad posteriora trahunt: sic a laterum figura nomen inditum est. Ge. *Die milzſörmigen Muskeln*. G. *Muscles Splenius, ou les Mastoïdiens postérieurs*. A. *The Spleen Muscles*. B. *De Spalk-Spiereu*.

SPLENION, idem quod *Asplenium*. Dicitur spleni, seu lienii, mederi. Fabulantur, cum exta super eam profecta essent, hanc plantam adhaesisse lienii, eumque exinauuisse. Narrant, quoque vetores eos sues, qui radicem eius edunt, sine splene inueniri. Vide *Asplenium*. Ge. *Steinfau*, *Milzfrant*. G. *Cétrac*. A. *Spleen-wort, Milt-waſt*. B. *Steen-varen, Milt-kruid*.

SPLENITIS, est inflammatio lienis, scilicet phlegmasia, cuius praecipua symptomata sunt tumor in hypochondrio sinistro, lienis molem et figuram referens, aut locum occupans, cum renitentia, dolore tactum non tolerante, calore, respiratione interfecta, et pyrexia ut plurimum acuta. Ge. *Entzündung der Milz*. G. *Inflammation de la Rate*. B. *Milt entsteckung*.

SPLRNOCELE, HERNIA LIENIS, est lienis trans laxatos, diductos abdominis in latere sinistro parietes, vel per inguinalem eiusdem lateris anulum elapsi ectopia herniosa. Morbus in se quidem rarissimus cognoscitur 1) loco, ad quem extuberat hernia, qui est abdominis latus sinistrum sub umbilico et inguinis sinistri annulus. 2) Explorato liene, qui ex regione sinistri hypochondrii in protuberantiam tendere percipitur. 3) Firmitate protuberantiae parenchymatica. 4) Defectu signorum, quae sibi assumunt enterocoele, epiplocele, et praepremis hyterocoele. Sauv. Ge. *Milzbruch*. G. *Hernie de la Rate*.

SPODIUM, s. *Spodium Graecorum*, est fauilla eadem, ac *Pompholyx*, ob grauitatem in paumentum decidens. Dicitur *Graecorum* ad differentiam *Spodii Arabum*, quod nihil aliud est, quam Radix Alcannae combusta, et officinae nostrates. *Vstum ebur* eius loco substituunt. *Spodium Graecorum*, uti specie a *Pompholyge* non differt, ita et viribus exliccantibus inter se conueniunt. Gr. *Σπόδιον* et *Σπόδος*. Lat. *Offic. Nil*,

vel *Nibili gryseum*. Ge. Grauer Nicht, Hüttenrauch. Ga. Tutie Grisfe. A. *Spodium*, Grey Turry. B. *Grauwe Tutia*, *Spodium*.

SPONDYLIS, vel SPONDYLIVM, est Panacis Heraclei species nomen habet a vertebris, vel verticillis fusorum. Sed alii malunt ab odoris grauitate, a Spondyle scilicet insecti specie odoris grauis. Vide *Spondylium*. Ge. Bärwurzel. B. *Duitsche Beerenklaauw*.

SPONDYLVS, seu VERTEBRA, VERTICILLVS, sunt ossa viginti quatuor capiti subiecta, in medio excauata pro transitu medullae spinalis. Constant basi, siue corpore, quasi cylindrico, et septem processibus, quatuor obliquis, duobus transversis, et vno spinoso, qui partim articulationi vertebrarum inter se, partim insertioni musculorum inferunt. In quouis latere incisuris semicircularibus praedita sunt, quarum superiores et inferiores sibi inuicem iunctae foramina formant, quae ex utroque latere neruis spinalis medullae exitum concedunt. Paruis praeterea gaudent foraminulis, in corpore potissimum conspicuis, per quae vasa sanguifera transeunt. Septem superiores dicuntur colli, quae reliquis sunt minores, sed solidiores. Harum suprema vocatur *Atlas*, secunda *Epistropheus*, tertia *Axis*. Has excipiunt duodecim, quae ad dorsum, vel thoracem, pertinent, maiores, quam in collo, quarum apophyses spinosae longissimae, et sensim magis inflexae, et transversae crassiores. Quinque inferiores pertinent ad lumbos, quae corpora habent crassissima, processus transversos longissimos, spinosos, crassissimos, rectos, et reliquis magis diffitos. Connectuntur inter se per articulationem, scilicet ipsa corpora per interiectam substantiam densam tendineo-cartilagineam, posterius per processus superiores et inferiores, qui se mutuo excipiunt. His adduntur sex vertebrae, a nonnullis *Spuriae* dictae, quae ad os sacrum pertinent. Cuncta haec ossa iunctim *Spinam dorsum* constituunt, columnam scilicet ossileam, quae caput et truncum corporis fulcit, simul tamen aliquem motum, flexionem et extensionem admittit. Gr. Σπόνδυλος, Στροφαίς, Ἀστράγαλος Hom. Κύβη Σπόνδυλου deducunt a σφύγγω, quod vertebrae inter se constrictae sint. Alii a σπῆν et δόνειν, quod altera alteram quasi attrahat et subingrediatur. Ge. Der Wirbel, oder die Wirbelbeine. G. *Versébre*. A. *Bak-bone*, *Chine-bone*. B. *Wervel beenen*.

SPONGIA: spongas inter vegetabilia antiqui olitores vocarunt radículas illigatas et connexas. Hinc Asparagi fatiui et altilis radices multis irretitae capillamentis coalescentes,

et inter se implicatae, ac quasi in unitatem coeuntes spongiolae, et spongiae, spongiolaeque appellantur.

SPONGIA MARINA, est substantia quaedam mollis, levis, porosa, quae fungum refert, in mari rupibus adhaerens, coloris nunc albicantis, flavescentis et spadicei, odore et sapore carens; omnes fere adferuntur ex mari mediterraneo. Si microscopio lustretur spongia, videtur composita e tubis, qui pluribus inflexionibus varias figuras cohaerentes formant, et totum, quod apparet spongiosum, e mari extractum, apparet limoso corpore plenum. Huius natura fungis quidem videtur esse proxima, de vegetabilium marinorum genere, ita tamen, ut simul polyporum sit habitaculum; hinc combusta ad partes animalium accedit, et dat odorem cornu cerui calcinati, per destillationem dat ingentem copiam olei et salis volatilii. Recentiorum tamen plerique rectius spongas ad animalia ipsa referunt, iisque vitam tribuunt. Aquam quasi attrahunt spongiae, et tunc in omnem dimensionem extenduntur, et deinde aquam attractam diutissime retinent, et nisi exprimatur, non facile dimittunt. Recentes e mari emersae graues satis sunt ob limum in earum foraminibus contentum; expansa quasi radice firmantur in fundo maris, et quamdiu ibi haerent, habent motum quasi systoles et diastoles, contrahuntur, et tunc difficulter auelli possunt; motum inesse negari non potest, si extracta ex mari, pars una in aqua, altera vero sit in aere, pars sub aqua motum contractilem et distractilem retinet, quod phaenomenon causa est, ut a quibusdam spongiae ad zoophyta referantur. Duo genera spongiarum constituit *Dioscorides*, marem atque foeminam; marem densioribus atque minoribus foraminibus constare docet, foeminam maioribus et rotundis. Viunt spongiae scopulis, testaceis et arenae radice affixae; a sua radice repullulant, et ut plantae crescunt. Vfus frequentissimus est oeconomicus et chirurgicus; spongiae tostae, et lapidibus in ea repertis, qui *Spongites*, vel *Lapides spongiae*, vocantur, vis specifica ad dissoluendas strumas adscribitur. Spongia quoque hodie, ut Agaricus, ad haemorrhagias vulnerrum sistendas adhibetur. Dicitur *κατὰ τὸ σπῆν τὰ ὑπέα*, quod liquida attrahat et combibat. Ge. Schwamm. G. Eponge.

A. Spunge. B. Spons.

SPONGIOIDEA OSSA, vide *Cribriiformia ossa*.

SPONGIOSVM OS, i. q. *Cribriforme os*.

SPONGITES, L. SPONGIARVM LAPIS, est species Corallii, *Eschara spongites* Linn. Conf. *Spongia*. G. Schwammstein. G. Pierre d'Eponge.

SPORADICI MORBI, sunt, qui specie differentes omni tempore et loco exoriuntur, et quosdam homines ex individuali causa separatim inuadunt, etiam eo tempore, quo morbi epidemici grassantur, qui plures homines simul vno tempore, et in vna regione infestant.—Item venarum propagines hinc inde palantes sporadicæ vocantur. A *σπίρα*, sero. Ge. Einzelne Krankheiten. G. *Maladies Sporadiques*. B. *Verfpreide Zicke*.

SPVMA NITRI, vide *Aphronitrum*.

SPVRII MORBI, vt febres spuriae, pleuritis et angina spuria, etc. sunt, qui ordinarium rhythmum non absoluunt, vel licet symptomatibus cum veris morbis inflammatoriis conueniant, tamen non vere inflammatorii sunt. — — — Item *Costae* breues dicuntur *Spuriae*. Vide *Nothae costae*.

SPVTVM, est liquor saliuæ paulo crassior, ab amygdalis, aliisque glandulis mucosis, in os effusus; vel qui per tussim ex aspera arteria eiusque ramis eiicitur. *Sputum cruentum*, vocatur excretio pauci sanguinis per os, saliuæ, vel mucos pulmonali intermixti, in quo ab *haemoptoe*, vomitu cruento et excretionem sanguinis sinceri per os, quam *Haemorrhoides oris* vocant, differt. Prouenit vel a laesione gingivarum et partium internarum oris, vel a pulmonibus inflammatis, vbi in principio striae sanguinis sputo intermixtae sunt. Si sensim magis misceatur, *Sputum* dicitur *laxissimum*, si denique aequalis sit consistentiae, coloris ex albo flavescentis, et facile, et cum leuamine reiciatur, *Sputum* vocatur *coctum*. Gr. Πτύελον. Ge. *Schleim*, *Auswurf*, *Speichel*. Ga. *Craebat*. A. *Spittle*. B. *Spog*, *Spouwzel*, *Sluim*, *Fluim*.

SQVAMOSA SVTVRA, vide *Lepidoides*.

SQVAMOSVM OS, est pars superior ossis temporum, ita dicta a similitudine, in infante distincta a parte petrosa, quae inferiorem eiusdem ossis partem constituit. G. *Schuppichtes Bein*. G. *Portion écailleuse*. B. *Schubachtzig Bein*.

SQVARROSVM, botanicis dicitur *folium* diuisum in lacinas eleuatas, nec plano-parallelas; *Perianthium squarrosum*, squamis vndique diuaticatis.

SQVILLA, vide *Scilla*. Ge. *Meerzwiebel*. Ga. *Scille*, *Oignon marin*. A. *Sea-onion*, *Squill*. B. *Zee-ajaln*.

SQVINANTHIA, barbaro vocabulo dicitur angina. V. *Angina*.

SQVINANTHVIVM, i. q. *Schoenanthum*.

SRINT, est morbi apud Hungaros familiaris nomen, quo omnis tumor in ore, gutture, vel ano, inflammatorius indigitatur.

STACHYS, est plantae genus calyce monophyllo, tubulato, semiquinquesido, corolla monoperala ringente, labio

superiōri erecto, feminibus quatuor in calyce matureſcentibus, (Didynam. Gymnoſperm.) cuius plures dantur ſpecies, pleraeque qualitatis ſubfoetidae, nauſeoſae. Sunt, qui iis vires emmenagogas tribuunt, vix tamen in uſum medicum adhibentur. Stachys forte dicta, quod verticillato ſorum ambitu, et orbibus ſpicarum caules cingentibus coronetur. Vide *Spica*.

STACTE, ſiue GUTTA, a *τάκτω*, ſtillo, ſunt guttae alicuius gummi, vt ſtyracis, myrrhae, quae ideo myrrha liquida dicitur, etc. Itē ſignificat lixiuum per cineres guttatim deſtillans.

STAGMA, ſunt latices, qui deſtillationi exponuntur. A *τάκτω*, ſtillo.

STAGNATIO, dicitur de humoribus, qui remoram in motu progreſſiuo pariuntur. Haec locum habet in obſturbatione, innumerosque producit morbos pro diuerſa humorum ſtagnantium indole, et functione partis, in qua curſus humorum impeditus eſt. G. Das Stocken. G. A. *Stagnation*.

STALAGMA, eſt id, quod a ſtagnate deſtillatum eſt. A *ταλάκτω*, ſtillo.

STALTICA, i. q. *Sarcotica*.

STAMINA, in plantis ſunt, qui in medio calycis erumpunt, apices. Sic dicta, quod veluti filamenta ab intimo ſloris ſinu proſiliant. Stamina autem inter generationis organa non vltimum ſortiuntur locum: maſcula quippe in his et multiplicandae proli idonea virtus eminet, haud ſecus, ac in animalium maribus fieri obſeruatur, vbi ſimillimae his partes ſimili quoque ſcopo inferuiunt. Componuntur haec ſtamina capitulis, quae vulgo apices, vel etiam antherae, dicuntur, et quae pollinem ſoecundantem ſtigmati infundendum continent, et caudis, quae filamenta et columnae vocantur. Iuxta diuerſum numerum et ſitum ſtaminum III. *Linnaeus* in ſyſtemate ſuo claſſes plantarum diſtribuit. Ge. *Blumenſäden*. G. *Examines*.

STANNVM, eſt metallum, poſt plumbum molliſſimum, flexile, ductile, facillimo igne liqueſcens et auolans, fumos edens ſulphureos, a parte metallica facile ſeparandos, et ſere combuſtibles, per ſe vix ſonorum, nempe grauitatis reſpectu aquae, vt 7321. ad 1000. Crudum proprio cum adhaerente ſulphure a ſola aqua regia ſoluitur, calcinatione a ſulphure purius et aceto liqueſcit, minimumque ſoluentis requirit: plumbo et antimonio adeo reſiſtit in tigillo documafico, vt quam difficillime inde ſeparari queat, et ne ſic quidem abſque auxilio cupri. Raſior eius in medicina uſus eſt, niſi

quod cum nitro et antimonio detonatum Antihæcticum Poterii, et addito mercurio sublimato Bezoardicum iouiale inde præparetur. Tamen etiam singulares hodie stanno vires anthelminthicae attribuuntur, præcipue contra taeniam, si puluis eius, in largiori dosi, et iuxta nonnullos, ad vnciam dimidiam propinetur, quam virtutem alii admixto principio arsenicali adscribunt. Chemicis vocatur *Iupiter*. Ge. *Zinn*. G. *Erain*, *Plomb blanc*. A. *Tin*, *Pewter*. B. *Tin*.

STAPES, est ossiculum paruum in aure interna positum; est vltimum quatuor ossiculorum auditus, si situs spectetur; a *Vesulio* Graecorum literae Δ ac triangulo ob similitudinem comparatur. Stapedis nomen habet, quia stapedem equestrem exactissime refert. Articulatur extremo apici conuexo rostri incurui processus longioris incudis, seu potius lateri posteriori conuexo ossiculi orbicularis mediante parua cauitate capitulo stapedis insculpta, cui os orbiculare superpositum est. Huius scilicet stapedis bina crura, ad capitulum vnita, sensim magis a se inuicem recedentia, incurua, qua parte se inuicem respiciunt sulcata, versus interiora elongata, efficiunt, vt stapes quasi horizontaliter introrsum procedat, et ad intima tympani pertingat, vbi baleos suae ellipticae, latae, planae, tenerae, parte conuexa interiora spectante (cum altera capitulum respiciens concava sit) *foramen* a figura *ouale* dictum, in parte posteriori et superna conchae internae e regione membranae tympani positum, habens situm ipsi parallelum, et configurationem stapedis basi respondentem, replet, et membranulae tenuissimae, tenerrimae, illud occludenti accrescit, seruata interim cum reliquis ossiculis auditus mobilitate requisita, cum hac membrana in adferendis sonis contremiscit. Ge. *Stegreif*, oder *Steigbügel*. G. *L'Errier*. B. *De Styg-beugel*.

STAPES, est quoque fasciae species, quae pedi inprimis post sectionem venae saphenae applicatur. Ge. *Der Steigbügel*. G. *L'Errier*.

STAPHIS AGRIA, s. *Staphisagria*, Delphinii species est, scilicet *Delphinium staphisagria* Linn. nectariis tetraphyllis petalo breuioribus, foliis palmatis, lobis obtusis, (Polyandry. Trigyn.) quae habet caulem, sesquipedem, vel duos pedes altum, rectum, rotundum, nigricantem, ramosum. Folia sunt magna, ampla, in plures partes profunde incisa, viridia, Ricini, vel Platani, folia referentia, pediculis longis adhaerentia. Calyx nullus. Flores sunt polypetalii, anomali, ex pluuiis nempe petalis dissimilibus constantes, quorum superius in caudam tenuatur, excipitque aliud petalum

bifidum, scilicet nectarium, pariter caudatum. Pistillum medium occupans abit in fructum, in quo veluti in capitulum colliguntur vaginae secundum longitudinem dehiscentes, seminibus foetae instar paruorum pisorum crassis, triangularibus, rugosis, asperis, arcte sibi inuicem iunctis et unitis, extus nigris, intus albescentibus, aut flavescentibus, saporis acris, vrentis, amari, valde ingrati. Semen, quod *Piper murium*, aut *glirium*, appellatur, in usu est; ad pediculos arcendos et abigendos puluis eius capiti et vestibus inspergitur, ob qualitatem summe drasticam vix interne adhibetur. Crescit in Europa australi. Nomen a foliorum diuisuris accepit, quibus vitem imitatur syluestrem. Vocatur et *Pedicularis*, quia enecat pediculos, et *Piruitaria*, quia manducando saliuam pituitosam elicit. Ge. *Éaußkraut*, *Speichelkraut*, *Mauspfeffer*, *Käsempfeffer*. G. *Herbe aux pouilleux*, ou *aux Poux*. A. *Scaves acre*. B. *Luis-kruid*.

STAPHYLE, i. q. *Cion*.

STAPHYLEPARTES, est instrumentum chirurgicum, quo vuula laxior eleuatur et attollitur. Dicitur et *καφύλαρα*. Ge. *Eine Zange zum Zäpflein*. G. *Pincettes pour la Luette*. B. *Een Huig-ligzer*.

STAPHYLINOS, est *Pastinaca*, vel *Daucus*. A *σταφι*, *vua*.

STAPHYLODENDRON, *Staphylaea* Linn. (Pentandr. Trigyn.). Arbor est, vel arbuscula densa, cuius lignum flexile, medulla alba repletum. Folia vt plurimum quinque, aliquando septem, vni costae adnascuntur, Sambuci folia referunt, sed aliquantulum minora sunt, in margine dentata. Calyx quinquepartitus. Flos est rosaceus, pentapetalus, erectus velut in campanam, staminibus quinque foetus. Ouarium in fundo calycis tubis duabus praeditum, fit fructus membranaceus, inflatus instar vesicae, diuisusque in tria loculamenta foeta binis seminibus nucibus auellanis similibus, cortice ligneo obtectis, sed tenui, coloris rubicundi, fragili; horum substantia est viridescens, saporis subdulcis, insipidi, et nauseosi. Gaudet locis humidis, praesertim in Heluetia. Est nux vesicaria, ferens nuces in vesiculas eleuatas. *Σταφι*, *vua* est, sed hic potius nucem denotat, et *δένδρον*, arbor. Ge. *Pimpernißlein*. Ga. *Faux-Pistachier*, *Nex coupé*. A. *Bladder-nut*. B. *Pimpernoosen*.

STAPHYLOMA, est oculi vitium, scilicet vel cystis aquosa a corneae proptosi, vel quando cornea rupta, et tunica vasa ei subiecta, acini instar excidit, deformemque super oculo tumorem efficit. Pro varia similitudine interdum perla, myocephalon, clauus, vel mylon dicitur. A *σταφι*, *vua*.

Lat. *Vuaria*. Ge. Vorfall des Augensterns, Träublein auf dem Auge. G. *Staphylome*. B. *Druif-gezweel*.

STATER, est nomen ponderis vnciam semis pendentis.

STATICA MEDICINA, est exploratio quotidiana, qua ope bilancis omnia ingesta et egesta, ipsumque corpus ponderantur, vt sic et incrementum et decrementum corporis, praecipue vero varia quantitas perspirationis insensibilis, quae ab auctore medicinae staticae, Sanctorio, *Perspiratio Sanctoriana* dicitur, cognoscatur.

STATUS MORBI, vide *Acme*.

STEATOCELE, est tumor scroti sebaceus. Ex *σταγ*, sebum, et *κύλη*, tumor. Ge. *Stettbruch*. Ga. *Stéatocele*. R. *Kloot zaks spek gezweel*.

STEATOMA, est species lupiae, s. tumoris cystici, scil. tumor propria tunica contentus, originem trahens a materia sebo simili, eiusdem vbique coloris, mollis, ab exiguo principio augmentum paulatim sumens, ad pondus aliquot librarum interdum crescens, digitis difficulter cedens, iis remotis facile ad primam magnitudinem rediens, in folliculis panniculi adiposi plerumque originem habens, in partibus internis quandoque etiam nascens. Ex *σταγ*, sebum. Ge. *Eine Spectgeschwulst*. G. A. *Stéatome*. B. *Een Spek-gezweel*.

STEGNOSIS, est pororum et vasorum constrictio et constipatio. A *στυω*, constipo. Ge. *Zusammenziehung*.

STEGNOTICA, i. q. *Adstringentia*.

STELLA, s. STELLARIS FASCIA, vide *Solaris fascia*.

STELLAE HERBA, i. q. *Coronopus*.

STELLATAE, botanicis dicuntur plantarum *Serae* decussatim dispositae. *Stellara folia* stellae in modum circa caulem disponuntur.

STENOCHORIA, est angustatio vasis, ab enato tumore in substantia propria membranae, cauum constituentis. Ge. *Verengerung*. G. *Stenochorie*. B. *Vernaauwing*.

STENOTHORACES, vocantur homines dispositi ad phthisin, qui sunt angusto et breuiori thorace, quia breuius est interuallum a clauiculis vsque ad extremum sterni, vel quia pectus anterior est nimis planum, aut a lateribus compressum, ac proinde capacitate angustius. Ge. *Von enger Brust*.

STERCVS, est excrementum crassum, ab alimentis residuum, bile et liquoribus entericis permixtum, et nutritioni inutile, quod per intestinum rectum et anum excernitur. Vocatur etiam *Excrementum alui*, *Aluus*, *Merda*. Graec. *Σκώρ*, *Κόπρος* *κροπύτημα*, *Ἀπόδυσσις*, *Πύραθος* *Nicandro*, *Σταμίλη* *Aristoph.* *Πάρος*, *Στάβαλον*, *Ἀπόδιον* *γαργεός* *Nicandr.* *Ἀπό-*

Στεν, Διαρροήμα. G. Roth, Unfrucht, Stuhlgang. G. Merde, Ordure, Excremens. A. Dung, Excrement. B. Stront, Drek, Uirdygzet, Afgang.

STERILITAS, est morbus sexus fequioris, in quo foemina, caeterum in pubertate constituta, variis ob caussas, imprasgnari, aut concipere non potest. Ge. Unfruchtbarkeit. G. *Stérilité*.

STERNOHYOIDES, est musculorum par ossis hyoidis, quod recto ductu deorsum mouet; a supremo sterno et clavicula exterius profectum, in basin ossis hyoidis adscendit. Tendineas inscriptiones in posteriori eorum facie perpetuo obseruari, notauit *Morgagnius*. A *στένον*, pectus, et *ϋοειδής*, os hyoidis. Ge. Der Brustmüskel des Zungenbeins. Ga. *Muscles Sterno-Hyoidiens*. B. *Tongbeens Borst spieren*.

STERNOIDEI MUSCVLI, i. q. *Triangulares musculi*.

STERNOMASTOIDEI MUSCVLI, sunt musculi vtrinque a parte anteriori sterni et extremitate clauiculae orientes, qui oblique retrorsum adscendentes processui mastoideo inseruntur, et actione sua caput antrorsum et ad latus flectant. Ge. Die Kopf- und Brustbeinmuskeln. Ga. *Muscles Sternomastoidiens*.

STERNOTHYROIDES, est par musculorum cartilaginosis scutiformis, eamque deorsum trahens, a superiore atque interna parte sterni profectum, inferiori scutiformis cartilaginosis lateri inseritur. Ex *στένον*, pectus, et *ϋυροειδής*, scutiformis. Ge. Der Brustbeinmüskel der Luftröhre. G. *Muscle Sterno-Thyroidiens*. B. *Schild wyze krake beens Borst spieren*.

STERNVM, est os, quod in anteriore thoracis parte costarum cartilaginibus adnatum est et insertitur, vnde *Sternum* dici putant. Constat in iunioribus ex quatuor ollibus, in adultis saepe in vnum solidum os faceseit: Inferius ei cartilago ensiformis adhaeret, quae non semper in mucronem, sed aliquando in obtusum finem desinit. Pars superior manubrium vocatur, cui vtrinque clauiculae adnexae sunt. Ge. Das Brustbein. G. *L'Os de la Poitrine, le Sternum*. A. *The Breast Plate, the Breast-bone, Sternum*. B. *Het Rorst-been*.

STERNVTAMENTVM, vide *Pearmica* et *Sternutatorium*.

STERNVTATIO, Gr. *Πραγματις*, a *πρασιν*, sternuto. Est fortis ac subita aëris lente inspirati et diu retenti efflatio per nares potius, quam per os: sed ita, vt, in altum sublatis visceribus abdominis, imo altius, quam solent, per repentinam constrictionem musculorum abdominalium, tum etiam et pulmonibus fortius constrictis, valida ac subita exspiratio subsequatur cum forti paene totius corporis concussione, atque ita fit sternutatio, quae raro vna vice, plerumque bis,

vel pluries successiue contingit, pendens ab omni illa causa, quae membranam pituitariam et neruos nasales, vel idiopathice, vel per consensum, irritat. Sed cum saepius repetit, admodum molesta est non modo naribus, a quarum vellicatione incipit, sed toti corpori et maxime ventri ex illa concussione, aliquando cum tussi illis in morbis reperitur. Sunt etiam sani, nares humidas habentes, qui saepius de die sternunt. Sic a sternutatoriis frequens est sternutatio. Ge. Das Niesen. G. Eternuement. A. Sneezing. B. Niezing.

STERNVTATORIVM, STERNVTAMENTVM, Cic. Gr. Πταρμικόν, est medicamentum, quod naribus inditum, subtili acrimonia, vel mechanico modo, vellicat, et membranæ pituitariæ neruos nasales, ramulos scilicet paris quinti irritando, per sternutationem, quicquid in lacunaribus propinquis haeret, expurgat. Ge. Nießpulver, Nießkraut. G. Sternutatoire. A. Sneezing Powder. B. Nies-poeder.

STERTOR, Gr. Πόρυξος, a ἰόρυξω, sterto, est anhelatio sonora, seu sono inuoluntario, saepius rauco, quandoque sibiloso, stipata, pendens praecipue a relaxatione veli palatini; talis maxime obseruatur apud moribundos, cum, viribus detritis, loquela abolita est. Sed etiam multi inter somniantium stertunt, sic vt alios secum dormientes excitent, iisque molesti sint. In asthma vero, apoplexia et epilepsia frequens est stertor. Sed asthma nunquam sine stertore, aut, si gradus minor sit, sine sibilo, siue sonitu paulo arctiore respirationem difficilem facit: cum tussi denique etiam stertor saepe auditur, et tum asthmatis initium; et in ruffi etiam sonus auditur, qui tamen non est stertor. Ge. Das Schnarchen, Röcheln. G. Ronflement, le Râle. A. Snoring, Snoring. B. Ronking, Snorking.

STIBIALIA, sunt, quae ex Stibio, seu Antimonio, parantur.

STIBIVM, quod et Stibi et Stimmi, Gr. Στίβιον, idem quod Antimonium.

STICA, sunt adstringentia externa, vt bolus, sanguis draconis, etc.

STICHAS, i. q. Stoechas.

STICTICVM EMPLASTRVM, est vulnerarium, fortificans, desiccatiuum, consolidans. Idem quod Strypticum.

STIGMA, est cicatrix, vnde cutis deformatur; vide etiam Ecchymoma. A σίζω, pungo. Ge. Naal, Zeichen. G. Cicatrice, ou Marque de quelque Playe. A. A Skarr, Marke. B. Een Lid-teken, Brand-teken.

STIGMA, botanicis est pars superior pistilli, stylo, vel germi, infidens, humore madida, quae pollinem foecundantem recipit. Ge. Die Narbe. G. *Stigmate*.

STIGMATA, in insectis vocantur orificia vasculorum in vitroque latere corporis collocata, per quae insecta aerem inspirant et expirant. G. Luftwarzen. G. *Stigmates, points à miroirs*.

STILLICIDIUM SUPRA PARTEM, vide *Embroche*.

STILLICIDIUM VRINAE, i. q. *Sranguria*.

STIMVLANTIA, sunt medicamenta, quae morus oscillatorios fibrarum motricium vasorum augment, tum motu magno, tum frequentia hos accelerando, vnde per valorum crebriorum et maiores contractiones liquida intus contenta velocius propelluntur. *Stimulantia* quoque idem sunt, quam *Aphrodisiaca*, scilicet quae venerem languidam excitant. *Stimulans* porro id dicitur ingrediens, quod formulis medicis eo fine additur, vt actionem reliquorum incitet; vt si pulueri Ialappae, vel Ipecacuanhae, vnum, vel alterum granum resinac Ialappae, vel Tartari emetici, addatur; vnde stimulantia non mouent liquida, nisi per secundam causam. Haec *Ba gliuo simplicia* vocantur, quando vim suam in cute tantum exercent; *Composita*, si quidpiam eorum cum humoribus communicatur. Ge. *Reizende Arzeneien*. B. *Prikkelende Middelen*.

STIMVLI, in plantis dicuntur mucrones puncturas inflammatorias efficientes, vnde pruriginosae euadunt partes.

STIPES, est pars plantae inter radicem et ramos, seu proprie truncus in folia transiens. Ge. *Stamm*.

STIPITATVS, botanicis dicitur *pappus*, filo eleuante et adnescente pappum et semen.

STIPVLAE, sunt folia culmum ambientia, vel squamae basi petiolorum enascentium adstantes. G. *Blattansätze, Ohren*.

STOEBE, est species Scabiosae, Iaceae, etc. Dicitur voluta a *στέβειν*, insipiendo, cogendo. Forte quia iuxta vias calendas succrescat.

STOECHAS et **STICHAS**: hoc sub nomine duae diuersae plantae in officinis prostant; altera est *Stoechas arabica Pharm*. *Stoechas* purpurea *Baub*. *Lauendula stoechas* foliis lanceolato-linearibus, integerrimis, spicis comosis *Linm*. (Didynam. Gymnosperm.) praecipue in Europa australi habitans. Ge. *Welscher Lavendel, Stöchas*. G. *Stéchas Arabique*. — Est planta arbusculam referens, plures habens caules, vel virgas, sesquipedem, vel duos pedes altas, lignosas, in ramos diuisas. Folia *Lauendulam* spicam referunt, sed non tam magna, angusta, spissa, crassa, densa. Flos monopetalus est, labiatus,

cuius labium superius erectum est, bifidumque, inferius vero tripartitum, sic tamen secantur ambo, ut primo adspectu flos quinquepartitus videatur. Flores varia serie disponuntur in capitulis squamosis, e quorum cacumine aliquot foliola eminent. Ex calyce autem surgit pistillum, posticæ floris parti ad instar clavi infixum, ac quatuor veluti embryonibus stipatum, qui deinde abeunt in totidem femina fere rotunda, nigricantia, in capsula, quæ floris calyx fuit, inclusa. Radix lignosa. Tota planta est odoris aromatici, saporis acris, subamari. Colitur in hortis. Qualitatis est amarae et spirantis, viribusque cephalicis, nervinis gaudet; hinc in paralyti, vertigine et hypochondriaci commendatur. Mithridatium ingreditur. Stichas nomen accepit a Stoechadibus, ex aduerso Massiliae sitis Galliae insulis, in quibus provenit. Arabici autores patriam stichada reliquis omnibus praetulerunt, hinc sequaces illorum gentili cognomento *Arabicam* nuncuparunt. Sunt, qui rectius Stachyn, quasi spicam, dici existiment. — Altera planta est *Stoechas citrina Pharm.* Elichrysum s. *Stoechas citrina latifolia Bauh. Gnaphalium arenarium* herbaceum, foliis lanceolatis, inferioribus obtusis, corymbo composito, caulibus simplicissimis *Linm.* (Syng. Polyg. Superfl.) in Europa australi pariter habitans. Vires ei aperitiuae et resolventes tribuuntur, et suffimigia contra arthritidem commendantur. Ge. *Stechadenkraut, Mattenkraut, Steinblume, Kleinblume.* G. *Immortelle jaune, ou citrine.* B. *Staechas-bloemen.*

STOLONES, vocatur colicorum, vel turionum soboles, inutilisque e radicibus fraticatio, quibus euullis plantantur coryli, etc. Vide *Nodus.*

STOMACHOS, seu cavitas, lingua, dentibus, palato, etc. praedita. — Item, oscula vasorum dehiscencia, dicuntur *Stomata* et *Ora.* G. *Mund.* B. *Mond.*

STOMACACE, est Scorbuti symptoma, illud ob oris male olentis et putridi vitium cum gingivarum erosionibus, et spontaneis haemorrhagiis ex vasculis gingivarum, tum et in illis gangraena, dicitur. Ge. *Mundsaule.* B. *Scheur-bruks stinkende Aassem.* — Alii hoc sub nomine uniuersalem sanguinis dissolutionem intelligunt, ut facile e diuersis corporis locis erumpat.

STOMACIA, i. q. *Stomacace* et *Scelozyrbe.*

STOMACHICA, sunt medicamenta, quæ stomachi morbis cuiuscunque generis succurrere valent. Ge. *Magenarzneyen.* G. *Remedes Stomachiques.* B. *Maag-middelen.*

STOMACHVS,

STOMACHVS, quandoque sumitur pro toto ventriculo, verum stricte refertur ad sinistrum et superius ventriculi orificium, quod est oesophagi terminus in ventriculum, siue oesophagus continuatus, vel cardia. Situm est magis ad undecimam thoracis spinæ vertebram, quam cartilagini ensiformi propinquius, perpendiculari linea ventriculi medio fere inferitur; estque cibis recipiendis destinatum, et plurimis nervis ex ramo paris vagi et intercostalis intertextum. Ex *σώμα*, os, et *χέω*, fundo; vel a *σώμα*, os, et *ἀρχή*, coarcto; aliis a *στένω* et *μακρότερος*, angustus et longus. G. Der linke Magenmund. G. L'orifice supérieur de l'Estomac. A. The upper orifice of the Stomach. B. Linker Mond van de Maag.

STOMATICA, medicamenta sunt, quæ oris partibus internis adplicantur. Talia sunt *Dentifricium*, *Apophlegmatifmus*, et *Gargarifma*.—Hoc sub nomine etiam medicamenta exsiccantia externa intelliguntur. Ge. Trocknende Mittel.

STORAX, vide *Syrax*.

STRABISMVS, seu **STRABILISMVS**, et **STRABOSITAS**, est musculorum oculi spasmus, quo pupilla versus nares, vel tempora, vel frontem, vel nasas, trahitur: ita vt obiecta cerni nequeant e directo, sed in contrarium flexo oculo. Est vero hic spasmus plerumque perpetuus, vel in vno tantum, vel in utroque oculo, atque iis versus vnâ partem, vel altero versus contrarium, contortis. Hinc euenit, vt in utroque oculo axes optici ad visum non conuergant, et ideo obiecta dupliciter repræsententur. Causa non tantum a spasmu, sed a relaxatione, paralyfi, nimia musculorum oculorum mouentium longitudine, aut breuitate, etc. pendere potest. A *στραβίζω*, sum oculis distortis. Ge. Das Schielen, Schielsehen. G. Louche, Strabisme, Bigle. A. Squint-eyed. B. Scheel oog, Scheel zien, Loens-zien.

STRABOSITAS, i. q. *Strabismus*.

STRAMONIA, s. **STRAMONIUM**, *Pomum spinosum Malum spinosum Nuxmetel, Datura, Dutroa, Daryra*. Est planta, quæ habet caulem duos circiter pedes altum, digiti crassitie, in ramos diuisum. Folia sunt ampla, lata, angulosa, acuta. Olanum referentia, sed maiora, mollia, pingua, graueolentia, summam narcosin spirantia. Calyx est monophyllus, oblongus, tubulatus. Flores sunt monopetali, pentagoni, infundibuliformes, oblongi (Pentandr. Monogyn.). Istitulum sit capsula seminalis aculeis donata, quadrangularis, in quaterna loculamenta diuisa septo cruciformi, in quorum singulis est placenta, cui semina adnascuntur plurima, reniformia. Planta proprie in America habitat, interim tamen hæc species, quæ est *Datura*

stramonium pericarpis spinosis erectis, ouatis, foliis ouatis glabris *Lin.* Solanum foetidum pomo spinoso, oblongo, flore albo *Baub.* sat frequenter in hortis nostris occurrit. Planta haec ob qualitatem venenatam, viresque summe narcoticas et stupefactiuas celebris est. At, haud ita pridem, praesente Ill. *Stoerkio*, tentari coeprum est, quid succus expressus et inspissatus pauca quantitate in amentia, epilepsia aliisque morbis cerebri et neruorum rebellibus efficeret. Nec irrito prorsus successu, ita tamen, vt in amentia magis, quam morbis conuulsiuis, efficax deprehenderetur. Externe folia contusa cum pinguedine mixta, anodynis et resoluentibus viribus gaudent. *Ge. Stechapsel, Rauchapsel. Ga. Pomme epineuse. A. Thorn-apple. B. Doorn-appel.*

STRANGVLATIO VTERINA, SVFFOCATIO HYSTERICA, est symptoma hystericis familiare, quod saepe pertinax est, et in praefocationis sensu consistit, siue anginam hystericam vehementem, siue cingulum hystericum, simulet. *Sauv.* Vide *Hystericum malum.* *Ge. Muttererstickung. G. Suffocation de Matrice. A. Hysteric fit.*

STRANGVRIA, siue VRINAE STILLICIDIVM, est, quando vrina guttatim cum dolore et ardore stillat, cui adest indefinens mingendi conatus. Fit autem vel ex potu, et, vt passim creditur, diuerso, vna vice hausto; cereuisia nondum defoecata; cantharidum vsu tam externo, quam interno, vel gonorrhoea, in dysuria, vesicae calculo, tunicae internae vrethrae inflammatione, vlceratione, relaxatione. Causa eius est, quod materia mucosa, quae naturaliter oblinat interne vesicam et vrethram, ne ab acrimonia vrinae erodatur, abrasa sit, vel secerni impediatur ex sanguine, vnde nuda haec tunica ab acrimonia vrinae exeditur, et sensum hunc excitat molestum, etc. Ex *σπᾶρξ*, gutta, et *ῥέον*, vrina. *G. Harnstrang, Harnwinde. G. Strangurie, Difficulté d'uriner, Retention d'urine. A. The Strangury. B. Droppel-pis, de koude Pis.*

STRATIFICATIO, est corrosio per pulueres corrosiuos, quae fit, cum crucibulum metallo laminato et pulueribus corrosiuis repletur faciendo stratum superstratum, hoc est ponendo aliquid de puluere corrosiuo in crucibulum, et huic supersterneudo tenuem laminam corporis metallici, et sic pergendo, donec vas repleatur. Postea ponuntur carbones per circuitum, vel datur ignis reuerberii paulatim augendo, vt res postulat. *Ge. Stratificiren. G. Stratification.*

STRATIOTES, vide *Militaris.* *A. στρατιώτης*, milito. *Στρατιώτης* est miles.

STRATIOTES, vide *Millefolium*.

STRATUM SUPRA STRATUM, vide *Seratificatio*.

STRAE, in plantis partes sunt quaedam, quae protuberant et eminent, vel etiam lineae tenuissimae excavatae. Hinc *striatus caulis*, qui huiusmodi striis, seu fibris, longitudinalibus eminentibus est praeditus, aut striaturis est exasperatus. *Strigiles* etiam, si Vitruvio credimus, appellantur.

STRICTOR, seu CONSTRICTOR, i. q. *Sphincter*.

STRICTVS, botanicis dicitur plantarum *caulis* vel *folium* omnino perpendicularare, absque flexura.

STRIGAE, botanicis sunt pubes plantarum, e pilis rigidiusculis, planiusculis constans, et *strigosa folia*, quae aculeis lanceolatis et rigidis instructa sunt.

STROBIIVS, est pericarpium ex amento factum, squamis induratis, vt in Abiete, Pino, Larice, etc. videtur. G. Zapfen.

STROBILVS, est Articoalus, seu Scolymus. Sic dicitur, quod eius capitulum struthili nucleorum serie pineam nucem referre videtur. A *στροβίλος*, vertex, turbo. Vide *Articoalus*.

STRVMA, est tumor glandulosus in parte anteriori colli. Morbus in quibusdam regionibus frequens et endemius. G. Ein Kropf. G. Goutte.

STRVTHIOPTERA, est *Filicis* species; sic dicta, quod eius folia auem struthium referant.

STRVTHIVM, vocatur *Ostruthium*; sed *Theophrastus* aliam plantam innuere videtur, qua fullones vtuntur. Nomen nonhabet a *στροβίλος*, quod lauas purget, candidasque reddat: sed potius vox *στροβίλος* a *στροβίλος* deriuata est, quod herba hac lanae mundarentur. Verisimilius nomen illud impostum a floris pulchritudine et similitudine alarum passeris, quam situs foliorum struthii prae se fert. Vide *Saponaria*. A praecipua et vtiliore parte *Radicula* Romanis est appellata. G. Seifenkraut. B. Zeep-kruid.

STRYCHNOS, STRYCHNON, dicitur et *στροχνοσ*: vide *Solanum*. — *Strychnus* Ill. *Linnaeo* est plantae genus peculiare, (Pentandr. Monogyn.) calyce quinquepartito, minimo, deciduo, corolla monopetala infundibuliformi; bacca fragili, globosa, glabra. uniloculari, pulposa, feminibus orbiculatis, depressis, villosis. *Nux vomica* ad hoc genus pertinet.

STRYPHNA, vide *Adstringentia*.

STVPEFACIENTIA, i. q. *Narcotica*.

STVPHA, seu STVPA; est linteum liquoris intinctum et parti dolenti admotum. Idem quoque, quod *Laconicum balneum*, vel *Sudatorium*, aut *Vaporarium*. G. Stuchte Dämpfung.

STVPOR, est sensus tactus obtusus, inductus a nervorum compressione, vel obstructione, ita ut spiritus animales functionibus suis fungi non possint, ut in paralyfi, cuius veluti initium est, et a qua tantum causarum magnitudine discrepat: aut si quis ex casu, lapsu, aut alia plaga in caput, stupet, et talis stupor vocatur Gr. Ἐκπληξίς. Idem fit in *Haemodiam dentium*. Vel quando pes, brachium, diu in eodem situ retinentur, et postice nervos et musculos premendo, influxus sanguinis et spirituum in musculos non bene processerit, dicuntur dormire, et quando remittuntur, punctiois, vel fornicationis, sensus subsequitur. Ge. *Erstarrung, Einschlafen*. G. *Engourdissement*. A. *Numbness*. B. *Doof, gevoel, Loomheid*.

STVPOR DENTIVM, vide *Haemodia*.

STVPOR VIGILANS, vide *Cataleptis*.

STVPPA, vel **STVPA**, vide *Scrupa*.

STYGLIAE AQVAE, dicuntur spiritus acidi concentrati, praecipue *Aqua forris*, et *Aqua regia*.

STYLOCERATOHYOIDES, sunt musculi vtrinque os hyoides oblique sursum trahentes, aliquando fissi, ut biventre transitum praebent; oriuntur processus styliformis appendice externo, et in ossis hyoidis cornua porriguntur. Ex στύλος, stylus, et κεραιοειδής, cornuiformis. Ge. *Griffel-muskel des Zungenbeins*. G. *Stylo-Hyoidiens*. B. *Priem-wyze Tong-beens Hoorn-spietren*.

STYLOGLOSSVM, est pars musculorum linguam attollens, a styliformi processu natum, quod circa linguae medium inseritur. Ex στύλος, stylus, et γλῶσσα, lingua. Ge. *Griffel-muskel der Zunge*. G. *Les Stylo-glosses*. B. *Priem-wyze Tong-spietren*.

STYLOHYOIDES, i. q. *Styloceratohyoides*.

STYLOIDES, seu **BELENOIDES**, sunt processus ossis styliformes, graciles scilicet, et plus, vel minus longi, vtrinque, a portione petrosa ossis temporum deorsum vergentes, et musculis linguae et pharyngis insertionem praebentes. Ex στύλος, stylus, et εἶδος, forma. Ge. *Griffelförmige Fortsätze*. G. *Apophyses Styloides*.

STYLOPHARYNGAEVS, est pars musculorum gulam dilatans; quod a processus styliformis inferiori parte descendens, in gulae latera exporrigitur. Ex στύλος, stylus, et φάρυγξ, gula. Ge. *Der Griffelschlundmuskel*. G. *Les Stylo-pharyngiens*. B. *De priem-wyze Keel-spier*.

STYLVVS, est pars pistilli eleuans stigma a germine. Vide *Pistillum*.

STYMA, est spiffamentum, seu crassamentum, florum, rerumque aliarum, quod remanet post macerationem et expressionem oleorum.

STYPTICA, i. q. *Adstringentia*. Α στυπῶν, adstringo.

STYRAX, siue **STORAX**, est *Sicca* et *Liquida*—*Sicca* dicitur *Calamita*, a cannarum calamis sic dicta, in quibus olim ex Pamphilia apportabatur. Est substantia gummoso-resinosa in massa rarius in granis prostrans, extillans ex cortice inciso, aut, iuxta alios, ab insectis terebrato arboris, quae est *Styrax* folio mali cotonei *Baub. Styrax officinale Linn.* (Decandr. Monogyn.). Haec arbor Betulae, vel Cydonio, non absimilis est, sed folia habet minora, oblonga, firma, superius viridia, inferius alba, et lanuginosa. Flos est monopetalus, infundibuliformis, albus, parte inferiore tubulata, superiore multifida, instar stellae expansis quinque lacinis. Ovarium ex centro calycis dentati, multifidi, ampullosi, fit drupa, seu fructus subrotundus, auellanae nucis magnitudine, albus, cortice carnoso obductus, saporis aliquantulum amari, vno, vel altero officulo plerumque foetus, in quo continetur nucleus medullosus, oleosus, odoris ut gummi styracis, saporis ingrati. Ex cortice stillat illud gummi, seu resina, quae concretescens odoris est suauissimi. Ferrur ad nos in cannis, vt olim, sed in globulos concretus. Venit ex Syria, Cilicia, Pamphilia, Creta, Palaestina, etc. Debet esse pinguis, lenta, fragmentis albicantibus rufescens, vel flaua, odore perseveranti, quae, dum mollitur, melleum liquorem reddit. Qualitatis est fragrantis, viribusque balsamicis, neruinis et subanodynis gaudet; hinc a quibusdam in vlcibus internis atque catarrho commendatur. Massam pilularum de *Styrace*, aliasque antiquiores compositiones ingreditur. Rarior vsus internus, externus in suffimigiis frequentior.—*Styrax liquida* est substantia gummoso-resinosa, liquido-tenax, grisea, acris, aromatica fragrans, extillans, aut, iuxta alios, ex contuso et cocto cortice producta arboris, quae est *Liquidambar* arbor, s. *styraciflua*, Aceris folio, fructu tribuloide *Pluk. Liquidambar styraciflua* foliis palmato-angularis, lobis indiuisis acutis *Linn.* (Monoc. Polyandr.). *Ga. Copalm Aliboufier. A. Sweet Gum tree.*— Haec arbor habitat in Virginia et Mexico. Resina rarius ad nos pura defertur. Est et alia substantia sub nomine *Styracis liquidae* prostrans ex India Orientali ad nos delata, Arabibus *Miria*, Turcis *Cottermiza*, Sinenibus *Roca malba*, Europaeis *Storax sacce* dicta, odoris ad *Styracem* accedentis, sed magis graeolentis. Sunt, qui *Storacem liquidam* pro factitia habent,

scilicet coctione e Storace calamita, Terebinthina, vino et oleo confectam. Viribus neruinis, balsamicis et calefacientibus gaudet; hinc vnguenta odorata et mundificantia ingreditur. — *Styrax alba* est Balsamum Peruvianum. — Gr. *Στόραξ* dicitur tela, seu canna, in quibus olim solebat colligi et conferuari. Ge. *Styraxgummi*. G. *Storax*. A. *Storax*. *Sweet-Gum*. B. *Styrax*.

SVBACTIO, est, quando res quaedam manibus tractatur; et dicitur de mistione et emolitione emplastrorum ceræ et similibus massarum, manibus, vel in mortario cum pistillo facta. — Vox hæc etiam vsurpatur, dum cibus in ventriculo solutus, et cum omnibus liquoribus, tum ingestis externe, tum interius hospitantibus, permixtos conspicimus, vt modo vna massa vniformis appareat: sic etiam chylus in sanguinem infusus, integre cum eo mistus, vocatur subactus. — Denotat etiam hæc vox talem materię morbificę mutationem, vt æquabiliter cum reliquis humoribus permisceri, vasa transire, et tandem e corpore eliminari queat. Ge. *Das Aufweichen, Erweichen*. G. A. *Subaction*. B. *Onderbrenging*.

SVBCARTILAGINEVM, i. q. *Hypochondrium*.

SVBCLAVIA VASA, sunt venę et arterię, quę sub clavicula transeunt, et maiores sunt; qualis est illa vtrinque vena, in quarum sinistram hiat ductus thotacicus inferne et sinistrorsum, modo et superne vena iugularis, tum et omnes venę brachiorum, et quę ambę in venam cauam superiorem sanguinem reuehunt; et qualis est illa arteria vtrinque, quę in sinistro latere ex arcu aortę, in dextro ex arteria innominata oriens, sub clavicula transiens, extremitatibus superioribus prospicit. Ge. *Die Schlüsselbeingefäße*. G. *Vaisseaux souclaviculaires, ou Souclaviers*. B. *Onder Sleutelbeens Vaten*.

SVBCLAVIVS MUSCVLVS, ita dictus, quod sub clavicula situs sit, spatium replet inter claviculam et primam costam. Oritur carnosus a parte interiore et inferiore claviculę: inferitur carnosus in partem superiorem primę costę, quam sursum et extrorsum trahit. Ge. *Der Schlüsselbeinmüßel*. G. *Muscle Souclavier*. B. *De Ondersteutelbeens spier*.

SVBER, est arbor mediocris magnitudinis ad Quercum pertinens, scilicet *Quercus suber* foliis ouato-oblongis, indivisis, serratis, subtus tomentosis, cortice rimoso, fungoso *Linn.* (Monoec. Polyandr.). *Suber latifolium* perpetuo virens *Bauh.* Hęc arbor est parum ramosa, sed truncus est crassior, et corticem habet multo crassiozem, valde leuem, spongiosum, coloris ex griseo flavescentis, facile fissilem, et

ab arbore separabilem, quia a supposito nouo cortice pro-
pellitur foras: incolae regionum, in quibus Suber occurrit,
tempore sicco et calido circumscindunt arborem qua stipis
telluri committitur ad lignosam vsque materiam, aut vsque
ad nouum subtus nascentem corticem, pariterque in summis
humeris, antequam in brachia diuidat sese arbor, mox a
summo ad imum finditur et detrahitur cortex. Hic deinde
in frustra dissectus diuersae magnitudinis, et crassitiei, aquae
committitur, lapidibusque oneratur, vt hoc mediante quasi
prelo densior minusque porosus euadat, et admodum planus
reddatur. Quo facto exsiccatur, et per omnem fere terram
distribuitur et diuenditur. Arbores interim non intereunt,
sed nouo cortice teguntur, qui in tantam crassitiem excrefcit,
vt vltam et vltra, si fides autoribus est habenda, superet.
Arbor, haec habitat in Gallia australi. Corticis vsus frequen-
tissimus oeconomicus est. Sunt, qui ob qualitatem stypti-
cam ad drachmam vnam in puluere, vel eius decoctum in
haemorrhagiis et diarrhoea commendant. Nomen habere
dicunt a subire, quod mergi nequeat, vel a Graeca voce
σύβαρ, siue corium: nam cortex est; vel a *σύβαρ*, cortex, ex-
vuium. Vocatur etiam *φελαδε*, a *φελαιεύειν*, a leuitate, quod
aquis semper innatet, nec obruatur. Ge. *Borkbaum*, *Kork-
baum*, *Wantoffelholzbaum*. G. *Liège*. A. *Cork*. B. *Kork-
boom*, *Vlor-bout*.

SVBER MONTANVM, est substantia fossilis, scilicet Amian-
tus fibris mollioribus, parallelis, facile separabilibus, flexi-
libus, inordinate se interfecantibus, constans, leuissimus. Re-
fertur quidem inter lapides apyros, ignis tamen vi in vitrum
nigrum abit. Emplastris additum, paralyfi mederi dicitur.
Ge. *Bergfort*. G. *Liège fossile*.

SVBEROSVS, botanicis dicitur plantarum truncus cortice
exteriore molliore, sed elastico, indutus.

SVBETH AVICENNAE, i. q. *Coma*.

SVBINTRANTES FEBRES, quibusdam vocantur; qua-
rum paroxysmi incipiunt, antequam praecedens finitus sit.

SVBLIGACVLVM, i. q. *Bracberium*. Vide *Amma*.

SVBLIMAMENTVM, i. q. *Enaeorema*.

SVBLIMATIO, est sicca subtiliorum partium per ignem
in sublime sublatarum et vasi adhaerentium eleuatio. Vti
sunt mercurius corrosiuus et dulcis. Significat quoque ex-
altationem alicuius rei, quando a debiliore stata res in sta-
tum maiorum virium eleuatur. Id, quod per sublimationem
exaltatur, si puluerulentum et rarum est, *Florum* nomen ge-
nit, vt *Flores Sulphuris*, *Benzoës*, etc. *Sublimati* autem, si

compactum fuerit et densum, vt mercurius, etc. Ge. **Sublimirung**. G. A. *Sublimazion*. B. *Opbeffing, Verbeffing*.

SUBLIMATORIUM, est instrumentum vitreum, vel figulinum, instar cucurbitae cum capitello non rostrato, in quo res volatiles et siccae ope ignis in altum eleuantur, vti sunt Mercurius sublimatus, Cinnabaris, flores Salis armoniaci, etc. Nomen habet a sublimando, inde *Sublimatum*, materia ignis ope eleuata; et *Sublimatorium*, instrumentum, quo eleuatur. Ge. **Ein Sublimirgefäß**. G. *Sublimatoire*. A. *Sublimatory vessel*. B. *Een Sublimeertuig*.

SUBLIMATVM, est res eleuata per ignem, vti mercurius, etc. Ge. **Sublimat**, **Blumen**. G. *Sublimé*. B. *Sublimaat, Bloem*.

SUBLIMIS MUSCVLVS, i. q. *Perforatus*.

SUBLINGVALES GLANDVLAE, sunt duae glandulae oblongae iuxta musculos geniohyoideos sub lingua positae, a *Bartholino* inuentae, quae ad latera linguae ductus in os apertum emittunt, a *Riuiuo* et *Walthero* descriptos, per quos saliuam in sua fabrica secretam emittunt. Ge. **Zungendrüsén**. G. *Glandes sublinguales*. B. *Klierjes onder de Tong*.

SUBLINGVALES PILVLAE, siue *Hypoglossides*, sunt, quae sub lingua collocantur, ad bonum halitum, ad tussim, etc.

SUBLVXATIO, siue elongatio, est, quando os paululum tantum e cauitate sua articulari recedit, ita vt non omnino ex illa excederit; vel est ossis alicuius de loco suo aliqualis dimotio. Ge. **Das Verrenken, Berrücken**. G. *Luxation, Dislocation Entorse*. A. *Luxation, Dislocation*. B. *Verwringing, Verstuiking*.

SUBMERSI, dicuntur, qui in fluidum, e. g. aquam, delapsi, aere et respiracione priuati, suffocatione perierunt. Germ. **Ertrunkene**. G. *Noyés*. — *Submersa*, botanicis dicuntur folia intra aquae superficiem abscondita.

SUBSCAPVLARIS MUSCVLVS, vide *Infrascapularis*.

SUBSIDENTIA, i. q. *Hypostasis* et *Sedimentum*.

SUBSTANTIA, est id, quod proprie corpus aliquod constituit, cui primariae eius qualitates innituntur. Sic de substantia medullari, corticali, pingui, lapidea, metallica, etc. medici loquuntur. Dicuntur porro remedia in *substantia* dari, dum e. gr. ipsa folia, radices, etc. contusae, non decocta, vel extracta, propinantur.

SUBSVLTVS, est spasmodicae contractionis species, quae imprimis in tendinibus percipitur, et in febribus malignis,

phrenitide, aliisque morbis acutis capitis frequens satis et periculofum fymptoma eft. Ge. Zucken oder Hüpfen der Flechfen. G. *Soubrefaut des tendons*.

SVBTILISATIO, chymicis dicitur diffolutio, qua partes craffiores a fubtilioribus feperantur. Illa eft, quando corpora breui temporis fpatio diffoluuntur, eftque iterum duplex, *Eleuatio*, vel *Defcenfio*. Haec dicitur, quae tempore longiore res diffoluit. Eftque *Exaltatio* et *Digeflio*. Ge. *Feynmaaking*. B. *Fynmaaking*.

SVBERSIO STOMACHI, eft naufaeae quidam fensus, cum conffrictione ventriculi, qui faepe in vomitum terminatur.

SVBVOLA, i. q. *Hypozkenar*.

SVCAGO, vide *Apochylyfma*.

SVCEDANEVM, i. q. *Antiballomenon*.

SVCENTVRIATI RENES, vide *Capsulae atrabillares*.

SVCIDVS, i. q. *Qefypus*.

SVCINVM, eft fubftantia bituminofa, dura, magis, vel minus transparens, igni impofita fluens, fumans, ardens, et odorem fpecificum bituminofum fpargens, nec in menffruis fpirituofis, nec falinis, nec oleofis, tota folubilis, et pofffrictionem electricitate, vel vi attractiua, gaudens. Succinum colore differt, habetur enim *album*, *flauum*, *cirrinum* f. *cereum* et *nigrum*, quod omnium vilius eft, et potius ad *Gagates* pertinet. Chymica analyfis docet, *Succinum* ex multo oleo, pauca aciditate, et magna falis volatilis parte confiare: illud oleum et fal volatile optima funt medicamenta antihyfterica, cui vfui etiam inferuit tinctura eius cum alcohole parata. Iuxta nonnullos fuccinum ex arboribus ftillat, et ratione originis eft lacryma, aut refina, arborum resiniferarum, pini, abieris, alni, populi, in mare defluens, et ab eodem congelata et ad littora delata: fed alii credunt, Succinum effe bituminis fubterranei, vel minerae fuphureae, fpeciem fcaturientem, vel e fundo maris, vel in prope pofitis locis. Forte ex refina vegetabili arborum foffilium, acido falis marini, aut alio modo ita mutata oritur: poffiffimum inuenitur in regionibus ad mare Germanicum et mare Balticum fitis, Borussia praepremis, et Pomerania, vbi a mari illud in littus eiicitur, vel etiam ex terra eruitur. In primo ortu Succinum liquidum fuit; quod testari videntur varia animalcula, quae inuoluta in eo reperiuntur, vti mufcae, culices, aranae, feffrucae, etc. Docet in fuper analyfis chemica, fale acido liquido, imo et concrefcente in glebas, adeoque forma folida, confiare, quod acidum peculiare fiffit vegetabili acido in multis analogum, tum et oleo foffili, quod quam proxime petroleum refert. Succino,

praeter usum artificialem et mechanicum, insignes tribuuntur vires calefacientes, roborantes, neruinae, anticatarrhales, antihystericae et emmenagogae; hinc plura remedia composita ingreditur. Prostat in officinis Succinum praeparatum, seu puluerisatum, sal volatile, oleum, balsamum et tinctura. Adhibetur quoque in suffimigiis. Dicitur *Ambra*, *Electrum*, *Chrysolectrum*, *Carabe*. Ge. *Aggstein*, *Bernstein*. G. *Succin*, *Ambre jaune*. A. *Amber*. B. *Ambersteen*, *Barnsteen*.

SUCCISA, est *Morsus diaboli*, sic dicta, quod eius radix semper quasi succisa et commorsa existat. Ge. *Teufelsabbiss*, *Abbis*. G. *Succisa*. A. *Devils-bit*. B. *Duivels-beet*.

SUCCOLLATA, vide *Chocolata*.

SUCCOURINA ALOE, dicitur quibusdam quasi constans ex succo citrino, quia puluerem praebet crocei coloris, vel denominatio venit ab insula *Socotra*, vbi copiose crescit. Vide *Aloe*.

SUCCUBVS, est *Incubus*, mulieribus noctu adueniens, putantibus, se cum incubo rem veneream habere. Idem quod *Epiates*. Vide *Epiates*.

SUCCVS: succi in officinis vocantur expressi liquores, ex radicibus, foliis, floribus, fructibus, etc. Succu aliquando in spissam condensantur consistentiam, euaporando nempe, vt Succus Glycyrrhizae, Acaciae, Hypocistidis, etc. Item, qui ex arbore, vel frutice sauciata, emanat, vt Succus Vitae, Betulae, etc. Ge. *Saft*. G. *Suc*, *Jus*. A. *Juice*. B. *Sap*.

SUCCVS CEREBRALIS, vide *Spiritus*.

SUCCVS NERVOSVS, vide *Spiritus*.

SUCCVS NUTRITIVS, idem quod *Chylus*. Plerumque tamen hoc sub nomine elaboratissima *Lympha* intelligitur, eas particulas subtilissimas continens, quarum appositione corpus increfcit et conseruatur. Ge. *Nahrungsaft*. G. *Sucnourrissier*.

SUCCVS PANCREATICVS, vide in *Callicreas* et *Ductus Pancreaticus*.

SUCTIO, est ea actio, qua infans ore papillam vberis materni amplectens, velum pendulum palatinum per musculos pterygostaphilinos applicat foramini narium interno, idque exacte claudit, rum genas gingiuis immediate apponit, lingua aërem in cauo palatino contentum deglutit, eam palato adducendo, hinc os anterius vacuum *Boyleanum* habens, lac ex vberibus maternis in hunc locum minus resistentem pulsum ab aëre externo recipit. Gr. *Μόζουε*. Ge. *Das Saugen*. G. et A. *Suction*. B. *Zuiging*.

SVDAMINA, Gr. Ἰδρωμα, sunt exanthemata in summa cute corporis haerentia, granis Milli simillima, in ambitu rubicunda, in summitate vesiculam limpidam habentia, breui euanescentia, quae ἐλαδωδες cutem exasperant; a *Plinio* papulae sudorum appellantur. Affectus familiaris est pueris et iuuenibus, praesertim temperamento calidioribus, qui aetatis tempore nimis mouentur, et exercentur, in collo, scapulis, pectore, brachiis, et femoribus, frequentius tamen circa pudenda et anum accidens. Vide *Hydroa*. Ge. Grübelsucht, Schweißflecke. G. Echauboulure. B. Zweet-zweetjes, Water puistjes.

SVDATIO, est sudoris eruptio, hoc est, materiae fluidae, ex vasculis quibusdam paruis extus in cuticula totius corporis terminatis, sub specie paruorum guttularum, quae sit a morbo, ab exercitio, aut medicamentis diaphoreticis. Gr. Ἰδρωσις. Ge. Das Schwitzen. G. Sument. A. Sweating. B. Zweeting.

SVDATIONES, i. q. *Sudamina*.

SVDOR, est humor aquosus, ex plurima aqua, pauco oleo et sale constans, hinc lintea maculis quibusdam inficiens, et saporem subsalsum habens; non plane naturalis, sed sine notabili molestia, etiam in sanis, caloris et motus corporis vehementioris ope, interdum quoque et sanguinis fluiditate et tenuitate per cutis poros, siue vasa exhalantia, expulsus, qui in cute in guttas colligitur. Hinc a materia perspirabili non differt, nisi quod propter dilationem valorum copiosior sit. Gr. Ἰδρως. Ge. Schweiß. G. Sucur. A. Sweat. B. Zweet.

SVDOR ANGLICVS, siue **HYDRONOSOS**, et **HYDROPYRETOS**, febris est species, olim in Anglia epidemica, qua quis vnico die liberabatur, vel moriebatur; vagabunda erat et contagiosa, finiebatur vt plurimum per sudorem abundantissimum, vnde et febrem etiam *Sudorem* appellarunt incolae. Quibus per sudorem soluebatur, fere omnes euadebant, alii peribant. Ge. Schweißfieber. G. Fievre Suante, la Suette. A. The Sweating fever. R. Zweet-koorts.

SVDORIFERA, vide *Hydrotica*.

SVEFFERSVAE, dicuntur exanthemata, vel pustulae, quae pueris ex calore solent euenire, interdum ficciores, interdum humidiores. Vide *Sudamina*.

SVEFFIMENTVM, i. q. *Suffitus*.

SVEFFITVS, est puluis crassiusculus, ex plurimis odoriferis paratus, qui super carbones viuos iniectus, et deflagrans, non ingratum odorem et fumum a se diffundit. Inseruitque

vel aërem inquinatum depurando, vel morbos quosdam profigando. Sic per suffitum rerum adstringentium curantur hæmorrhoides externæ, coryza narium, odontalgia, etc. Nonnulli quoque per suffitum mercurii saluationem excitare soliti fuerunt. *Suffitus* etiam dicitur *humidus*, dum aceta varia, vel liquores spirituosi, prunis, aut laminis ferreis candentibus, inspersi, vapores spargunt. Vocatur et *Suffimentum* *Plin.* *Suffitio* *ibid.* *Suffimen* *Quidio.* Gr. *Ουγλανα, Ουγλασις.* Ge. Räucherung, das Räuchern, Beräuchern. G. *Parfum, Parfumement, Fumigation.* A. *Perfuming, Fumigation.* B. *Roeking.*

SVFFOCATIO, dicitur ingressus et egressus aëris per tracheam in pulmones, sicque respirationis, per quamcunque causam interceptio. Ge. *Erstickung.* G. A. *Suffocation.* B. *Verstikking.*

SVFFOCATIO HYPOCHONDRIACA, vide *Hysterica passio.*

SVFFOCATIO VTERINA, vide *Hysterica passio.*

SVFFRVTTICES, sunt plantae perennes, duræ, frutice humiliores, non gemmiparæ, quæ compluribus ramulis, furculisque lignosis scatent, sed minutis constant foliis. Ge. *Gestrüch.* G. *Soufarbrisseau.*

SVFFVMIGABVLVM, est instrumentum, quo utimur in suffimentis accendendis. Ge. *Rauchfass.* G. *Encensoir.* A. *A Censer, Smoking vessel.* B. *Een Rook-ruig.*

SVFFVMIGIVM, vide *Suffitus.*

SVFFVSIO, vide *Hypochyma* et *Cataracta.*

SVGILLATA, vide *Enchymoma.*

SVGILLATIO, vide *Enchymoma.*

SVLCVS, proprie est vestigium oblongum, quod arando in terra excauatur. — Anatomicis vero denotat segmentum cylindri, scilicet angustam et oblongam foveam, quæ in quibusdam partibus, tam duris, quam mollibus, reperitur. Sic botanicis dicitur *Truncus*, vel *Folium sulcarum*, quod lineis profundis exaratum est. G. *Burche, Rinne.* G. *Sillou.* B. *Sleuf.*

SVLPHVR, est substantia mineralis, siue terræ pinguedo vitriolica, aciditate grauida, in frigore dura, moderato igne liquecens, et in aëre aperto inflammabilis, tota deflagrans cum flamma caerulea, et vapore volatili, animalibus letali, in vase clauso totum et immutatum ab igne eleuatur sulphur, aquæ non miscibile, neutiquam malleabile, et in forma sicca friabile, nec in menstruis spirituosis, nec acidis, sed accedente calore in oleosis aliquantum solubile. *Natrium*, seu *Vium*, prostat in officinis, et *Factitium.* *Natrium* ex terra effoditur, purum, solidum, flauum instar succini, vel rubiçi instar rubens, quod *Sulphur auri* vocant, et est sulphur

natum purum flavum *Wall.* *Pyrites natus* nudus diaphanus *Linn.* *Factitium*, vel ex viuo sulphure impuriori vi ignis educitur, vel ex aquis sulphureis, vel ex minera sulphuris, (quae est Sulphur ferro mineralisatum, minera difformi, pallide flava, nitente *Wall.* *Pyrites ferri* mineralisatus amorphus, scintillans *Linn.*) excoquitur, et in magdaleonibus ad nos adfertur. *Sulphur cabalinum* foeces sunt e coctione sulphuris viui impurioris relictæ, et in vrceos, admixtis nonnunquam squamis martis transfusæ, quae veterinariis in usu sunt. Adhaerescunt quoque interdum quaedam striae sulphureae camino, vbi vitriolum ex sua vena excoquitur, quae nihil aliud sunt, quam sulphuris flores ex vitriolo, dum excoquitur, eleuati. Horum copiam exhibet Suecia *fatmagna*. Exhibet chymia et artificialia sulphura, ex *Antrimonio*, *Cinnabari*, etc. educta, quae tamen a vulgari sulphure non differunt. Praeter usum largissimum oeconomicum, mechanicum et chymicum, Sulphuri in medicina eximiae vires expectorantes, diaphoreticae et eccoproticae attribuantur; hinc in affectibus pectoris, scabie, etc. praecipue commendatur. Praeparantur in officinis hepar sulphuris per fusionem cum sale alcalino, flores, spiritus, lac, tinctura, balsamum sulphuris anisatum, foeniculatum, iuniperinum, terebinthinatum, succinatum, etc. (Sulphur scilicet in his oleis, accedente calore digestum et ex parte solutum), trochisci, vnguentum, etc. Eligatur colore optime flauescens, facile inflammabile, luculenter ardens, fumumque magis caeruleum halans. Gr. *Θείον*. Arab. *Cibur*, *Chybut*, *Crybit*, Chym. *Akiborb*, *Abusal*, An. *Anerit*, *Anerick*, *Anerick*, *Kibrith*, *Kaprili*, *Lamare*, *Tifasum*, *Tin*, *Usifur*. Ge. *Schwefel*. Ga. *Soufre*. A. *Brimstone*, *Sulphur*. B. *Zwavel*, *Solpher*. — Omnia etiam olea, resinae, adipēs et pinguedines chymicis sub nomine *Sulphuris* veniunt, siue ex vegetabilibus, siue ex animalibus; imo omne, quidquid est phlogiston, vel inflammabile, *Sulphur* dicitur.

SVLPHVR COELESTE, est Alcohol vini.

SVLPHVR LYCOPODII, est Semen lycopodii: vide *Lycopodium*

SVLPHVRIS SPIRITVS, paratur sulphur liquefactum in aëre aperto accendendo, et fumum ascendentem colligendo ope vitreae campanae, in aëre suspensae, qui repercussus, et in guttas condensatus, in patinam subpositam descendit, hinc etiam *Spiritus sulphuris per campanam* dicitur. Inferuit vñibus chymicis, et iulapiis, et potionibus additur, vt acido imbuantur sapore, ad sitim et calorem nimium tenu-

perandum. Ge. Schwefelgeist. Ga. *Esprit de Soufre*. B. *Zwavel-geest*.

SVLPHVR VEGETABILE, vide *Anthera*, *Pollen*.

SYMACH, est vox Arabica, i. q. *Rhus coriaria*.

SYMMITATES, seu COMAE, aut CORYMBI, sunt cacumina herbarum, et dicuntur de herbis foliorum minutiorum, vt Absinthii, Centaurii, etc. Ge. Der Gipfel, das Oberste an den Kräutern, Spitzen. G. *Le Sommet*. A. *The Tops*. B. *De Toppen der planten*.

SUPERBUS MUSCULVS, est is, qui oculum attollit, superius locatus, et ex quatuor rectis vnus. Oritur iuxta foramen, vbi neruus opticus oculi orbitam intrat, venter ei carnosus est et teres: finis tendo tenuissimus est ad corneam porrectus. Dicitur etiam *Rectus superior*. Ge. Der hofartige Muskel. Ga. *Muscle Superbe*, ou *Releveur*. B. *De houaardige Spier*.

SUPERCILIVM, dicitur, quod *Super cilium* sit, Gr. *Ἐπιόμιον* et *Ὀφθαλμὸς*. *Supercilia* sunt duo arcus circa oculi orbitam superiorem, compositi ex pilis conicis, rigidissimis, radices habentibus versus nares, apices versus tempora. Radices eorum inhaerent glandulis sub cute sitis bulbosus. Excipiunt quaecunque corpora quae a capite defluunt, ne in oculos delabantur, et vmbrae speciem faciunt, ne oculus a nimis forti lumine laedatur, hinc etiam peculiari strato fibrarum, quod *Musculus corrugator superciliorum* dicitur, constringuntur. Ge. Augbraunen. G. *Les Sourcils*. A. *The Eyebrows*. B. *Wynbraauwen*, *Wenkbraauwen*. — Partes ad sinuum orbem instar labrorum circa ossa prominentes, et sinus cavitatem augentes, *Supercilia* quoque dicuntur et *Labra*.

SUPERFLVA, vide *Polygamia*.

SUPERFOETATIO, seu EPICYEMA, dicitur, cum post conceptum foetum, intercurrente aliquo tempore, ex congressu iterum nouus concipitur, vnde partus quoque non vno, sed diuerso tempore horum duorum euenit, cuius exempla passim referuntur. Ge. *Ueberschwängerung*. G. A. *Superfoetation*. B. *Over-bevrugting*.

SUPERGEMINALIS, i. q. *Epididymis*.

SUPERHUMERALIS, i. q. *Epomis*.

SUPERIMPRAEGRATIO, i. q. *Superfoetatio*.

SUPERLIGAMEN, i. q. *Epididymus*.

SUPERLIGVLA, i. q. *Epiplottis*.

SUPERPVRGATIO, vide *Hypercatharsis*.

SUPERSCAPVLARIS INFERIOR, i. q. *Infra-spinatus*.

SPERSCAPVLARIS SVPERIOR, i. q. *Supraspinatus*.
SVPERVS, botanicis dicitur *calyx*, vel *corolla* germi-
 dens, vel *germen superum* corollae inclusum.

SVPINATOR MVSCVLVS, est duplex, amboque mouent
 radium. Primus est *Supinator longus*, qui a spina humeri
 eiusque condylo externo oriens, iuxta superficiem externam
 radii decurrens, extremitati anguli externi superioris radii
 inseritur. Alter *breuis* est *Supinator*, qui a condylo ex-
 terno humeri et parte superiori et exteriori vlnae oriens,
 oblique decurrens, superiori et interiori parti radii inseritur,
 eamque quasi inuoluit. Hi ambo muscoli actione sua sic
 radium extrorsum mouent, vt dorsum manus deorsum, vola
 fursum directa sit. Ge. Der zurückbeugende Muskel. Ga.
Muscle Supinateur. B. *De achteromkeerende Spieren*.

SVPLANTALIA, SVPPEDANEA, siue **HYPOPEDIA**, sunt
 medicamenta externa, quae in forma cataplasmatis, vel em-
 plastri, pedibus alligantur: componuntur vt plurimum ex
 fermento acido, Sinapi, Raphano syluestri, sale, sapone, pul-
 vere pyrio, etc. Ge. Fußpappen. Ga. *Supplantales*. A.
Feet poultices. B. *Voet-pappen*.

SVPPOSITORIVM, a *Supponendo*, dicitur et *Glans* et *Bala-
 nus*, est medicamentum rotundum, oblongum, conicum,
 longitudine digiti medii in adultis, in pueris digiti minimi,
 aut paulo minus, ex melle, sale, et speciebus purgantibus,
 vt plurimum confectum, quod ano inseritur, ad languentem
 motum peristalticum resuscitandum, aluumque sollicitandam,
 quandoque etiam ad tenesum intestini recti leniendum,
 ascarides necandos, aliosque in vsus. Ge. Stuhlzapfstein. G.
Suppositoire. A. *Suppository*. B. *Een Zerpil*.

SVPPOSITORIVM VTERINVM, i. q. *Pessarium*.

SVPPRESSIONIS IGNIS, est terminus chemicus, quando
 vas destillatorium in arena positum, non tantum excipit
 ignem inferne, sed maioris effectus ergo ponitur quoque
 ignis supra arenam, sicque vapores rursus ad fundum de-
 scendere coguntur. G. *Feu de Suppression*.

SVPPRESSIO MENSIVM, est, quando mulierum menstrua
 expurgatio cessat, siue a sanguinis inopia, vel morbosa con-
 stitutione, siue ab impregnatione, aut lactatione, siue ab
 ingrauescente aetate, et haec naturalis est cessatio plerum-
 que post nonum et quadragesimum annum. Ge. *Verhalte-
 ne monatliche Reinigung*. G. *Suppression des Mois*. A. *A
 stopping of the menstrual Flux*. B. *Opstopping der Maand-
 stonden*.

SVPPRESSIO VRINAE, i. q. *Ischuria*.

SUPPURANTIA, sunt ea, quae alicuius loci vascula, a suo liquido obstructa, rumpunt, liquidum effundunt, idque cum solidis fractis miscent, liquidissimum dissipant, reliquum movent et coquant in materiam albam, crassiusculam, pus dictam. Ge. Eitermachende Arzeneien. G. *Suppuratifs*. B. *Rypmaakende Middelen*.

SUPPURATIO, s. **PYOSIS**, vocatur canalium obstructorum, et materiae obstructantis, vi vitae reductio et commolitio in album, blandum, spissum, aequale liquidum, pus dictum. Vide *Pyon* et *Abscessus*. Ge. *Bereiterung*. G. *Suppuration*.

SVPRASCAPVLARIS, i. q. *Infraspinatus*.

SVPRASPINATVS MUSCVLVS, siue **SVPRASCAPVLARIS SVPERIOR**, supra axillam carnosus et oblongus implet cavitatem inter costam scapulae superiorem, et eiusdem spinam, e qua nascitur. Inseritur vero tendine lato et valido sub acromio transeunte tuberculo maiori humeri ad articuli ligamentum. Brachium eleuare et ad exteriora circumagere retrorsum videtur. Ge. *Der obere Schulterblattnmuskel*. G. *Muscle Sous-spinex*. B. *Bovengraaspijer*.

SVRA, est posterior, intra genu et pedem infimum, maxime carnosus et extuberans pars, e musculis gastrocnemiis et soleo constans. Gr. *Γαστρογνυλα*. Ge. *Die Baden*. G. *Le Gras de la Jambe*. A. *The Calf of the Leg*. B. *De Brancie, de Kuit*. — Item *Os* significat *Fibulae*. Vide *Fibulae os*.

SVRCVIVS, est, quod ex ramis simplex ac indiuiduum oritur, estque velut germen quoddam, ex ipso trunco, vel caudice, productum. Ge. *Eprosse*. G. *Bourgeon*.

SVRDASTRI, vide *Dyscoia*.

SVRDITAS, i. q. *Cophosis*.

SVPENSORIVM SCROTI, species est fasciae chirurgicae, quae in testium tumoribus et inflammationibus scroto applicatur, ad retinenda cataplasmata, vel ad sustinendum scrotum et testiculos tumidos. Ge. *Tragbinde*. G. *Suspensoire*.

SVPSPIRIVM, est, cum magno nixu profunda respiratio fit, rursusque cum sonitu effatur susceptus aer. Hoc euenit tristibus, et iis, qui saepe contristantur, in consuetudinem transit, ut etiam inscii, et sine tristitia suspirant, in morbo quoque melancholico, in cachexia, in debili valetudine, et maxime, cum quis ab animi deliquio reuertitur, vel a quoconque obice pulmonum alternae dilatationi et constrictioni opposito; foeminae quoque magis suspiriis afficiuntur, quam viri. Gr. *Στενωπυδα* et *Στενωπυδα*. Ge. *Seusser*. G. *Souspir*. A. *Sigh*. B. *Zugting*.

SVSTENTANTIA, vocantur, quae partibus flaccidis, laxatis, prolongatis, vel naturali fulcimento priuatis, tale auxilium adferunt, vt neque sponte, neque ab alia causa, remoueri possint. Ad hunc titulum referuntur quaedam chirurgica auxilia, veluti splenia, fasciae, ligaturae, etc.

SVSRRVS, i. q. *Tinnitus*.

SVTORIVM ATRAMENTVM, i. q. *Virriolum*.

SVTVRA, est operatio chirurgica, scilicet connexio labiorum vulneris, aut aliarum partium mollium, quae duplex est; scilicet primo *actualis*, *vera*, vel *cruenta*, quae fit acu triangulari, cannula et filo cerato. In medio vulneris acu, duplex filum trahente, vulneris labia transfiguntur, et facto nodo, filum paulo supra nodum refecatur, deinde in mediis vtrinque spatiis alii punctus simplici filo fiunt, et facto nodo, similiter filum abscinditur, idque continuandum, donec labia vulneris recte confuta sint. Haec *Sutura interscissa* vocatur, quod post singulos punctus, facto nodo, filum abscinditur. Prospiciendum, ne nimis rara, nec nimis densa fiat; monendum, suturas ita faciendas esse, ne ore ipsae extorto se contingant, vt, si quid intus humoris concreuerit, fit, qua emanet. Vnde chirurgi turundas, vel penicilla, vnguentis illita, immittere solent. Est et alius suturae cruentae modus, quae prorsus ea ratione perficitur, qua pelliones pelles confluere solent, hinc *Pellionum sutura* vulneratis intestinis et venis, et arteriis dissectis accommodata, quae *Enseroraphia* dicitur. Aliam cruentam describit *Celsus*, quae fit duabus acibus. Sutura cruenta rarius hodie a peritis chirurgis, ob dolores et cicatricem deformem, in usum vocatur, nec in iactura substantiae locum habet. Altera species est *potentialis*, quae fit emplastro firmiter conglutinante, atque vocatur sutura *spuria*, s. *ficca*, fit ope frustulorum emplastri glutinantis, quibus vulnerum labia ad se adducuntur. In vniuersum suturae cruentae hodie rarius et in paucissimis tantum morbis adhibentur. Ge. *Eine Nath*. G. A. *Suture*. B. *Hegting*.

SVTVRA OSSIVM, est connexionis species, qua ossa invicem coniunguntur, imitans compagem duarum ferrarum, vel vestium ex plurimis pannis laceris compositionem.— In cranio praecipuae suturae sunt *coronalis*. Ge. *Die Kranznath*. B. *Kroon-naad*. Tum *sagittalis*, *Wesselnath*. B. *Pyl-naad*. et *Lambdoides*, *Winkelnath*. Hae verae vocantur, quoniam ossium extremitates prominentis acutis correspondentes cavitates ingrediuntur. Alia est *mendosa*, vel *spuria*, vel *squamosa*, in qua ossium margines vnguium ad instar in orbem extenuantur, et alterum alteri foris quasi agglutinatur. Hae suturae *Commissurae*

cranii etiam vocantur. Gr. Ῥαφαί, Συμβολαί, Γραμμαί. Ge. Eine Fuge, Nath, Knochenath. G. Suture, Jointure. A. Suture. B. Een Naad.

SYCAMINOS, et SYCAMINEA, est Morus; volunt dici, quasi *συκῆν ἀπιστον*, quod fructum ferat, *qui ficibus melius sapiat*. Sed alii *παρὰ τὸ εἶναι*, siue *εἶναι καὶ κέμινον*, et *Movendo*, *Expellendo*, et *Colore*: quod lignum, cum sit validissimum et firmissimum, vna nocte, magno cum impetu expellat germina, florem, fructumque, adeo vt sonitum etiam excitet. Vide *Morus*.

SYCE, Gr. Συκῆ, Συκῆ, Ficus arbor, Σῦκον Ficus fructus, a *εἶναι*, quod celeriter crescat. Alii a *εἰσέρχαι*, concitari, et *κῆναι*, osculari et vterum gerere. Vide *Ficus*.

SYCOMA, i. q. *Sycosis*.

SYCOMORVS, est Ficus folio Mori, fructum in caudice ferens *Bauh. Ficus sycomorus* foliis cordatis, subrotundis, integerrimis *Linn.* (Polygam. Polyoec.) In eo ab aliis speciebus sui generis differt, quod fructus raro, nisi vulneratus, maturescat, paucissimaque grana contineat. Viribus eccoproticis, et succus lacteus trunci aperitiuis et vulnerariis pollet. Habitat in Aegypto. Sic dicitur, quod cum Ficu et Moro similitudinem habeat. Ge. *Aegyptische Feige*. G. *Sycomore*.

SYCOSIS, SYCOMA, MARISCA, seu FICVS, est carnis excrescentia circa anum, vel labia pudendi muliebris, a Ficus similitudine appellata, idem quod *Condyloma*. — Est etiam vlcus, quod a Fici similitudine *Σύκωσις* a Gr. nominatur, quia caro in eo excrescit: et id quidem generale est. Sub eo vero duae species sunt. Altera vlcus durum et rotundum est, altera humidum et aequale. Ex duro exiguum quiddam et glutinosum exit: ex humido plus et mali odoris. Fit vtrumque in iis partibus, quae pilis conteguntur: sed id, quod callosum et rotundum est, maxime in barba; id vero, quod humidum, praecipue in capillo. A *συκῆ*, ficus. Ge. *Feigwarzen*. G. *Fic*, *Sarcome*, *Fungus*, *ou Champignon*, *ou le mal de St. Fiacre*. A. *Fig*, *tumor*. B. *Een Vyg-gezweel*.

SYDERATIO, vide *Apoplexia* et *Asphyxia*.

SYLVAE MATER, vide *Marrifylva*.

SYMBEBCOTA, sunt accidentia sanis contingentia; nam symptomata aegris obuonire dicuntur. A *συμβάλω*, accido.

SYMMETRIA, est bona temperies, siue pars sanitatis, in conueniente qualitatuum constitutione respectu fluidorum et solidorum consistens. Ex *σύν*, cum, et *μέτρον*, mensura. Ge.

Gleichmäßigkeit. G. *Tempérament.* A. *Temperance, Temper.*
B. Gematigtheit.

SYMPASMA, i. q. *Catapasma, Phoenigmus.*

SYMPATHETICVS PVLVIS, dicitur Vitriolum solis aestu calcinatum, donec in puluerem fatiscat, qui sanguini inspersus et haemorrhagias sistere, et vulnera sanare dicitur, quemue in peculiari tractatu ideo summopere laudat *Kenelmus Digbaens.* Vineam cranii humani addere suavit superstitiosa credulitas. Ge. *Sympathetisches Pulver.* G. *Poudre de Sympathie.*

SYMPATHIA, siue *Condolentia partium*, est, quando, vna parte corporis aegrotante, etiam simul alia adficitur, hicque morbus *Sympathicus* vocatur. Pendet hic consensus, vel a communione neruorum, vel a communione vasorum, vel a communione functionis, vel a situ et vicinitate, vel denique a morbosa debilitate partis, ob quam, corporis sanitate vniuersali laesa, ea pars statim afficitur. — Hinc si quis nephritide laborat, per consensum saepe vomitus est. A *συμπάσχω*, compator. G. *Uebereinstimmung der Theile, Sympathie.* G. *Sympathie, Accord, Conuenance.* A. *Consent, Sympathy.* B. *Medelyding.*

SYMPATHICI NERVI, dicuntur quidam nerui corporis nostri, qui distributione et communicatione sua peculiarem inter plures partes consensum efficiunt. Tales potissimum tres ab anatomicis enumerantur. Scilicet *Sympathicus magnus*, qui est *Nervus intercostalis, Sympathicus medius*, qui est *octauus*, vel *vagus*, et *Sympathicus parvus*, qui est portio dura paris septimi. Vide *Pes anserinus.* Ge. *Sympathische Nerven.* G. *Nerfs Sympathiques.*

SYMPEPSIS, est humorum in abcessum abeuntium coctio.
 A *συμπέπω*, concoquo.

SYMPHONIA, i. q. *Harmonia.*

SYMPHYSIS, quae opponitur articulo, est ossium coalitio, quae fit absque motu, in qua duo tamen ossa se inuicem tangunt, vel ad se mutuo appropinquant et cohaerent; estque vel absque medio, vt *Rhaphe, Harmonia, Gomphosis*: vel per medium, v. c. per cartilaginem, ligamentum, carnem. A *συμφύω*, conresco. G. *Zusammenwachsung, Zusammenfügung.* G. *Symphyse.* A. *Joining.* B. *Aangroeying.* — *Symphysis* est etiam morbi species, in qua partes naturaliter disiunctae simul coalescunt.

SYMPHYTON, vide *Emphyton.*

SYMPHYTVM, est plantae genus ad *Gymnotetraspermas* asperifolias pertinens, (Pentandr. Monogyn.) cuius species officinalis est *Symphytum consolida maior*

Officin. *Symphytum officinale* foliis ovato-lanceolatis decurrentibus *Lim.* Habet haec caulés, duos, vel tres pedes altos, digiti crassitie, villosos, asperos, excavatos. Folia quaedam ex radice erumpunt, alia iuxta caules, sunt ampla, longa, acuta, aspera, lanuginosa, coloris viridis obscuri. Flos monopetalus, quinque dentatus, infundibuliformis, oblongus, et quasi campaniformis. Ex calyce quinquepartito, erecto, pentagono, surgit pistillum, quatuor veluti stipatum embryonibus, qui abeunt in totidem semina, capituli viperini aemula, splendentia, nigra, in calyce ampliato maturefcentia. Radix pollicem crassa, oblonga, nigra, intus alba, furculosa, fragilis, succum glutinosum continet, atque in aqua decocta contra mictum cruentum, stranguriam, dysenteriam, haemoptysin, egregias praestat vires. Saporis subdulcis, mucilaginosi et viscosi est; odoris nullius. Commendatur quoque externe in luxationibus et fracturis; neque minus in herniis infantum. Prostant in officinis conferua, syrupus, et varia emplastra. Haec planta crescit in locis humidis. Dicitur a *συμψύω*, concreresco, conglutino, quia vulnera citissime consolidat. *Solidago* et *Consolida*, e consolidando etiam appellatur. Vide *Consolida*. *Ge.* Schwarzwurz, Wallwurz, Heintwelle. *G.* Grande Consoude, Consiere, Oreille d'âne. *A.* Confrey. *B.* Waal-wortel; Smeer-wortel.

SYMPTOMA, siue **ACCIDENS**, est res contra sanitatem in corpore nostro a morbo profecta, ab ipso tamen morbo eiusque causa diuersa. Estque vel morbus a morbo ortus, vel morbi causa a morbo nata, vel Symptoma simplex. Hoc postremum est quaecunque actio laesa, excrementorum vitium, qualitas corporis immutata. Distinguitur ergo in Symptoma morbi, Symptoma causae et Symptoma symptomatis. Pars pathologiae, quae de symptomatibus agit, *Symptomatologia* dicitur. *A* *συμπίπτω*, accido. *Ge.* Ein Zufall. *G.* Symptome, Accident. *A.* An Accident, Symptom. *B.* Een Toeval, een Accident.

SYMPTOMATICA FEBRIS, dicitur talis, quae ex aliquo morbo generali, vel particulari, concitata, priorem morbum non minuit, vel tollit, sed potius auget. Tales sunt febres hecticæ, colliquatiuæ, etc.

SYMPTOMATOLOGIA, est pars *Pathologiae*, quae de morborum symptomatibus agit. *Ge.* Die Lehre von den Zufällen der Krankheiten. *G.* Symptomarologie.

SYNACTICA, sunt medicamenta contrahentia. *A* *συνάγω*, contraho. *Ge.* Zusammensiehende Mittel.

SYNAITIA, vel **SYNAETIA**, vide *Continens causa*. Ex *σύν*, cum, et *αίτια*, causa.

SYNANCHE, est Anginae species, quae dicitur vel a suspendii similitudine, quod non secus, quam laqueus, praefocans enecet (Gr. Ἀρχήν enim laqueus est), vel a *σύντησις*, quod spiritum continendo respirationem inhibeat, ut *Aurelianus* inquit. Est anginae species, siue inflammatio p. n. in musculis pharyngis interioribus, hinc absque conspicuo rubore et tumore, cum summa deglutiendi difficultate, fauciumque dolore coniuncta; quodii enim musculi exteriores laborant, *Parasyanche* dicitur. Vide *Angina*. A *σύντησις*, coarctio. Ge. *Bräune, Halswehe, Halsentzündung*. G. *Esquinancie*. A. *The Quinsy*. B. *Kwaade Keel, Keel ontsteeking*.

SYNARTHROSIS, est articulatio duorum, vel plurium ossium, cum motu paruo et obscuro, interueniente cartilagine, uti ossium carpi et metacarpi, etc. A *σύναρθεσις*. Ge. *Bergliederung mit weniger Bewegung*. G. *Synarthrose, ou Coarticulation*. B. *Zamen-leding, naauw in malkander gesloten leding*. Vide *Articulatio*.

SYNCAMPE, est flexura, siue locus, ubi pars brachii inferior committitur cum superiore, et ad hanc inflectitur. A *σύνκαμπτω*, inflecto.

SYNCAUSIS, est combustionis species, quando excrementa, aestu quasi febrili, indurata sunt. A *σύνκαω*, comburo.

SYNCHONDROSIS, est ossium, interueniente cartilagine, concretio, uti in ossibus pubis ad anteriora connexis et vertebri observatur. Ex *σύν*, cum, et *χόνδρος*, cartilago. Ge. *Knorpelichte Verbindung*. G. *Synchondrose, ou Symphyse cartilagineuse*. B. *Kraak beens Vereeniging, Kraak-beens-binding*.

SYNCHYSIS, est sanguinis, aut humorum, confusio p. n. in oculo, eorumque in pus viscosum et serum luteum immutatio. A *σύνχισις*, confundo.

SYNCIPUT, vide *Sinciput*.

SYNCOMISTVS, vide *Auropyrus*. Item est cataplasma ex pane cibario paratum. A *σύνκω*, conueho.

SYNCOPALIS FEBRIS, vocatur, quae toties, ac redit paroxysmus, animi deliquium inducit.

SYNCOPE, est magna omnium virium vitalium et animatum cum pulsu debili, aut deficiente, pallore, sudore frigido, saepe etiam respiratione fere abolita, et motus sensusque priuatione coniuncta prostratio, adeo ut aeger per aliquod tempus sui conscius non sit, et instar cadaueris iaceat. A *σύνκοπη*, concido. *Defectio animae Celso. Deliquium animi. Praeceptum virium lapsus. Vide Deliquium animi. Ge.*

tineo. Latinis vocatur Febris continens, vel Diaria plurium dierum, quia sola diurnitate ab ephemera differt. Germ. Ein anhaltendes Fieber. G. *Fievre continue*. B. Een geduurige Koorts zonder Vermindering.

SYNOVIA, proprie est liquor glutinosus intra articulorum commissuras maiori copia collectus haerens, lubricationi et facilitando motui inferuiens, secretus in glandulis, Hauerlianis dictis, quae illis in locis reperiuntur. — Ita vero liquor praecipue vocatur si hic gelatinosus e vulneribus tendinum et ligamentorum effluit, cuius effluxum facile aridura, vel contractura, sequitur. Ge. *Sluedwasser*. G. *Synovie*. B. *Lid water*.

SYNTAXIS, est partium, a tumore, vel alias, distensio. A *συNTAXIS*, distendo.

SYNTENOSIS, i. q. *Synneurosis*.

SYNTERETICA, est pars *Hygieinae*, quae praesentem sanitatem tuetur.

SYNTEXIS, *Plin. Consummatio Ciceroni*, est contabescencia et colliquatio corporis, qua mollis primum caro tabescit, mox etiam solidarum partium substantia. A *συνηκω*, colliquo. Vide *Marasmus*.

SYNTHESIS, est totius corporis structura et compages; sed strictè pro ossium compositione anatomica accipitur. Ge. *Zusammenfügung*. G. *La Charpente offense du corps humain*. B. *Zamenvoeging der Beenderen*. — Chirurgis denotat partium diuisarum, vel dissitarum, unionem, vel repositionem, sicque partem chirurgiae constituit. A *συντιθημι*, compono.

SYNVLOTICA, vide *Cicatrixansia*. A *συνελδω*, cicatricem infero.

SYPHILIS, idem quod *Lues venerea*. Ex *σφίς*, porcus, et *φιλία*, amor; vel, ut alii, ex *σφύς*, cum, et *φιλία*, amor. Alii id nomen deducunt a *Siphyle*, qui regis Alcithoi greges pascebat, illorum numero et pulchritudine superbus solus insultavit, ad cuius superbiam puniendam immissa est in terram dira lues. Ge. *Lustseuche*. G. *Vérole*. A. *Pox, Venereal disease*. B. *Venus-ziekte*.

SYPHON, i. q. *Syringa*.

SYRINGA, est instrumentum, ex embolo et tubo compositum, quo liquores in anum, vterum, et aures, etc. iniiciuntur. — Item, vas fistulosum, ut arteria aspera. Ge. *Eine Sprütze*. G. *Syringue*. A. *A Spout, or Syringe*. B. *Een Spuyt, Syring*.

SYRINGA, arbuscula est pulchra, olim ex Persia ad nos adlata, in latum se valde extendens. Caules et rami sunt nodosi, et cortice rubicundo obtekti, vel cinereo, medulla fungosa alba repleti. Folia sunt oblonga, lata, venosa, in margine leuiter dentata, acuta, Pyri foliis fere similia, sed asperiora, sibi mutuo opposita, saporis aliquantum acris. Calyx est monophyllus, quadrifidus, segmentis magnis expansis. Flos est rosaceus, tetrapetalus, staminibus plurimis foetus. Ouarium in fundo calycis instructum quatuor tubis erectis, apiculatis, fit fructus turbinatus, quadrilocularis, niger, quadrifariam dehiscens, foetus seminibus exiguis, et oblongis. Radix in multos ramos est diuisa. Colitur haec arbuscula in hortis. Est haec *Philadelphus coronarius* Linn. (Icondr. Monogyn.) flore plerumque albo. Ge. *Wilder Jasmin*. G. *Syringe à fleurs blanches*. A. *White Syringa, or Mock Orange*. — Alia est *Syringa vulgaris* Linn. flore caeruleo, calyce monophyllo, quadridentato, corolla monopetala, capsula oblonga, biloculari, bialui, polysperma, (Diandr. Monogyn.) quae pariter ob florum fragrantiam in hortis nostris frequenter colitur. Nomen habere creditur, a *σῦριξ*, fistula, quod ex illa arbuscula fistulae fiant, vel quod fistulis utilis sit, vel quod caulis inanis sit et totus concavus, ad fistulae instar, minimumque habeat carnis et ligni. Ge. *Spanischer oder Türkischer Hollunder, Pfeiffenstrauch*. Ga. *Lilas*. A. *Lilas, or Pipe tree*. B. *Fluit-boom, Pyp-boom*.

SYRINGITES, i. q. *Dentalium*.

SYRINGMOS, SYRIGMVS, est error imaginationis, sonos, qui extra aurem non sunt, sibi repraesentantis, seu hallucinatio ex imaginatione sonorum, quorum principium est in ipsis organis acusticis. Ge. *Falsches Gehör, Klingen im Ohr*. G. *Tinrouin*.

SYRINGOTOMI, sunt cultelli chirurgici, quibus fistulae inciduntur, quibus variae sunt formae. Ge. *Ein Fistelmesser*. G. A. *Syringotome*. B. *Fistelmesser, Pyp-snyders, Fistel-snyders*.

SYRINGOTOMIA, est fistularum incisio. Ex *σῦριξ*, fistula, et *τομή*, seco.

SYRONES, vide in *Phibiriasis*.

SYRVPVS, SERAPIVM, Gr. *Δεσσανον* Nic. *Σερβανιον* Actuaria. Alii *Σερβωδε*, quasi *Κόριος ἔρως*, vt euidam placuit. Alii a *σῦρα*, traho, et *ἔρως*, succus, vel a *Sirab* vocae Arabica, significante potionem. *Scrapium* fortassis a *Sirapa*, quam vocem adulta Latinae linguae aetas, quae *Columellam* tulit, agnouisse videtur, pro vsitato quodam conditurae oliuarum genere: vnde ad similes condituras translata est vox. Est

medicamentum internum fluidum, ex decoctis, succis, vel infusione, cum addito saccharo, vel melle, in eam consistentiam coctum, vt gutta in marmore non diffuat, aliis medicamentis gratiam, saepe consistentiam et durationem, largiendis inseruiens. Ge. Syrup. Ga. Syrop. A. Syrup. B. Een Syroop.

SYRINCHIVM, vide *Sisyrrinchium*.

SYSSARCOsis, est connexus ossium mediante carne, vt in hyoide osse et basi scapulae conspicitur. Ex ὀστέων, cum, et σαρκῶν, incarno. Ge. Befestigung der Knochen durch Muskel. G. Syffarcofe, ou Symphyse charnue. B. Vlees-band, Vlees-begring.

SYSTEMA, in historia naturali dicitur constitutio characterum, per quos corpora naturalia in classes, ordines, genera et species distribuenda sunt. Anatomicis est complexus quarundam partium similiarium, eoque sensu systema vasorum, neruorum, dicitur. Α συστήματος, constituo.

SYSTOLE, est fibrarum muscularium cordis contractio, eiusque ventriculorum commissio, qua ab influente sanguine irritatae ita constringuntur et caua angustantur, vt sanguis in diastole receptus magno cum impetu in arterias, pulmonalem atque aortam, protrudatur. Sic etiam arteriae ab impulso sanguine distentae, ope fibrarum muscularium constringuntur, sanguinemque propellunt, quae mutatio etiam Systole vocatur. Α συστολή, committo. Ge. Zusammenziehen des Herzens und der Pulsadern. G. Systole, Contraction du coeur, & des artères. A. Contraction of the Heart, and arteries. B. Toesluiting des Herts.

SYZYGIA, est debita temperies. Ex ὀστέων, cum, et ζεύγος, iugum.

T.

TFASCIA, i. q. *Fascia Heliodori*, s. fascia pro fistula ani et laesionibus perinaei. Ge. Die T Binde. G. Le T.

TABACVM, est Perum; nomen habet ab insula Tabago. Vide *Nicoriana*. Ge. Taback. G. Tabac, Nicoriane, Perum. A. Tobacco. B. Tabak.

TABAXIR, est Saccharum naturale Veterum et Arabum, scilicet succus dulcissimi saporis, exstillans ex furculis Arundinis Indicae, Tabaxiferae, vel Bambou. Substantia est fragilis, sicca, apud nos rarissima.

TABELLA, est medicamentum internum, solidum, ex puluere, et triplo, vel quadruplo sacchari, in liquore accom-

modato soluti, ad spissam fyrupi consistentiam cocti, et supra lapidem marmoreum in orbiculos effusi, confectum. Vide *Morsuli*. Ge. *Rüchlein*, *Morsellen*. G. *Tablette*. A. *A Morsel*. B. *Koeckjes*.

TABES, est totius corporis macilentia, cum febre habituali, citra tussim et puris sputum. Differt ab atrophia, quae febre habituali caret; nec non a phthisi, quae tussi et puris sputo, vel alterutro, stipatur. Alia est primaria, seu morbi praecipuum symptoma, alia secundaria, quae morbo alterius generis, iam degeneris, superuenit, aut succedit, eaque frequentissima est. *Saww*. Ge. *Ausgehruug*. Ga. *Eriste*, *Consumption*. A. *Consumption*.

TABES DORSALIS, est species tabis, quae praecipue libidinosos, qui coitu abutuntur, vel manu stuprationi dediti sunt corripit. Hi aegri in initio febris sunt expertes, bene comedunt et colliquantur. Quod si ita affectum percunxeris, afferent, sibi videri ex superioribus partibus a capite velut formicas in spinam demitti, cumque urinam, aut stercus, reddunt, semen genitale copiosum et liquidum eis nonnunquam effluit, neque generatio fit, et inter dormiendum veneris ludibria patiuntur. Cumque alias, tum praecipue, cum per locum arduum iter fecerunt, aut cucurrerint, anhelosi et imbecilles euadunt, caput grauatur, et aures sonant. Sic temporis progressu, vel vehementibus febris correpti, ex lippuria febre, vel lente pereunt. Ge. *Rückendarre*. G. *Consumption*. A. *A Consumption in the spinal Marrow*. B. *Rugge Teering*.

TABVLA, vide *Tabella* et *Morsuli*.

TABVUM, est sanies tenuis varii saepe coloris, aliquando sublanguinei, e malo ulcere exiens. Ge. *Wässericht-blutiger Eiter*. G. *Sanie*. A. *Watery or ichorous Blood*. B. *Wasserig Blood*.

TACAMAHACA, est substantia resinosa, arida, flavescentis, vel rufa, quae vel in granis, vel in glebas et massas compacta ad nos adfertur, saporis subaromatici, odoris suavis et fragrantis, ad lauandulam accedentis. Haec resina stillat, vel sponte, vel praevia corticis incisione, ex arbore, quae creditur quidem esse Tacamahaca foliis crenatis *Pluk*. *Populus balsamifera* foliis ovatis, serratis, subtus albidis, stipulis resinosis *Linn*. (*Dioc. Ostrandr*). Ge. *Die Balsampappel*. G. *Baumier*. Verum ista arbor, quae, teste *Hernandio*, veram Tacamahacam fundit, appellatur ab *Ill. Iaquino Hist*. stirp. *Americ*

p. 105. t. 71. f. 1. 2. 3. *Elapbrium tomentofum*, (Octandr. Monogyn.) corolla tetrapetala, calyce quadripartito, infero, capsula monosperma, bivalui, femine femibaccato. Species, vnde Tacamahaca defumitur, differt ab altera non officinali, foliis tomentofis. Species vero Tacamahacae magis fluida stillat ex arbore, quae est *Fagara octandra Laguin*. Arbor in Hispania noua habitat, caeterum Populo fimilis, fructus fert exiguos rotundos, nucleum vnicum recondentes. Resina viribus lenientibus, vulnerariis, maturantibus et nervinis gaudet. Interne rarius adhibetur: Frequentior vsus externus in suffimigiis et emplastris. Commendatur in odontalgia, gastrodynia, cephalalgia, cophosi, hysteria, et ad resoluendas lupias nondum inueteratas. Arbor huic fatis fimilis, resinamque sat fimilem, sed magis viridescentem, fundens, crescit in insula Madagascar. *Ge. Tacamahac.* *G. Tacamaque.* *A. B. Tacamabac.*

TACTVS, est sensus externus, quo tactiles quorumuis corporum tactilium qualitates, per functionem neruorum, per totum corpus diffusorum, (et praecipue eorum, qui ad digitorum apices, tum manus, et pedis, cutem transeuntes, retis in modum expanduntur, et suis villis prominentibus in theculis cuticulae defenduntur, qui, vt vbi copiosissimi ob accuratiorem sensum, sic alibi per totum corpus pauciores sic dispositi sunt) communi sensorio offeruntur, ibique percipiuntur. Vel Tactus est rei tactae, mediante cute, per neruos sensorio communi oblatae, ibique perceptae, sensus, quo nunquam penitus caremus ad vltimum fere vitae momentum, quo alii sensus iam deficere incipiunt. *Ge. Das Gefühl.* *Ga. Le Toucher.* *A. The Sense of Touching.* *B. Gevoel.*

TAENIAE, sunt *Lumbrici lani*, quorundam autorum, scilicet Zoophyta, vel animalia quasi ex pluribus aliis concatenatis composita, in intestinis hominum, canum et boum imprimis neque piscium hospitantia, et ad multarum saepe vluarum longitudinem excrefcentia. *Solitarii vermes* dicuntur, quod singuli tantum, vel vnici, in vno animali habitare, minus tamen recte, crederentur. Plures huius generis dantur species. 1) *Taenia solium* osculis marginalibus solitariis, *Taenia articulata teres Linn.* Vermis cucurbitinus *Plar.* *Taenia longa*, articulis quadrangulis, osculis marginalibus solitariis, *Pallas.* Est hoc animal lineare, niueum, compressum, articulatum, striatum, antice truncatum, apice sensim in acumen attenuatum, constans innumeris fere articulis: articuli singuli sunt

ouati, compressi, striis circiter duodecim longitudinalibus exarati, angulo altero in medio perforati; apex articuli singuli coronatus est margine prominulo, basis vero singuli articuli truncata, in medio parum prominula sunt. Viderur esse proliferum, eiusque formae est, ac si scyphi, vno scilicet ab altero recepto, essent intra sese repositi, facie et more Madreporae. Hinc *Vermes cucurbitini* nihil aliud sunt quam articuli ab hoc Zoophyto separati, qui tamen facilius circa extremitatem crassiorem a se inuicem secedunt — 2) *Taenia vulgaris* osculis lateralibus geminis, *Taenia articulata plana* Linn. *Lumbricus latus* Spigel. *Plax*. Corpus album, planum, lineare, et fere membranaceum, articulatum, latitudine vix pollicis, angulis acutis et mediantibus articulationibus quasi serratis; altera extremitate plerumque truncatum, altera vero sensim attenuatum: articuli singuli sunt plani, quadrangulares, latiores plerumque, quam longi; osculo subtus in latere plano singuli segmenti gemino; altero scilicet versus basin articuli constante foramine minime marginato, aut prominulo, et alio foramine minus conspicuo, ante priorem obuio, in centro fere articuli, longitudinali; rima dehiscente. Haec species proprie dicitur *Lumbricus latus*, et saepe in longitudinem plurium vlnarum excrescit, faciem vitæ gerens, vulgarissima inter Taenias, homines infestantes. 3) *Taenia lata* osculis lateralibus solitariis Linn. *Taenia articulis brevioribus* Bonnet. *Taenia articulos non dimittens* Dion. *Taenia lata*, candida, articulis breuissimis, nodosis, vnioscularis. *Pallas*. Corpus longissimum, candidum, latum, planum, altera extremitate attenuatum in filum longissimum; articuli multoties breuiores latitudine corporis, transuersim striati, media glandula tumidi, et corpus sulcis vtrinque ad glandulas circiter tribus, vel quinque, longitudinalibus exaratum: oscula ab altero latere corporis, in media glandula in idem latus tumidiore, splitaria. (Caput in extremitate filii, ex quatuor papillis cauis compositum Bonnet.). Rarissime haec species in hominibus, frequentissime in canibus passim obseruari dicitur.—Plures adhuc innotuere Taeniarum species, vt *Taenia canina*, *Taenia hydatigena* Pall. vel *Hydra hydatula* Linn. *Taenia piscium*, etc. in canibus, equis, ruminantibus, piscibus et ravis, vix in hominibus reperivndae. Licet quidem admodum verosimile sit, ova huius Zoophyti in corpora animalium delata, ibidem euolui, nutriri et incrementum, plura tamen circa eius generationem adhuc latent. *Taeniae* praesentia in homine cognoscitur ex cardialgia, orexi, anima foetente, ructu nidoroso, sputatione,

nausea, facie pallida, amblyopia, pondere et dolore abdominis, diarrhoea mucosa, certissime vero ex portionibus animalis excretis. Plura passim contra Taeniam celebrantur specifica, inter quae nostris temporibus renouatus est vsus radice Filicis maris. (Felix non ramosa dentata *Baub.* *Polypodium filix mas Linn.*) cuius tres drachmae adulto propinantur, subiuncto paucas post horas purgante valido ex panacea mercuriali, resina scammonii et gummi guttae. Obseruatum tamen est, hanc methodum longe efficaciorum esse ad expellendam Taeniam latam et vulgarem, quam ad abigendos vermes ocurbitinos. Alii drastica purgantia et vsum aquae frigidae summopere commendant. *Ge. Wandturm.* *G. Le Solitaire.*

TAGETES, est plantae genus flore composito, radiato, (Syngenes. Polygam. Superfl.) cuius plures dantur species. Habent caulem plus minusue altum, et crassum, nodosum, ramosum, plurima medulla alba repletum. Folia sunt lanaceti foliis satis similia, oblonga, acuta, in margine dentata, viridia, plura supra vnam costam disposita terminatam per vnum foliolum. Odoris est nec valde grauis, nec grati. Calyx est simplicissimus, monophyllus, erectus, oblongus, pentagonus, quinque-dentatus. Flores radiati, quorum scilicet discus ex plurimis flosculis multifariam incisis, corona vero ex semiflosculis componitur, embryonibus infidentibus et calyce monophyllo et tubulato comprehensis. Embryones autem deinde abeunt in semina longa, angulata, nigra, capitulo foliato instructa, et thalamo affixa. Radix ex multis fibris tenuibus et mollibus constat. Ob florem elegantiam passim in hortis coluntur. Decocto foliorum vis diuretica, emmenagoga et abstergens tribuitur, aliis suspecta. Rarissimi in medicina vsus. *Ge. Afrkanische Reinfarren, Sammet- oder Studentenblumen.* *G. Oeiller d'Inde.* *A. African Marygold.* *B. Sr. Anibonys-bloem.*

TALCUM, est lapis apyrus, ad contactum subpinguis, friabilis, grauitatis specificae ad aquam vt 3 ad 1. Talcum albicans, lamellis subpellucidis *Wall.* *Mica talcosa*, lamellis flexuosis friabilibus, virescenti albidis diaphanis *Linn.* Praefertur Talcum Venetum. Refertur inter cosmetica. *Ge. Zalf.* *G. Talc.* *A. Talk.* — *Talcum fibrosum* est Gypsum striatum.

TALEOLI, sunt segmenta cylindri ad eius axin perpendiculariter facta. Sic variū fructus, vel radices exsiccandae in taleolos discinduntur. *Ge. Scheiben.*

TALPA, est animal quadrupes ad mammalia bestias perti-
nens, cui dentes primores superiores sex, inferiores octo,
laniarii, maior vnus, et minores quatuor; molares acumi-
nati. Vulgaris species est *Talpa caudata* L. pedibus pentadacty-
lis. Habitat in Europae humosis sub terra, victitans e lumbricis,
non plantis, noctu praedatur. Penis omnium animalium
longissimus. Pellis delicatula. Nonnulli veterum talpam
combustam cum melle et albumine oui contra gangraenam,
lepram et strumam commendant. Sanguis contra alopeciam
laudatur. G. Maultwurf. G. Taupe. A. Mole. B. Mol. Aard mol.
TALPA, est tumor ita dictus, quod, sicut talpa sub terra
repat, hic sub cure cranium depascit, plerumque materiam
albam in se continet. Referri potest ad species atheromatis.
Ge. Speckbeule am Kopf. Ga. La Taupe. B. Een Blind
Gezwel.

TALPARIA, i. q. *Talpa*.

TALVS, vide *Astragalus*.

TAMARINDVS, seu **THAMARINDVS**, Balam-pulli *Rheed*.
est arbor Fraxini, aut Iuglandis, Castaneaeue amplitudine.
Folia sunt follequia, noctu se contrahentia, interdiu se ex-
plicantia, minutim incisa, vere forma et virore Ciceris arietini,
palmae magnitudine. Calyx est tetraphyllus, planus,
foliolis ouatis, aequalibus. Corolla constat e petalis tribus,
ouatis, planiusculis, plicatis aequalibus, patentibus, calyce
minoribus, calycis diuisuris infertis, spatium pro quarto et
infimo vacuum relinquentibus. (Triandr. Monogyn.). Le-
gumen est longum, compressum, vestitum duplici cortice,
inter vtrumque pulpa interiecta, uniloculare; semina tria,
aut plura, angulata, compressa. Habitat arbor in India vtra-
que, Aegypto et Arabia. Adferuntur ad nos fructus, vel
siliquae conuassatae et compressae, e quibus pulpa extra-
hitur. Haec qualitatis est acidulae, insignibusque viribus
eccoproticis et refrigerantibus gaudet. Hinc, praecipue
cum sero lactis ad vnam alteramque vnciam data, in febribus
phlogisticis, putridis et biliosis summopere conducit. E pulpa
facile sal acidum essentiale extrahitur. *Tamar* Arabibus et
Tamar-Indi idem vult, ac *Dactylus* Indi, quamuis dactylium,
vel glandem, non, sed siliquam, referat. Gr. Ὠξυπότις, pal-
mula acida. Ge. Sauerdatteln, Tamarinden. G. *Tamaris*.
A. *The Tamarind-tree*. B. *Tamarinde*.

TAMARISCVS, **TAMARICE**, **TAMARIX**, et **AMARIX**,
est arbor mediocriter alta. Cortex eius est asper, extus
griseus, intus rubicundus: lignum album. Folia parua,
longa, rotunda, tenuissima, Cupressi foliis fere similia, coloris

viridis pallefcantis. Calyx exiguus, quinquepartitus. Flores in fummitate ramorum crescentes, exigui, rofacei, pentapetali, albi, et purpurei. Ouarium est capsula oblonga, triquetra, vnilocularis, membranacea, trialuis, feminibus papposis et nigris plena. Radix crassa, lignosa, in multos ramos diuisa. Est Tamarix altera, siue folio tenuiore, Gallica *Bauh. Tamarix gallica*, floribus pentandris *Linn.* (Pentand. Trigyn.). Ex hac arbore sal lixiuiofum extrahitur, maxime cum sale mirabili Glauberi conueniens, et eximiis viribus aperitiuis pollens. Crescit haec arbor in Europa australi circa flumina. Huius fruticis radices et cortices ad vsum medicum commendantur, vi adstringendi maxime pollentes, hinc in diarrhoeis et morbis a laxitate vtilis. Nomen ex Graeco factum volunt a *Μυγικη*, praeposita syllaba *τα*, et *υ* littera mutata in *α*, *Tamarica*. Ge. *Tamaristenbaum*. Ga. *Tamaris*. A. *Tamarisk-wood*. B. *Tamarisch boom*.

TAMNVS, vel TAMVS, est Vitis syluestris Bryoniae similis; Planta scilicet, quae habet sarmenta exigua sine capreolis serpentia, quo a Bryonia differt, et plantas vicinas amplectentia. Folia caulibus longis adhaerentia, et alternatim disposita, Cyclaminis folia figura fere referunt, coloris viridis splendidis, saporis viscosi. Flores ex alis foliorum erumpentes, hexapetaloides, nudi, stellati, sex paruis staminibus praediti, e latere interno flosculi enatis ad intermedia segmentorum, coloris flauo, viridescantis, aut pallidi, in racemos digesti. Horum florum alii sunt steriles, nulli scilicet embryoni adhaerentes, seu mares, alii foecundi, seu foeminae, embryoni infidentes, qui deinde abir in fructum, qui est bacca trilocularis oblonga, ouata, pulposa, rubicunda, aut nigricans, continens tubam longam, membranaceam, cylindricam, in fastigio trifidam, segmenta iterum bifida, incurua, villosa, foetam feminibus binis subrotundis. Radix est magna, crassa, tuberosa, fere rotunda, extus nigra, intus alba, profunde in terra depressa, quae viridis adhuc saporem acrem linguae imprimit. Dantur autem duae species Tamni. *Tamnus* racemosa flore minore luteo pallefcente. *Tamnus communis* foliis cordatis indiuisis *Linn.* (Dioec. Hexandr.). Bryonia syluestris baccifera *Bauh.* quae inter sepes Europae australis prouenit, et cui haec descriptio imprimis conuenit. Altera est *Tamnus* baccifera flore maiori albo. *Tamnus cretica* foliis trilobis *Linn.* quae in Creta habitat. Haec planta ad vsum medicum vix interne adhibetur. Contusa externe sanguinem discutere et dolores podagricos lenire dicitur. Eius baccae sunt rubicunde coccineae

colore, et *Vuae Taminiae* dictae. An a Minio? vel an a *Yanus*, qui est in Peloponneso fluvius per Argiam fluens? vel, an a monte Siciliae eius nominis? Dicitur et *Bryonia nigra*. Ge. *Schwarze Stiefwurzel*, *Schmeermurzel*. Ga. *Sceau de Notre Dame, ou Racine Vierge, ou Couleuvre sauvage*. A. *Black Briony*. B. *Wilde Wyngaarr*.

TANACETVM, est plantae genus flore composito flosculo, (Syngenes. Polygam. Superfl.) quod crescit ad altitudinem duorum, vel trium pedum. Caules sunt rotundi, radiati, medullofi. Folia magna, longa, instar alarum extensa, et in margine dentata, coloris virido-flavescentis. Flores sunt flosculosi, in summitate caulium crescentes, et in capitulum quoddam congesti; coloris aurei splendentis, raro albi, calyce squamoso et quasi hemisphaerico comprehenti. His succedunt semina parva, oblonga, per maturitatem nigra, pappo nequaquam instructa. Radix longa, lignosa, divisa in multas fibras repentis. Tota planta est odoris ingrati, et saporis amaricantis. Huius generis praecipue duae species in usum medicum adhibentur; scilicet *Tanacetum* vulgare luteum et foliis crispis *Baub.* *Tanacetum* vulgare foliis bipinnatis, incisif, serratis *Linn.* in marginibus pratorum Europae proveniens, ad quam praecedens descriptio praecipue pertinet. Qualitatis est amarae, aromaticae, nidorofo-halituosae, viribusque carminatiuis, anthelminthicis, antiputredinosi atque balsamicis gaudet; hinc in cachexia, scorbuto, hydropse et hysteria commendatur; vsus quoque est luteo-tinctorius. Ge. *Reinfarn*, *Wurmfraut*. G. *Tanése*. A. *Tansy*, *Tausy*. B. *Worm-kruid*, *Rein-vaar*. — Altera est *Tanacetum balsamita* foliis ovatis, integris, serratis *Linn.* *Mentha hortensis corymbifera* *Baub.* in Europa australi habitans; qualitatis pariter amarae, nidorofo-halituosae, viribusque stomachicis, pellentibus et emmenagogis gaudens. In hysteria et melancholia commendatur. Externe in perionibus, herpete et tinca conducit. Ge. *Frauenfraut*, *Frauen-Marienwurzel*. Ga. *Coqu*, *Herbe du Coqu*. *Part.* A. *Costmary*. B. *Bak kruid*.

TAPSVS BARBATVS, est *Verbascum*. Putatur dici a voce *Taxus*, quia animal *Taxus* a serpentibus morsus illa planta se restituere creditur, et *Barbatus* a lanugine. Vide *Verbascum*.

TARANTISMVS, est morbus in Apulia endemius, cuius praecipuum symptoma est inexplebilis saltandi, aut choreas agendi, cupiditas, qua sub concentu musico plures, peracta saltatione, sudoreque erumpente, aegri conualefcere dicuntur. Nomen gerit a *Tarantula*, aranea Apuliae, quippe cuius

ictu calore caniculari excitari dictum est. Ab aliis vero nunc rectius aut ad vesanias, aut saepe ad morbos simulatos, refertur. Ge. *Sanzfrankheit*. G. *Tarantisine*.

TARAXACVM, s. *Dens leonis*, *Dens leonis* latiore folio *Bauh.* *Leontodon taraxacum* calyce squamis inferne reflexis, foliis runcinatis, denticulatis, laevis Linn. (Syngenes. Polygam. Aequal.) est planta humilis, quae ex radice habet folia erumpentia longa, mediocriter ampla, repentia, utroque margine profundis incisuris, veluti per lacinias, diuisis, Cichorei sylvestris aemula, sed laeuiora, cuspidata, saporis amaricantis. Flos pedunculo fistuloso innixus est semiflosculosus, plurimis scilicet semiflosculis constans embryoni indidentibus, et calyce comprehensis. Embryo autem abo deinde in semen pappi instructum, in capitulum globosum collectum, et thalamo affixum. Radix est in plures ramos diuisa, minimi digiti crassitie, tenues, lacteo succo turgentes, amaricantes. Haec planta in omni parte habet succum amarum et lacteum, qualitatis saponaceae, exiguisque viribus diluentibus, aperientibus, humectantibus et diureticis polentem. Commendatur in infarctu viscerum, ictero, aliisque morbis congeneribus. Adhibetur vel planta recens, vel aqua, cum, vel sine vino destillata. Planta haec crescit vbiuis in campis, pratis, hortis et agrorum marginibus. A *ραπαριον*, altero, quia sanguinem alterat. Ge. *Wassensblatt*, *Edenjobn*, *Hundsblume*, *Wassensohrlein*. G. *Pisse en Lis*, *Dent de Lion*. A. *Dandelion*, *Dent de Lyon*. B. *Paardbloemen*, *Hengste-bloemen*, *Papen-kruid*, *Kanker-bloemen*, *Honds-rozen*, *Schurfs-bloemen*.

TARAXIS, est humorum oculi, ventriculi, aut alui, perturbatio. A *ραπαριον*, turbo. Nonnullis etiam ita vocatur leuis runicae adnatae inflammatio, quae inprimis oritur a puluere, aliisque rebus, quae oculum extrinsecus laedunt.

TARSVS, est palpebrarum extremitas cartilaginosa, ex qua pili erumpunt. Est segmentum circuli cartilaginei positum in extremo margine palpebrarum: ab angulo minori, seu temporali, procedit vsque ad angulum maiorem, quem non absoluit: tegitur membrana tenuissima. A Latinis *Cili-um* dictum. — Item septem ossa pedis posteriora, nimirum astragalus, calcaneum, os naviculare, cuboides, et tria cuneiformia, cranium more ordinata, et per synarthrosin inter se coniuncta, Tarsus vocantur. Gr. *Ἐρῆδες*, *Ruso Πεβραδῆς*. Ge. *Der Rieß auf dem Fuß*, *Fußwurzel*. G. *Le Devant du pied*, *Tarse*, *le cou du Pied*. A. *Instep*. B. *Voor-voet*, *de Bal van de Voet*.

TARTARVS, et **TARTARVM**, non est naturae lapidescentis, quoniam in aqua, licet difficulter, solui potest, sed significat illum Salem, qui rubri, vel albi coloris, vini doliis instar lapidis accrescit, et verus sal essentialis plantae est. Eligitur ad vsum medicum albus, ponderosus, solidus, ab ea, qua vinum tangit, parte pluribus apicibus, adamantis instar acuminatis, splendens. Tartarus quidem in se, vt etiam Cremor eius et Crytalli, qualitatis sunt acidae, viribusque refrigerantibus et eccoproticis gaudent: tamen per se, licet acidum in eo exsuperet, magis ad indolem salis medii accedit, et constat ex alcali natiuo, haud ita pridem *Marggrauii* experimentis demonstrato, et ex acido vegetabili. Variis operationibus pharmaceuticis varia exinde praeparantur medicamenta salina, pro diuersa mixtione varios effectus exserentia, vt Tartarus stibiat, vel emeticus, solubilis, chalybeatus, tartarifatus, vitriolarus, regeneratus, Sal Tartari, tinctura Tartari, etc. Chemicis etiam operationibus quamplurimis inseruit. — Vocabulum quoque hoc latius extenditur ad quoduis fabulum in rebus fermentantibus, imo ad crassamentum fabulosum in corpore humano, et circa dentes genitum. Ge. *Weinstein*. Ga. *Tartre*. A. *Tartar*. B. *Wyn-steen*.

TATVRA, vide *Darura*.

TAXIS, siue reductio, est proprie operatio illa, qua intestinum, aut omentum elapsum in hernia restituitur.

TAXVS, est arbor, quae Abietem refert; lignum est valde durum, rubicundum. Folia Abietis foliis similia. Flos est amentaceus, plurimis nempe apicibus, plerumque fungiformibus, constans, sed sterilis; (Dioec. Monadelph.) embryo autem deinde abit in baccam concavam, seu campaniformem, succi plenam, e receptaculo elongato in globum superne et inferne tunica propria tectum, apice dehiscentem, coloratum, tandem exsiccatione contabescentem, foetam semine vnico ovato-oblongo, apice extra baccam prominente. Bacca haec stricte loquendo pericarpium dici non debet, et in toto regno vegetabili noto sine pari est. Arbor frequenter in hortis nostris obuia. Sunt, qui venenatam, sunt, qui innoxiam dicunt, experientiae innixi ambo. Credibile hinc pro diuersitate climatis qualitatem immutari, interim tamen plurae obseruationes folia et fructus venenatam vim habere probant. Nomen videtur deriuari a *τάξις*, venenum, quia creditur arbor venenata, vel a *τάσσω*, ordino, quod folia eius in ordinem sunt disposita. G. *Eibenbaum*. G. *Is. A. Yew tree*. B. *Iben boom*.

TEA, vide *Thea*.

TECMARSIS, est morborum coniectura, cum ob intrinsecos

tas causas, mira et anomala symptomata medicus morbi genium ignorat, adeoque de dignotione, prognosi et cura coniecturas suas probabilissimas format. A *conjectura*, conicio.

TELEPHIVM, est vlcus malignum, inueteratum, cicatricem vix recipiens, idemque cum *Cbironio*; ita a *Telepho* dicitur, qui tali vlcere longo tempore afflictus fuit. Vide *Dyspepulatoricum*.

TELEPHIVM, siue **CRASSVLA**, aut **FABARIA**, est Anacamperos, vulgo Faba crassa *Baub.* *Sedum telephium* foliis planiusculis ferratis, corymbo folioso, caule erecto *Linn.* (Decandr. Pentagyn.). Habet caules crassos, rotundos, politos, in parte inferiori rubicundos. Folia *Portulacae* foliis similia, sed maiora, carnosa, succulenta, plurima in margine leuiter incisa. Flores in summitate caulium crescunt in umbellas, sunt polypetali, rosacei, coloris flauo, pallidi. Post florem sequitur fructus triangularis, semina fere rotunda includens. Radix in plurima tubercula alba diuiditur. Planta est qualitatis mucilaginosae, subacidae, viribusque refrigerantibus gaudet. Folia contusa in varice ani et paronychia commendantur. Crescit in locis arenosis, et vocata sic fuit, quod vlceribus malignis et deploratis, quibus *Telephus*, quod *Mysiae Rex*, ab *Achille* vulneratus consenuit, (quae eam etiam ob rem *Telephia* dicuntur), auxiliatur. *Ge. Mundkraut, Knabenkraut, Donnerbohnen, fette Henne, Schmeerwurzel. G. Foubarbe des Vignes, Orpin, Reprise, Grasfette, Feve epaisse. L. Orpyne, Liuelong. B. Smeerwurzel, Hemel-sleutel.*

TEMPERAMENTVM, est qualitas ex vnione et mitione fluidorum, eorumque debita ratione ad solida resultans. Distincta a veteribus in phlegmaticum, sanguineum, choleERICUM et melancholicum. Vide *Crasis. Ge. Temperament. G. Complexion. A. Temperament.*

TEMPERANTIA, sunt ea, quae acria praedominantia in corpore nostro immutando, diluendo, vel obrundendo, temperant, aut aestum nimium sanguinis minuunt, Vide *Absorbentia*.

TEMPERATA, sunt, quae nec nimis calida, nec nimis frigida sunt, nec sua acrimonia nocere possunt, hinc minus sensibilem in corpore effectum producant.

TEMPERIES, i. q. *Crasis*.

TEMPLINVM OLEVVM, est oleum destillatum e recentibus conis abstersis.

TEMPORALIS MUSCVLVVS, *Gr. Κροταλιον* dictus. Nomen sortitur a situ; nam Temporum cavitatem occupat. Eius exortus circularis est in vtroque latere, et temporum regione ab omni illa amplitudine lateris caluariae, quae sit

a processu superiore ossis iugalis, a finitimo latere ossis frontis, a processu maximo ossis multiformis, ab osse verticis et squamoso; vtrinque laminis pericranii et membrana aponeurotica obductus, infra os iugale descendens, sensimque suis fibris veluti radiis coeuntibus ad centrum attenuatus in tendinem breuem atque validissimum, maxillae inferioris acuto processui coronoido inferitur, sicque actione sua valida, in morsu, maxillam inferiorem superiori apprimat. Musculus hic leuissimo negotio in varios ac multiplices secundum longitudinem, id est, a circumscriptione ad tendinum punctum vergentes findi potest. Secundum latitudinem in duos, siue bientralem, non solum respectu intermediae tendinosae membranae, sed et carnearum fibrarum apparentiae diuidendus est. Horum enim tendinosae et motrices fibrae membranofo septo ab inuicem distinguuntur. Ge. *Der Schlafmuskel.* G. *Muscle Croaphize, Muscle temporal.* A. *The Temporal Muscle.* B. *De Hoofds Slaap-spier.*

TEMPORVM OSSA, in parte laterali et inferiori cranii sita, superior rotunda et tenuia, a parte exteriori vtrunque conuexa, e duabus portionibus constant, squamosa scilicet et petrosa, quae organum auditus recondit, et quatuor gaudent apophyibus, iugali, mammillari, stiloide, et petrosa. Ge. *Schlaßbeine.* Ga. *Les os des Tempes.* A. *Temple-bones.* B. *Slaap-beenen.*

TEMPVS, Gr. *Κεραφος*, est pars cranii lateralis inter oculos et aures media, ossis temporum magnitudine definita: in qua emplastra cephalica ad odontalgiam et cephalaeam applicantur. Ge. *Die Schildse.* Ga. *Les Tempes.* A. *Temples.* B. *De Slaap, of Slag van 't Hoofd.*

TENACITAS, vide *Lentor.*

TENACVLVM, i. q. *Fericeps.*

TENDO, est musculorum continuata pars, coloris albi, durior, tenuior, parti mouendae annexa, constans ex fibris tenuioribus et magis compactis, nec contractilibus, nec irritabilibus, nec sensibilibus, hinc non tam continuatis fibris muscularibus, quam fibris alterius substantiae, maxime cellulosae stipatae, ipsi musculo intertextis. Si teretes fuerint, proprie dicuntur *Tendines*; si in latum expansi sint tendines, *Aponeuroses* vocari solent. Vide *Aponeurosis*. Vfus eorum praecipue est, musculis in actione se contrahentibus, partem annexam trahere. Gr. *Τένων, α τένων*, tendere. Ge. *Eine Spannader, Flechse, Sehne.* G. *Tendon.* A. *A Tendon.* B. *Len Pees.*

TENESMVS, TENASMVS, Gr. Τενεσμυδς, est continua aluum exonerandi cupiditas, qua tamen nihil praeter pauca cruenta, mucosa, aut purulenta excernitur. Oritur ab omni causa, quae intestinum rectum ad excretionem stimulat. Aliquando vermes, et praesertim ascarides, interdum haemorrhoides, vel ulcera intestini recti, in causa sunt. Plerumque vero dysenteriae comes est, quoniam intestinum rectum ex continua materiae acris deiectione exulceratur: vel fit per consensum, hinc familiaris est in partu propinquo, iisque, qui calculo vesicae laborant. Hic morbus saepe diuturnus esse solet; et in gravidis non raro abortus est causa. Tenesmus dicitur *ἰσχυρὸς*, id est contentione et nisu, qui tum fit cum vehementi cupiditate egerendi, et lassum crebro exurgere coguntur. Ge. Der Stuhlzwang. G. Tenesme. A. Tenesmus. Lusit. Puchó. B. Perffing, Drukking, Waanstoelgang, Dwang tot Stoelgang.

TENSIO HYPOCHONDRIORVM, est symptoma variis morbis, praecipue hypochondriaci superueniens, constans in molesta extensione intestini coli eiusque flexurae dextrae et sinistrae, vel etiam ventriculi, oriens aut a foecibus retentis, aut a flatibus incarceratis. G. Spannen unter den kurzen Rippen.

TENTA, idem quod *Mela*, vel quod *Turunda*, aut *Penicillus*.

TENTIGO, i. q. Priapismus, vel Nymphomania.

TENTIPELLVM, est medicamentum, quod cutim explanat, rugasque; videtur ex tendere, siue extendere, et pellis, siue cutis, deriuari.

TEPHRION, est Collyrii nomen, ab *Actio* descripti.

TEREBELLVM, i. q. Modiolus.

TEREBINTHINA: eius triplex prostat species, quae e variis arboribus vulneratis exstillans colligitur: *Terebinthina communis*, est substantia resinosa, melleae consistentiae, coloris e brunno albicantis, odoris et saporis resinosi, stillans e Pinu sylvestri *Baub. Pinus sylvestris*, foliis geminis, primordialibus solitariis glabris *Linn. (Monoec. Adolph.)*—

Terebinthina veneta, eiusdem cum priori substantiae, consistentiae tamen minus spissae, coloris magis albidus, saporis calidi, odoris aliquantum graueolentis, profuit ex arbore, quae est *Larix Baub. Pinus larix* foliis fasciculatis obtusis *Linn.* Habitat haec arbor in Alpibus Helueticis aliisque. — *Terebinthina Chia*, vel *Cypria*, resina scilicet spissa, sensim in consistentiam fragilem abiens, pallide flaua, subdiaphana, saporis acris, amari, odoris suaeolentis. Eius arbor est *Terebinthus vulgaris Baub. Pistacia terebinthus* foliis

impari pinnatis, foliolis ovato-lanceolatis *Linn.* (Dioec. *Pentandr.*). Habitat haec arbor in India, Africa, Assyria, China, Cypro, Italia et Hispania, vnde haec resina ad nos adfertur. Omnes hae substantiae in spiritu vini solubiles sunt, menstruis aquosis resistunt, cum vitello oui, aut mucilagibus aquae miscibiles in emulsionem abeunt. Gaudent viribus resolventibus, emollientibus, vulnerariis, diureticis, urinam odore violaceo inficientibus, et eccoproticis. Hinc frequentissimus earum tum internus, tum in vnguentis et emplastris vsus est. Terebinthina cum aqua destillata oleum aethereum acre et calidum largitur, sequente oleo spissiori magisque rufo, quod *Balsamum terebinthinae Pharm.* vocatur, et remanente *Resina nigra*, vel *Colophonio*. Oleum aethereum viribus summe calidis, diureticis et stimulantibus poller, hinc in adfectibus renum, vesicae et gonorrhoea, vix, si metus inflammationis addit, adhibendum. Prostat quoque in officinis Terebinthina cum aqua ad spissitudinem cocta, cuius tutior est vsus. Datur in pilulis et emulsione. *Gluten Alborini* est Terebinthina *Auicennae*. *Paracelsus Lorcher* appellat. — Terebinthina *Argensoratensis*, est substantia gummoso-resinosa, satis liquida, coloris flauo, collecta ex vesiculis, quae sponte per corticem abietis albae efflorescunt; hinc etiam *Lacryma abiegna*, vel *Oleum abietinum*, dicitur. Qualitatis est fragrantis, amarae et balsamicae; vix tamen in officinis prostat. Gr. *Τερεβινθα* et *Τερεβινθος*. An nomen a serpente, quod eius corniculum in modum serpentis contortum sit? Ge. *Serpentin*. G. *Terebinthine*. A. *Turpentine*. B. *Terpenryn*, *Termentyn*.

TEREBRA, s. TEREBRVM, vide *Modiolus*.

TEREDO, siue CARIES OSSIS, vocatur et *Teredum*, Gr. *Paedarthrocace*, et ab Arabibus, *Spina ventosa*. Idem quod *Caries ossis*. Ge. *Beinfrass*, *Beinfsaule*. G. *Carie*, ou *Vermoulissure des Os*. A. *Caries*. B. *Been-vreter*.

TEREDVM, i. q. *Caries*.

TERENIABIN, vide *Thereniabin*.

TERES, botanicis dicitur *Truncus* plantarum, aut *pedunculus*, angulis destitutus, vel *folium* fere cylindricum.

TERES RADII MVSCVLVS, vide *Pronator rotundus*.

TERETRVM, vide *Modiolus*.

TERGEMINVM, botanicis est *folium*, triplicato-geminatum: scilicet petiolus bifidus utroque apice foliola duo ferens, et insuper foliola duo ad diuarcationem petioli communis.

TERGVM, vide *Dorsum*.

TERMINALIS, dicitur in plantis *spina*, vel *pedunculus*, ad apicem plantae posita, vel arista apici glumae adfixa.

TERMINTHVS, est tumor in cruribus et brachiis, supra quem pustula nigra eminet, in ambitu rubra et inflammata, ardore molesta, fructus terebinthini magnitudine. G. *Die braunen Blattern*, *Hundsblattern*. G. *Terminsbe*. B. *Honds-blaartjes*.

TERRA, chymicis est elementum, vel substantia vltima, e minimis particulis vix cohaerentibus constans, nec menstruis, nec igne amplius mutabilis, quae soliditatem et siccitatem corporibus largitur. Mineralogis vero omnia fossilia ita vocantur quae ex partibus minimis, vix inter se cohaerentibus constant. Ge. *Erde*. G. *Terre*. A. *Earth*. B. *Aarde*.

TERRA CIMOLIA, vide *Smectis*.

TERRA DAMNATA, i. q. *Terra mortua*, et *Caput mortuum*.

TERRA FOLIATA NITRI, i. q. *Magnesia nitri*.

TERRA FOLIATA TARTARI, **ARCANVM TARTARI**, est sal medium quasi lamellosum, vel foliatum, quod constat ex sale tartari aceto vini saturato. Eximiis viribus incidentibus, resolventibus et diureticis pollet. In aqua et spiritu vini solubile, aut sponte loco humido liquescens, *Liquorem terrae foliatae tartari* largitur, iisdem viribus gaudentem, hinc vsus frequentissimi. Ge. *Blätterichte Weinsteinerde*. G. *Terre de tartre feuilletée*, *Sel végétal*.

TERRA FVLLONVM, **SAPONARIA**, vide *Smectis*.

TERRA IAPONICA, vide *Catechu*.

TERRA LEMNIA, vide *Bolus*.

TERRA MERITA, i. q. *Curcuma*.

TERRA MORTVA, post destillationem, vel combustionem in igne aperto, dein saepe repetitam elixiuationem residua, omnibus salibus, oleis, et facultatibus efficacibus destituta, simplex, homogenea et insipida est, ab igne vulgari vix amplius mutabilis, plerumque tamen in omnibus organicis corporibus calcareae indolis est, atque in vitrum album semipellucidum vi summa ignis tandem abit, omnibus corporibus consistentiam et firmitatem concilians. Ge. *Todte Erde*. G. *Terre Morve*. A. *Dead Earth*. B. *Doodde Aarde*.

TERRA SIGILLATA, vide *Bolus*.

TERRAE PANIS, vide *Cyclamen*.

TERRAE TVBER, vide *Cyclamen*.

TERTIANA CONTINVA, vide *Hemiprizaeus*.

TERTIANA FEBRIS INTERMITTENS, est febris, quae tertio quouis die (id est, vno tantum die vacuo inter duas exacerbationes) cum rigore et horrore aegrum inuadit, subsequente dein calore, primum sicco, dein mitescens

symptomatis humido, et detinet per duodecim plerumque horas, tum plane intermittit, et post diem liberum vnicum rursus inuadit. Distinguitur a medicis in *Vernales* et *Aurumnales*, quod hae plerumque diu durent, et vix nisi arte curentur; illae breui, et saepe sponte cessent; suntque vel *Exquisitae*, quae acerbioribus quidem stipatae sunt symptomatis, sed vix ultra duodecim horas aegrum detinent; vel *Norhae*; quae paroxysmum quidem mitiorem habent, sed per plures horas excurrunt, et vacuo die maiorem languorem relinquunt. Gr. *Terraios*. Ge. *Drehtägiges Fieber*. Ga. *Fievre Tierce*. A. *A Terrian Fever, or Terrian Ague*. B. *De anderendaagse Koors*.

TESSELLAE, i. q. *Rozulae*, aut *Tabellae*.

TESSERAE, vide *Cuboides*.

TESTES CEREBRI, sunt prominentiae duae posteriores cerebri, substantiae medullaris, ob similitudinem testes dictae, prope glandulam pinealem, supra et pone ventriculum tertium sitae, et adhaerentes duabus maioribus protuberantiis, quae nates vocantur. Quatuor hae *protuberantiae* communi nomine *quadrigeminae* dicuntur.

TESTES MULIEBRES, dicuntur *Ovaria*. Vide *Orchis*.

TESTES SVCCESORII, epididymides vocantur. Ge. *Nebenhoden*.

TESTES VIRILES, sunt duo ovalia corpuscula, seroto inclusa, in viris extra abdomen pendula, multis vasis congregatis, vasorum spermaticorum propaginibus, constantia, in quibus semen generatur. Exterius variis tunicis obducuntur, nempe albuginea, vaginali, aliaque tenui et rubra, a cremastere dilatata oriunda. Vulgo ita vocari dicuntur, quia virilitatis testimonium praebent. *Colei Cic. et Mart. Vasa Plauto*, *Ὀρχαί, Διδυμοί, Μήτρα, Hefiodam, Μήτρα Hom. Ὀρχαία, Ὀλκοί, Oppiano*. Vide *Orchis*. Ge. *Männliche Hoden, Hóblein*. G. *Testicules*. A. *Testicles, Stones*. B. *Zaad-ballen*.

TESTICVLVS, vide *Testis* et *Orchis*.

TESTICVLVS CANINVS, i. q. *Saryrion*.

TESTICVLVS VENEREVS, est, quando testis post contagiosam venerem, praecipue post gonorrhoeam suppressam, valde intumescit, indurescit, non sine doloris sensu. Ge. *Sandballen, Venusballen, Venusboden*. G. *Testicule venerien, Chaudepisse tombée dans les bourses*. A. *Venereal Swelling of the Stones*. B. *Zand-kloor, Venus-kloor*.

TESTVDO, est tumor magnus, mollis, vel non valde durus, in capite, latiore forma in modum testudinis, extensus,

a cuius similitudine accepit nomen. In principio in castaneae, postea vero in formam oui excrescit, in eoque mollis materia, tunica quadam obducta, continetur, (vnde ab autoribus ad melicerides refertur) atque caluariae ita inhaeret, ut ipsam plerumque vitiet, ipsique cariem inducat. Ge. Eine Schildkrötengeschwulst. B. Een Schildpad-gezweel.

TESTUDO, fasciae quoque est species in genu vitata. Ge. Kniechildkrötenbinde.

TETANUS, est spasmus, siue constrictio simultanea musculorum extensorum et flexorum corporis, ita ut corpus rigidum efficiatur et inflexile, cum respiratione laboriosa et sensuum integritate, quo ipso patet, tetanum a catalepsi, in qua corpus flexile manet, et a communi rigore vehementia differre et duratione, nec non alterum illum febrilem rigorem plus affigere fibras in cute, tetanum vero musculos utrinque, ita tamen, ut plerumque vel emprosthotonus, vel opisthotonus, nonnihil excedat. Aliquando quoque particularis est, qui membrum quoddam, vel articulum priuatum, e. g. maxillam inferiorem, immobilem reddit. A. tetanus, extendo. Ge. Der Todtenkrampf. G. Spasme tetanus. A. Constant Contraction. B. Krampptrekking, Regr-styvighed, Spanning, Hals-styffe.

TETARTAEVS, i. q. Quartana.

TETARTOPHIA, est genus febris remittentis, cuius paroxyismi similes sibi mutuo quarta quavis die respondent, seu quartanae typum imitantur. Rarissimum est febris genus, quod producit a causis synochi et quartanae coniunctis, et ut plurimum letalis est. Ge. Viertägig anhaltendes Fieber. G. Fievre quarte continue.

TETRAPETALA, botanicis dicitur florum corolla, e quatuor petalis, siue aequalibus, siue inaequalibus, constans.

TETRAPHARMACVM, est medicamentum ex quatuor ingredientibus constans, ut est unguentum basilicum. Ex τετρας, quatuor, et φάρμακον, medicamentum. Ge. Basilicum. G. Onguent Basilic.

TETRAPHYLLVS, dicitur florum calyx e quatuor foliis compositus.

TETRASPERMAE, dicuntur plantae quatuor semina ferentes; si semina absque capsula in calyce maturescant, dicuntur gymnotetraspermae, suntque haec vel asperifoliae, ut Borrigo, Buglossum, etc. vel verticillatae, ut Salvia, Melissa, etc.

TETROBOLON, est pondus quatuor drachmarum.

TEUCRIVM, est plantae genus, quam plurimas species comprehendens, (Didynam. Gymnosperm.) calyce monophyllo, semiquinquesido, campanulato, corolla monopetala, ringente, vel unilabiata, scilicet labio superiori ultra basin profunde bipartito, labio inferiori patente, trifido, laciniis lateralibus figura labii superioris, erectiusculis, media maxima, subrotundata, seminibus quatuor subrotundatis in calyce maturefcentibus. Huius species est *Teucrium fruticans* Linn. foliis integerrimis oblongo ovatis petiolatis, supra glabris subtus tomentosis, pedunculis unifloris. Est arbuscula ut plurimum satis parva et humilis, aliquando ad hominis altitudinem crescens. Caulis est minimi digiti crassitiei, cortice albo obtectus, et in ramos albos diffusus, quorum duo sibi inuicem oppositi. Folia oblonga, aut obrotunda, in margine incisa, Chamaedryos foliis paulo maiora, quae vero virgularum fastigia ornant, ad Hormini folia quodammodo accedunt, nequaquam per ambitum incisa, et circa basin latiora, in acumen desinunt: saporis acriusculi, cum amarore non ingrato. Flores sunt labiati, albi, calyce albo comprehensi. His succedunt quatuor semina obrotunda. Haec planta semper est viridis, et crescit in regionibus calidis, ut in Italia circa mare. Aliis *Chamaedrys* vocatur. Teucrium vero a Graecis pariter ac Latinis dicitur, quod Teucer, Aiakis frater, hanc herbam inuenerit. Afferunt enim, cum exta in sacrificio super eam proiecta essent, lieni adhaesisse, eumque exinanisse, illudque a Teucro primum observatum fuisse. *Teucrium verum*, est *Veronica latifolia* Linn. racemis lateralibus, foliis cordatis, rugosis, dentatis, caule stricto: *Chamaedrys spuria latifolia maior* Raub. Ge. Bergbathengel. Sed *Teucrium officin.* est *Teucrium chamaedrys* foliis cuneiformi-ovatis incisis, crenatis, petiolatis, floribus subverticillatis ternis petiolatis Linn. Qualitatis est amarae, viribusque roborantibus et antarthriticis gaudet. Ge. *Gamanderlein*. G. *Germandrée*, A. *Gamanderlin*.

TEVTLON, Gr. Τεύτλον, Σβύτλον, est Beta, a *βέτα*, concutio, agito, ab impulsu nempe, quod facile excrescat. Vide *Beta*.

TEXTVRA, significat organicam partium corporis humani structuram.

THALAMVS, botanicis dicitur fundus calycis, quem embryones, vel teneri fructus, occupant. — *Thalami cordis*, vide *Cor*.

THALAMI NERVORVM OPTICORVM, sunt duae prominentiae substantiae corticalis et medullaris, quae in posteriori parte ventricularum lateralium cerebri sitae, fere qua-

tae, in cadauere, quod ab arte mutatum non est, contiguas, rectilineo plano, non rotundo colle, et frequentissime in parte superiori, confusa parte corticis connatae, inde extrorsum atque retrorsum tendentes, versus basin cerebri descendentes, et e ventriculis exeuntes, vtrinque *Nervos opticos* generant. *G. Die Hügel der Sehnerven. G. Les Couches des Nerfs Optiques.*

THALASSIA, i. q. *Depressio cranii.*

THALICTRUM, seu *THALICTRUM*, est plantae genus, (Polyandr. Polygyn.) cuius species officinalis est *Thalictrum flavum* *Linu.* Habet ea caules ad hominis altitudinem crescentes, rigidos, striatos, ramosos, quasi angulosos, intus excavatos, coloris ut plurimum rubicundi purpurascens, et aliquando viridis. Calyx nullus. Flos est rosaceus, quatuor scilicet petalis in orbem positis constans, ex cuius meditullio surgit numerosa staminum congeries pistilla cingens, quae deinde abeunt in fructum carinatum, in quo velut in capitulum colliguntur capsulae modo alatae, modo alis carentes, seminibus foetae singularibus, ut plurimum oblongis. Radix fibrosa est, repens, coloris flavescentis, saporis amaricantis, ingrati. Planta haec pollere dicitur viribus emollientibus, eccoproticis, aperitiuis et antistericis. Radix salivam et urinam luteo colore inficit. In balneis infantum laudatur. Rarioris est in medicina usus. *Thalictrum* dictum volant *ἄκρ τῆ θάλασσης*, virere, quod, dum germina protrudit, eleganter vireat: cum tamen sint puniceae purpurei coloris. Hinc forte de foliis hoc valet quae cum primum expanduntur, ac praesertim minora, eleganter virent. Aut *ἄκρ τῆ θάλασσης*, vel *θάλασσης*, surculo, ramulo, καὶ ἄκρῳ, geniculo, quod cauliculos, seu surculos geniculatos, proferat. *Ge. Wiesense raute, Ströteindill, Heilblatt. G. Rue des prés, Thalivron. A. Meadow-rue. B. Wasser-ruit, Poel-ruit.*

THAMAR, Arabibus *Dactylum*, palmae arboris fructum significat; unde confectio quaedam *Diatthamaron*, corrupte *Diacamaron*.

THAMARINDUS, vide *Tamarindus*.

THAMNOS, *Thamnion*, *Thamniscos*, *Thamnoides*, est *Fru- rex*. Videtur dici, quasi creber ramis, a *θαμνός*, creber et quasi densus.

THAPSIA, est planta *Ferulae* similis, foliis tenuiter dissectis, (Pentandr. Digyn.). Flos est rosaceus et umbellatus, plurimis scilicet petalis constans, in orbem positus, et calyci insidentibus: is autem abit in fructum, ex duobus seminibus compositum, longis, striatis, ala cinctis amplissima, foliacea, vtrinque introrsum plerumque emarginata. *Thapsia*

officinalis, est *Thapsia asclepium* foliis digitatis, foliolis bipinnatis, setaceo-multifidis Linn. Panax asclepium, semine folioso Baub. de qua in vsu medico adhibetur radix, rarius tamen, ob qualitatem drasticam, qua violenter purgat. Commendatur in vnguentis contra scabiem. Vocatur a Thapso insula, in qua primum creditur inuenta. G. *Tapsie*, ou *Turbith bazard*. A. *Deadly Carrots*.

THAPSIA *Foeniculi folio* Baub. est *Seseli turbith*, vel *Turbith vegetabile spurium* nonnullorum. Vide *Turbith*.

THAPSYS, vide *Tapsus barbatus*, s. *Verbascum*.

THEE, frutex est Chinesibus, Iaponensibus, et Tartaris indigena; dicitur et *Cha*, vel *Chia*. Folliculum amygdali foliis fere similem, obscure viridem, profert. Estque virgultum, quod in ramulos varios, aut virgulas, sese diffundit. Eponymo affinis arbor orientalis nucifera, flore roseo Pluk. *Thea bohea* floribus hexapetalis Linn. (Polyandr. Monogyn. aut forte rectius Trigyn.) Calyx est sexpartitus, minimus, saepe etiam pentaphyllus. Flores fert Cisti foeminae et Gossipii mediam faciem referentis, sex, vel nouem petalis albicantibus, aut pallidis, constantes, staminulis multis medium florem occupantibus. His demum succedunt fructus, dum adhuc vigent, virides, resiccati autem cortice magis rugoso, ex spadiceo fusco vestiti; figura saepe globosa est, magnitudine globuli lusorii, semen tantum vnicum continententes. Alii contra geminati, sive in duos loculos, seu scrotum caninum, dispertiti. Alii vero trigoni, et tria semina continent. Folia porro huius fruticis colligunt, et ignis calore in sartaginibus resiccant, quae postea aquae feruidae iniiciuntur, eorumque tinctura tunc ex vasculis myrrhinis sorbillando ebibitur. Folia masticata leuiter adstringunt, et non ingratum saporem relinquunt. Varietates, quae ad nos adferuntur, et frequentissime in *Boheam* et *viridem* distinguuntur, non nisi tum a foliorum teneritudine, tum a tempore colligendi et modo praeparandi pendent. Qualitatis sunt plus, vel minus fragrantis, herbaceo-stypticæ; infusum cum vitriolo martis in nigredinem abit. Gaudet viribus roborantibus et anodynis; hinc in somnolentia, polyfarcia et calculo commendatur. Vfus diaeteticus frequentissimus. Nocet abusus potus calidi in laxitate solidorum, et ob principium narcoticum nervis inimicum. Ex China extractum aliquod siccum adfertur, quod in aqua solutum non adeo nociuum effectum exferit.—Ad similitudinem huius plantae, insula omnium plantarum medicinalium

vocantur *Theiformia*. — *Thee Germanovum*. Vide *Oreoselinum*, *Veronica*, etc. Ge. Ga. B. *Thé*.

THEION, Gr. Θεῖον, siue *Diuinum*, Hippocrati est in morbis specificum quid, valde efficax, ad singulares effectus producendos, sed cuius vera indoles tamen latet, nec detegi potest. Tale quid in morbis epidemicis et contagiosis praecipue obseruari creditur. Idem forte quod *Vis vitae*, aut *Vis naturae* aliis dicitur.

THELIGONIA, vide *Nymphomania*.

THELYGONOS, sic dicuntur plantae, quae sunt ex foemino sexu. Gr. Θηλυς est foemineus, et γένος, soboles, generatio.

THELYPTERIS, vide *Filix*.

THENAR, est vnus ex musculis pollicem manus abducen-
tibus, qui oritur a ligamento carpi interno et osse multan-
gulari maiori, et inseritur in totam superficiem primae pha-
langis, et parti superiori secundae. *Thenar*, seu abductor
pollicis *pedis*, est etiam musculus oriens a parte interna ossis
calcanei, navicularis et primi cuneiformis, et parti internae
et posteriori primae phalangis pollicis insertus.—*Thenar*
quoque habetur pro cauitate omni interiore manuum
quae dicitur *Vola*, item pro *Planta*, sed stricte sumit-
ur pro *Vola manus*, siue *Palma*. Ge. Die flache Hand. G.
Le. *Thenar*, ou la *Paume de la Main*, ou la *Plante du Pied*.
A. *The Palm of the Hand*. B. *De Hand-palm*.

THEOBROMA, vide *Cacao*.

THEODORETOS, quod et Διαμανηδόν vocatur, est anti-
dorus, ad frigidas capitis affectiones.

THEOPHILION, est collyrium quoddam.

THEOPHRASTICI, sunt sectatores *Paracelsi*.

THEOREMA, vide *Theoria*.

THEORIA, est pars medicinae, quae ratiocinando agit de
fabrica partium corporis humani, tam solidarum, quam flui-
darum; de earum naturali constitutione, vsibus vel publicis,
vel priuatis, effectibusque solidorum in fluida, horumque
in illa; de omnibus iis, quae corpori mutationem quandam,
vel morbos, inferre valent, de signis sanitatis et morborum,
de morborum exitu, viribusque et modo agendi medica-
mentorum, eaque omnia ad praxin applicare docet. Hunc
in finem adhibet regulas quasdam in aliis scientiis demon-
stratas, et huc assumtas, quo imprimis spectant mechanica,
chemia, et anatomia. A *Simplex*, contempletur, vnde *Theore-
ma*, seu propositio ad hanc partem pertinens, *Theoretica*,
quae ad medicinam speculatiuam pertinent; et *Theoreticus*,

id est medicus, qui Theoriam callet, eamque pro fundamento praxeos suae habet. Ge. Theorie der Arzeneikunst. Ga. *Théorie de la Médecine*. B. *Bespiegelende Deel der Medicynen*.

THERAPEVTICA, s. THERAPIA, est pars medicinae, quae medicum docet, quibus auxiliis hominem aegrotantem in pristinam sanitatem restituere, vitam eius conseruare, morbos profigare, eorumque symptomata abigere debeat; hinc materiam medicam instruit ex variis medicinis, vario tempore et obseruatione notatis, quarum quoque ritam praeparandi methodum, vt scopo proposito satisfaciant, edocet: diaetae obseruandae regulas tradit: tandemque indicationes suppeditat, et veram medendi methodum demonstrat, siue manuum operam, siue remedia pharmaceutica requirat. A *ἰατρικὴ*, sano. Ge. *Heilkunst, Therapie*. Ga. *Thérapie*. B. *Geneezende Deel der Medicynen, Geneeskunde*.

THERENIABIN, siue TERENIABIN, est *Manna orientalis*; quae *Drosomeli* et *Aeromeli* Gr. dicitur. Ga. *Manne liquide*. Conf. *Manna*.

THERIACA, est medicamentum electuarii forma venenum, vt credunt, expellens. A *θηρ*, fera, quia ferarum morsibus medetur, vel quia viperinae carnes eius compositionem ingrediuntur, atque ab *ἀντοκῶν*, sano. G. *Theriacque, Antidote*. A. *Treacle*. B. *Theriakel*.— Varia prostat: *Andromachi*, Archiatri Imperatoris Neronis, quae magnam ingredientium farraginem continet; et *Diatessaron*, quod ex quatuor tantum simplicibus calidis, gentiana, baccis lauri, myrrha, et aristolochia rotunda, melle exceptis, componitur. *Theriaca coelestis* anodyna est, ob magnam, quam continet, opii quantitatem. *Theriaca smaragdina* roborans et neruina est.

THERIOMA, est vlcus ferum, carcinomati simile. A *θηρῶν*, in ferinam indolem degenero.

THERMAE, sunt balnea, vide *Balaneum*. A *ἰσχυρῶν*, calefacio. Oritur praecipue calor ex actione et reactione reciproca principii sulphurei et martialis, quod hae aquae continent, dum ob acidi sulphurei, vel vitriolici, nifum in ferrum, pars inflammabilis sulphuris liberatur, suaque actione aquam calidam reddit. Pro varia principiorum proportionem varius est, isque latissimus et saepe saluberrimus, harum aquarum vsus. Ge. *Warme Bäder*. Ga. *Bains chauds, Thermes*. — *Thermae artificiales* sunt, quae interdum, si naturales deficient, ex aqua cum sulphure, calce vitra, marte, etc. praeparantur.

THERMANTICA, sunt medicamenta calefacientia. A *ἰσχυρῶν*, calefacio. Ge. *Erwärmende Mittel*. G. *Echauffant*.

THERMINTHVS, vide *Terminthus*.

THERMOMETRON, est calor debitus, qui ex pulsibus deprehenditur. A *θερμω*, calefacio, et *μετρον*, modus. Ge. Die natürliche Hitze. Ga. *Chaleur naturelle*. A. *Natural Heat*. B. *De nazuurlyke Warmte*. — Ita quoque vocatur fistula vitrea cum vitreo globo, vini spiritu, vel etiam mercurio, plena, qui calore et frigore rarefactus, vel condensatus, gradus quoque eorum docet; hinc vtilissima est machina, etiam corpori humano applicanda in calore febrium ardentium, etc. dimetiendo. Ge. Ein Wetterglas, Thermometer. G. A. *Termomètre*. B. *Een Weer-glas*. — Instrumentum hoc vocatur etiam *Thermoscopion*.

THLASIS, est violenta conquassatio testiculorum.

THLASPI, est planta, quae habet caules rotundos, ramosos, villosos; folia habentes sine pediculis, instar minimi digiti longa, ad basin ampla, et sensim ad apicem acuta facta, dentata, coloris viridis, saporis acris. Flores sunt exigui, albi, Bursam pastoris referentes, cruciformes, quatuor scilicet petalis constantes. Post florem sequitur fructus, seu capsula seminalis orbiculata, compressa, ora plerumque foliacea et suprema fissa, in quo loculamenta diuisa, septo intermedio, respectu valuarum, ad perpendiculum oblique posito; seminibus foeta paruis, oblongis, compressis, rufis, saporis acris et feruidi. Radix est satis crassa, et fibrosa, lignosa, alba, aliquantulum acris. Haec planta crescit in locis desertis. Huius generis (Tetr. Silicul.) plures dantur species. Maxime vulgaris, de qua hic sermo est, et quae interdum in usum medicum adhibetur, est *Thlaspi arvense* siliquis latis *Baub. Thlaspi arvensis* siliculis orbicularis, foliis oblongis, dentatis, glabris *Linn.* Qualitatis est fragrantis, alliaceae. Semen, quod fere solum in usu est, et etiam Theriacam ingreditur, acre est, viribusque abstergentibus, aperitiuis, et emmenagogis pollet. Est etiam masticatorium et apophlegmatizans. Gr. *Θλασθιον*, *Σιναπι* *ἀγριον*, item *Capsella* et *Scandulaceum*. Nonnulli herbarii *Nasturtium tectorum*, et *Sinapi rusticum*, quod digitis fricatum. *Sinapim* suboleat, appellant. Graeci a fructus forma dictum volunt, qui *Nasturtio* similis est, sed latior, velut infractus et contusus. *Θλασθιον* enim iis contundi est et infringi, infringendoque, quod globosum tumidumue erat, malleo, lapide, pedeue cum dilatatione exaequare. Ge. *Wilder Senf*, *Pfennigtraut*, *Klaffer*, *Bauernsenf*. G. *Thlaspi*, *Taraspic*. A. *Treacle Mustard*, *Penny-cress*. B. *Wilde Kors*, *Schild-kruid*.

THLIPSIS, est valorum compressio, a causa extra vasa

posita, qua eorum interna cavitates tollitur, ac proin liquidis transmittendi fluxus impeditur. A *ῥαίσει*, comprimo.

THOLVS DIOCLETIS, est fasciarum species, quae vulneribus circa aurium regiones applicatur. Ge. *Dhrentbinde*. G. *Tolus de Dioclete*. B. *Sluurbalks'zwagel*, *Oor-zwagel*.

THORA, est Napelli species, dicitur et *Phthora*. Vide *Phthora*.

THORACICA, sunt medicamenta aduersus pectoris mala. Ge. *Brustmittel*.

THORACICVS DVCTVS, vide *Sacculus chyliiferus*.

THORAX, siue medius venter, est totum id cauum, quod circumscribitur superiore parte, a costis superioribus; inferiore, a diaphragmate, parte antica, a sterno, postica, a vertebris dorsii; lateribus a costis. Oualis et fere parabolicae figurae est, exterius conuexa, vt iniuriis externis eomelius resistere posset; continet cor et pulmones, atque intus membrana pleura circumtenditur. Ab *Hippocrate* et *Aristotele* pro thorace sumebatur totum id, quod a clauiculis ad pudenta vsque excurrit, hoc est, medius et infimus venter. A *ῥοσίν*, salio, quia in eo cor continuo salit. Ge. *Die Brust*. G. *La Poitrine*. A. *The Breast*. B. *De Borstholigheid*. — *Thoraces* quoque vocantur machinae illae ex ossibus balenae plerumque confectae, qua thoraces foeminarum et puerorum saepe maiori cum detrimento, quam vsu, ineluduntur. Ge. *Schnürbrüste*, *Schnürleiber*. G. *Corps de Baleine*. A. *Strays*. B. *Ryglyf*, *Keurslyf*. — *Thorax* tandem est idem, quod *Quadrige*, seu *Cataptracta*, fascia scilicet, quae pectori applicatur. Ge. *Harnischbinde*. G. *Plastron*, *Cataptracte*.

THOREXIS, est vini generosioris potus, pectus calefaciens et quasi loriceis circumdans. A *ῥορήσει*, lorico.

THROMBOSIS, est coagulatio lactis, vel sanguinis in corpore humano. *Thrombosis* tamen lactea potius videtur inflammatio lactea, seu in vasis lacteis et glandulis oborta, ab infarctu et impetu illius humoris et sanguinis affluentis. Vide *Coagulatio*. G. *Le Poil*.

THROMBVS, est sanguinis, aut lactis, in grumos coagulatio. A *ῥομβόσω*, grumescio. Ge. *Geronnen Blut*. G. *Grumeaux de sang*, ou *Sang caillé*, ou *coagulé*. A. *Clodded Blood*. B. *Geronne Bloed*.

THRYALLIS, est *Verbasci* species, ex quo *Ellychnia* solebant fieri. *Θρυαλλίς* enim est *ellychnion*, a *ῥήγω* et *ἄλλομαι*, quod *Caleas* et *Surgas*, quod conuenit *ellychnio* accenso.

THVS, siue **OLIBANVM**, Gr. *Λιβανός* et *Λιβανωδόν*. Resina est duriuscula, obscure pellucida, extus farinosa, intus e
flauo

flavo pallefcens, in grana variae magnitudinis et formae concreta, faporis resinofi, amaricantis, odoris, dum accenditur, fragrantiffimi. Stillat partim sponte, partim e fauciata arbore, quae est Cedrus folio Cupressi maior, fructu flauescente *Baub.* *Iuniperus phoenicea* foliis ternis obliteratis, imbricatis, obrufis *Lin.* (Dioec. Monadelph.) vel e *Iunipero thurifera eiusd.* Habitat in Aethiopia et Arabia. Thus, quod ad nos adfertur, variis, nec adeo concinnis nominibus, distinguitur. Est scilicet *masculinum*, quod proprie *Olibanum* vocatur, seu *Melax*, Arab. *Melafon*, et *foemininum*. *Masculinum* ex albo flauescit, et ob grana compacta reticulorum instar rotundum est, guttarumque formam referens, candidum intus et pingue. *Foemininum* magis resinofum est ac molle, cito ardens et flauum. Praefertur *masculinum*, vt quod ex arboribus montanis colligitur, et magis purum est; igni infersum valde fumat, et odorem aromaticum spargit. — *Cortex* etiam huius arboris, qui *Thymiana* et *Thus Iudaeorum* vocatur, in vsu est, debet esse crassus, pinguis, odoratus, recens, minime scaber. — *Manna thuris*, sunt micas fragmenta, pollen ac farina Thuris, quae ex collisione, dum in laccis vehitur, colliguntur. Thus eximiis viribus vulnerariis et abstergentibus pollet; hinc eius vsus internus in morbis pectoris, vteri, intestinorum et sanguinis sputo commendatur. Emplastra varia ingreditur. Suffimigium in catarrhis et rheumatismis prodest. Dicitur secundum nonnullos *Tus*, a tufis glebis: sed potius a graeco verbo *Θύω*, sacrifico, nomen habere videtur, quod veteres Thure sacrificabant et supplicabant. Gr. *Λιβανός καὶ δένδρολίβανος*, quemadmodum lacryma *λεβανωτός*, quae *Hippocrati* *λιβανωτός καρπός* dicitur, *Λιβανός*, a *λεῖβω*, stillo: licet Graeci fabulentur, a Iuvene Assyrio huius nominis, quod Deos studiose coleret, ab inuidis occiso et in hunc fruticem conuerso, dici; atque hinc Diis Thure gratius nihil esse. Ge. *Weihrauch*, Arabischer, oder ächter *Weihrauch*. G. *De PEncens*. A. *Frankincense*. B. *Wierook*. Arab. *Lovan*, *Conder*.

THVS IYDAEORVM, vide *Thymiana* et *Thus*.

THVS SYLVESTRE, vel VVIGARE, est resina purissima e Pino exstillans, cuius grana in formicarum aceruis reperiuntur. Qualitatis resinoso-balsamicae passim emplastris additur, et inter euporista commendatur. Ge. *Falscher Weihrauch*, deutscher *Weihrauch*.

THVYA, vide *Arbor vitae*.

THYMA, i. q. *Ethyma*.

THYMBRA, est herba, caractere, qualitate et vitibus cum Thymo, Satureia et Calamintha conueniens, et ab iis tantum floribus verticillatim positis differens. Forte *ἀρόρον* *ῥόσον*, *Odores accendere*, idque ob fragrantiam, vel a *Thymus*, ob similem forte odorem. Est *Satureia thymbra* Linn.

THYMELAEA, *Daphne mezereum* floribus sessilibus ternis caulinis, foliis lanceolatis, sessilibus Linn. (Ostendr. Monog.) est arbuscula, cuius truncus saepe instar pollicis crassus est, plures habens virgulas, vel ramos, sesquipedem circiter longos, pulchros, rectos, foliis Lini foliis fere similibus instructos, sed maioribus, latioribus, semper viridibus, viscosi quidquam, si dentibus atterantur, praebentibus. Flos monopetalus, utrunque infundibuliformis, quadrifidus. Ovarium in centro floris fit fructus ovatus, succi plenus, foetus semine oblongo, habente pelliculam nigram, splendorem, fragilem, sub qua invenitur medulla alba feruidi saporis. Radix longa, crassa, dura, lignosa, externe grisea, aut rubicunda, interne alba; in initio dulcis, sed postea acris et caustica. Huius plantae folia, cortex et semina qualitatis sunt acris et drausticae, rarissimeque interne adhibentur; a quibusdam tamen cortex externe, ut vesicatorium, vel rubeificans, in variis morbis applicatur, conf. *Exutorium*, et radici in decocto adhibitae eximiae vires resolventes in rophiis venereis attribuuntur. Vide *Mezereum*, *Laureola*, *Coccus gnidius*. Haec planta crescit in locis incultis: quibusdam *Chamaelaea*: dictam volunt quasi Tithymelaeam, ex Tithymali et Oleae mixta facie. Malunt tamen alii, nomen esse compositum, ex Thymo et Olea. Sed dicitur potius quod oleae fert folia, et Tithymali instar aluum soluat; vel quod foliis sit oleaceis, angustis, admodum viscidis, pinguibus, et Tithymali foliis similibus. Ge. Kellerhals, Seidelbast. G. Garou, Bois gentil. A. Spurge Olive.

THYMIAMA, idem quod *Suffrus*. — Prostat etiam *Cortex Thymiamatis*, quem *Hofmannus* habet pro cortice arboris storacis, ex qua liquida Storax exprimitur, vel pro cortice arboris thuriferae, intermixtis granulis thuris. Vide *Thus*.

THYMION, **THYMVS**, est verruca minor super corpus in cute eminens, ut *Acrochordon*, tenuis, supra latior, subdura et in summo aspera. Colorem Thymi repraesentat floris, a quo denominatur. Habet magnitudinem fabae Aegyptiacae. Modo vna, modo plures nascuntur in palmis, talis et plan-

tis pedum; pessimae sunt in obsoenis locis, maxime ubi sanguinem fundunt. G. *Harte Warzen*. B. *Harde Wratten*.

THYMVM, THYMVS, est plantae genus flore labiato, (Didynam. Gymnosperm.). Species officinalis est *Thymus vulgaris*, folio tenuiore *Baub.* *Thymus vulgaris* erectus, foliis reuolutis, ouatis, floribus verticillato-spicatis. Habet haec caulem tenuem, lignosum, album. Folia sunt parua, opposita, tenuia, angusta, albescentia, vel virido-obscura, saporis acris. Calyx est monophyllus, rubulatus, semibifidus in duo labia, fauce villis clausa. Flores sunt in capitula collecti, minimi, purpurei, galea surrecta, plerumque bifida, barba tripartita. Semina quatuor obrotunda his succedunt, in capsula, quae floris calyx fuit, inclusa. Qualitatis est aromaticae et spirantis, hinc viribus neruinis, diureticis, anticatarrhalibus et roborantibus, externe adhibita, resolventibus gaudet. — *Thymus creticus Pharm.* est *Satureia capitata*. Vide *Satureia*. G. *Kretischer Thymian*. — *Thymus* ab odore dici videtur, a *ῥῆμα*, suffio; quod eo veteres primum vsi sint in sacris, quae accenso igne fiebant, vel a *θυμῶς*, animus, quia eius odor corroborat, quodque iis adhibetur, qui animi deliquium patiuntur. G. *Thymian*, *Welscher Quendel*. G. *Thym*. B. *Thym*.

THYMVS, s. *Glandula thymus*, est glandula conglomerata, dorsum quasi bifida, sita in superiore parte thoracis, anterius immediate sub jugulo, et extensa secundum longitudinem aortae et venae caedae vsque ad pericardium, eiusdem fere coloris et substantiae, quam pancreas; quae, quo animal est magis origini proximum, eo maior est, quo animal adultius, eo minus conspicua. In recens natis saepe lacteo succo turget. Ductus excretorius nullus hucusque certus repertus est; hinc huius glandulae functio non immerito eadem habetur cum functione reliquarum glandularum lymphaticarum, scilicet eo maiorem lymphae nutritiae quantitatem ad celerius corporis incrementum elaborare. Ge. *Brustdrüse*. G. *Thyme*. A. *The Breast glandule*. B. *De Brust-klier*.

THYREOARYTAENOIDES, est pars musculorum, ortum habens a cartilagine scutiformi, anterius in latera cartilagini arytaenoidearum conscendens; laryngis rimulam constringit. Ex *θυρεός*, scutum, *ἄρυτανα*, haurio, et *ἰδος*, forma. Ge. *Seitenmuskel der Brusthöhle*. G. *Muscles Thyro-Arytenoidiens*.

THYROIDEA, s. THYROIDEA GLANDVLA, est glandula maxima colli, plerumque vnica in homine, raro duplex, lunae cornutae vtrplurimum similitudinem referens, cornibus ex vitro

que latere sursum exporrectis, eisque tam cartilagini thyroideae et cricoideae, quam oesophago, vtrinque adhaerens; pars vero media, quae isthmus appellatur, superioribus asperae arteriae cartilaginibus iungitur. Insignibus gaudet vasibus arteriosis et venosis, quae *thyroidea* vocantur. Cum tamen ductus excretorius in hac glandula nondum repertus sit, quem proprie succum, et in quem usum secernat, vix adhucdum satis constat. Ge. *Schlunddrüse, Halsdrüse.* G. *La Glande Thyroïdienne.* B. *Strot-klieren.*

THYREOIDES, s. THYROIDES, *Scutiformis*, vel *Clypealis cartilago*, est laryngis omnium maxima, et antice in collo prominens, quasi e duobus planis ad angulum sibi iunctis constans, quatuor processibus praedita, quorum duo superiores longioresque ossis hyoidis lateribus iunguntur, duo inferiores cum cartilagine cricoide committuntur. — Item foramen ossis pubis sic vocatur. Ex *Dugede*, ianua; scutum, et *adae*, forma. Ge. *Der Schildförmige Knorpel.* G. *Le Cartilage Thyroïde.* A. *Schildlike gristle.* B. *Her Schild gelyke Kraak-been.*

THYREOPHARYNGAEVS musculus, est pars oesophagaei musculi, s. Sphincteris gulae.

THYRSVS, est caulis, idque nomen sibi vendicauit, quod virgulae in modum, vel telii, in rectitudinem assurgat. — *Thyrus* proprie botanicis est panicula coarctata in formam ouatam.

TIBIAE OS, G. *Κνήμη*, est in vniuersum pars inter genu et talum: ossibus duobus constat; vnum exterius, quod *Focile minus*, vel *Fibula*, alterum interius et maius, totius nomine donatur, et *Tibia* proprie dicitur, *Κνήμη* aliis *Focile maius*, *Canna maior*, etc. Superius processum habet a femoris cavitate exceptum, et sinus binos oblongos, pro femoris capitibus, quorum sinuum profunditatem auget annexa per ligamenta cartilago duplex, mobilis; mollis; lubrica et humore vntuoso imbuta, in ambitu crassa, centrum versus attenuata, vnde *lunata* dicitur, anterius aspera veniunt ligamenta, quae cartilagine lunares augent. Anterior pars acuta et longa, *spina* dicitur, inferius adest processus ex interno latere gibbus, talo, vel astragalo, insistens, sicque totum corpus fulciens, et alter dorsum prominens iuxta pedem, qui *Malleolus internus* vocatur. Anterior pars *Crea* et *Ocrea* quibusdam dicitur. Ge. *Das Schtenbein.* G. *Le Tibia, un des Os de la Jambe.* A. *Shin, Shin-bone.* B. *Her Scheen-been.*

TIBIAEVS MUSCVLVS, i. q. *Tibialis musculus.*

TIBIALIS MUSCVLVS, *Anticus* dicitur et *Posticus.* *Tibialis*, vel *Tibiaeus anticus*, oritur a condylo tibiae externo, eiusque superficie externa, et iuxta tibiam decurrens, ten-

dine valido sub ligamento tarfi transuerso transit, et tum superficiei internae ossis cuneiformis primi, tum basi primi ossis metatarfi inseritur, sicque actione sua pedem extremum flectit. *Tibiaeus posticus* procedit a parte superiori et posteriori tibiae et fibulae, et iuxta has decurrens tendine suo sub malleolo interno transit, et superficiei ouali ossis navicularis inseritur. Actione sua pedem extremum extendit, et oblique adducit. Ge. *Der Schienbeinmüstel.* G. *Le Jambier antérieur & postérieur, Muscles de la Jambe.* A. *The Shin Muscle.* B. *Scheen-spieren.*

TIGILLVM, i. q. *Crucibulum.*

TIGLIA GRANA, vide *Ricinus.*

TILIA, *Tilia foemina*, folio maiori *Baub.* *Tilia Europaea* floribus nectario destituta *Linu.* (Polyandr. Monogyn.), est arbor apud nos satis frequens, procera, foliis subrotundis, serratis, petiolatis, alternis. Calyx est quinquepartitus; concavus, coloratus, deciduus; corolla pentapetala, rosacea; capsula coriacea, globosa, quinquelocularis, quinquelualis; basi dehiscens; semina solitaria, subrotunda, quorum tamen communiter vnicum tantum adolescit, et reliqua ad latus pellit, ut capsula unilocularis videatur. Lignum *Tiliae*, praeter insignem usum mechanicum, carbonem suppeditat, a nonnullis contra epilepsiam laudatum. Sed frequentissimus in medicina florum usus est, e quibus conferua, aqua et spiritus profant. Pollent flores qualitate fragrante, viribusque neruinis, antispasmodicis et anodynis, hinc in cephalalgia, vertigine, apoplexia, epilepsia, dentitione plerumque in infuso adhibentur. Et aqua e trunco arboris fauciato exstillans iisdem viribus gaudere dicitur. Semina contusa haemorrhagiam narium sistunt. Ge. *Lindenbaum.* G. *Tilleul.* A. *Lime-tree.* B. *Linde boom.*

TILlicherry cortex, i. q. *Coneffi*, seu *Prostuvii cortex.*

Ab oppido Malabariae eius nominis.

TINCAE OS, idem est, quod, orificium vteri, a figura sic dictum.

TINCTVRA ELIXIR, ESSENTIA, est extractum perfecte liquidum, paratum infusione atque digestionem variorum corporum mineralium, animalium, vel vegetabilium, cum menstruis, vel spirituosus, vel aqueo-spirituosis, vel aquosis. Nulla singularis enim quoad formam externam, indolem, principia et praeparandi modum, haec medicaminum species genericas differentia intercedit, praeterquam quod *Tincturae* plerumque colore grato et eminenti flavescente, aureo, rubro, etc. *Essentiae* et *Elixiria* autem colore obscuriori ac minus eleganti, nigricante, brunno, obscure viridi,

etc. gaudent. In officinis Tincturae quam plurimae, tum simplices, tum compositae, praestant. Ge. Eine Tinctur. G. Teinture. A. A Tincture. B. Verwusel, Afverwusel, Uittrekfel.

TINEA, est scabies partis capillatae capitis, cutem erodens cum squamis et crustis, pilorumque euulsione, colore cineritio, odore foetido, orta ab acrimonia sanguinis in glandulis sebaceis subcutaneis haerente. Triplex eius datur species. 1) Squamosa, vel porriginosa; dum enim scalpitur, multas furfuraceas squamas de se remittit. 2) Ficosa, dum haec crusta sua flava denudatur, apparent vixae rubraeque carnis grana ficuum interioribus granis similia, cruentam materiem ex se emittentia. 3) Est *Achor*, quem vide supra. Plures adhuc ab autoribus species recensentur, vt *Tinea lactea, volatica, fauosa, humida, crustacea, lupina, sypilitica*, etc. malignitate, vel corruptae materiae indole, inter se differentes. Morbus hic infantes, sed plerumque adultiores, inuadit. Dicitur *Tinea*, quia haud raro in eo latent vermiculi copiosi, vel pediculi, vel quia proserpit erodendo, vt *Tinea* in vestibus. G. Der Grind, Erbgrind. G. Teigne, la Rache. A. Scall-head. B. Quaad-zeer, drooge Schurft, Erfschurft.

TINEARIA, dicitur etiam *Ageratum*, et *Scichas citriua*. Ita vocatur, quod eius flores vestes cistis asseruatas a Tineis arceant conferuentque.

TINVS, TINNVS, et TYNVS, est arbuscula, quae habet virgas longas, quadratas, ramosas. Folia sunt magna, ampla, hina, iuxta ramos sibi inuicem opposita, nigra, splendentia, aliquantulum lanuginosa, semper virentia, inodora, saporis amari cum aliqua adstrictione. Calyculus est geminus, inferior trifidus, superior quinquefidus, vterque monophyllus. Flos est monopetalus, rotatus, quinquefidus, infra breuiter tubulatus, quinque staminibus ex pariete interno tubuli floris ortis. Ovarium in fundo calycis, tuba longa, triquetra, scabra instructum, fit fructus oliuae similis, umbilicatus, foetus semine vnico pyriformi. Fructus hic viribus valide purgantibus gaudet, vix tamen in usum adhibetur. Haec arbuscula crescit in locis saxosis. Ob similitudinem foliorum a quibusdam dicitur *Laurus sylvestris*. Gr. Δάφνη αγία. G. Silber Lorbeerbaum, Laurus Tinus. G. Laurier-zein. B. Wilde Laurier.

TINNITVS AVRIVM, siue SIBILVS, est susurrus quidam aurium, vel perceptio soni, absque causa externa, quae oritur ab omni causa, celeriore sanguinis circuitum per arterias aurium producente, hinc comitatur inflammationem arteriarum membranam tympani, aut expansionem portionis

mollis paris nervorum septimi perreptantium; vel sit, vbi stimuli quidam intus, vel extus, aurem irritant, qua aër in auris cauo ab arteriis pulfantibus continuo mouetur, et expansio neruea leuiter verberatur, vnde susurrus et bombus percipitur. Ge. Das Säusen, Draußen, das Klingen der Ohren. G. Bruir dans l'Oreille, Tincement. A. The Noise of the Ears. B. Ruisching in het Oor, Oorsuizing, Oorsuizing.

TINTINABVLVM TERRAE, est *Pyrola*; dictum a floribus eius Tintinabulo similibus.

TIPHA, vide *Typha*.

TITHYMALVS, EVHORBIA Linn. est plantae genus, calyce monophyllo, ventricoso, rugoso, quadridentato, colorato; corolla constat e petalis quatuor, in paucis quinque, turbinatis, gibbis, crassis, truncatis, cum dentibus calycis alternis, (Dodecandr. Trigyn.). Capsula est subrotunda, trieoca, trifocularis, stylo elongato pendens, elastice dissiliens. Semina sunt solitaria, subrotunda. Caulis est foliosus. Huius generis quam plurimae dantur species, tum indigenae, tum exoticae, in omnibus suis partibus lactescentes. Qualitas huius succi plus, vel minus acris, et caustica est. Species apud nos indigenae vix interne ad vsum medicum adhibentur. Succus illius verrucas tollit. Vide *Esula*, *Euphorbia*, *Casaputia*, etc. Tithymalus nomen habet a τῖθος, mamma, quia lac fundit, et μάλας, tener, quasi tenera mamma; vocatur etiam *Characias* Dioscoridi, id est vallaris, a χαράκιον, vallo. Ge. Wolfsmilch. G. Tithymale. A. Great Spurge. B. Groote Spurge, groose Wolfs-melk, groote Duiuels-melk.

TITHYMELAEA, i. q. *Thymelaea*.

TITILLATIO, est in voluptatis sensu gradus, prope dolorem proximus: nam vt voluptatem percipiamus, cum organum sensus ita concutitur, vires vti sint ad resistendum maiores; ita, si concussio fiat aliquantulum maior, minor vero vis, quae resistat, oritur *Titillationis sensus*, qui cum habet aliquam coniunctam molestiam, proxime ad dolorem gradum struit, quare ad morbos referri debet. Sola autem maxime sentiri in latere, et sub planta pedum, vbi plurimae sunt papillae nerueae, et in iis, quibus cutis tenera est, et non assuevere titillationi. Gr. Γάργαλος. Ge. Das Riteln. G. Coaquillement. A. Tickling. B. Kitzeling.

TOETICA, i. q. *Attenuantia*.

TOLVTANVS BALSAMVS, succus est resinofus, tenax, coloris ex spadiceo ad aureum vergentis, aut fusco-virescentis, odoris fragrantissimi, ad illum benzoini et citri accedentis,

aporis dulcis, grati, nec nauseosi, vt aliorum balsamorum; stillat ex inciso cortice arboris Toluiferae, vel balsami Tolutani, foliis ceratiae similibus, C. B. P. *Toluifera balsamum* Linn. (Decandr. Monogyn.). Crescit haec arbor potissimum in prouincia Tolu prope Carthagenam Americae. Quoad vires, hae ipsi tribuuntur eadem, ac balsamo Peruviano, et frequentissimo in vsu est apud Anglos, qui inde conficiunt syrupum balsamicum, in pharmacopoea Lond. descriptum. Ge. Balsam von Tolu. G. *Baume de Tolu*. A. *Balsam of Tolu*. B. *Balsam van Tolu*.

TOMENTVM, Latinis omne id, quod culcitrae ad molliorem et calidiorum quietem infarcitur, dicitur, siue id lana sit, siue pluma, siue aliud quid, excipiendis molliter et fovendis calore corporibus nostris aptum.—Sic botanicis *Tomentum* dicitur pubes, seu villi intertexti vix conspicui, et *caules*, vel *folia tomentosa*, quae huiusmodi villis obducta sunt. Ge. *Wolle*. G. *Duver*. A. *Down*. B. *Wol*.

TOMICI DENTES, vide *Dentes*.

TOMOTOCIA, idem quod *Hysterotomia*. Ex *τῆμα*, seco, et *τόκος*, partus, a *τίμα*, pario.

TONICA, sunt, quae intus assumpta flaccidis fibris, vasibus et visceribus eam tensionem restitunt, vt naturales suos motus sedintegrent; vel quae membris foris illinita, nervis et tendinibus robur conciliant. A *τείνω*, porrigo, tendo. Ge. *Stärkende Mittel*. G. *Toniques*.

TONICVS, i. q. *Tetanus*, vide *Spasmus*.

TONOTICA, i. q. *Tonica*.

TONSILLAE, vide *Paristhymia* et *Antrias*.

TONVS, dicitur talis partium solidarum status, qui ex debita proportione partium fluidarum ad firmas emergit, easque elasticas, et ad contractionem pronas reddit. Gr. *Τόνος*, a verbo *τείνω*, extendo. G. *Spannung*.

TOPASIVS, est gemma pellucidissima, duritie quarta, colore aureo, in igne permanente *Wall*. *Borax topasius* gemma nobilis, lapidosus, prismaticus, pellucidus, pyramidibus truncatis *Linn*. Est vel Orientalis, vel Occidentalis. Prior in Arabia, posterior in Bohemia et Saxonia reperitur; praefertur orientalis occidentali. Vires medicae suspectae sunt; tamen species et confectioem de Hyacintho ingreditur. A quibusdam inter fragmenta lapidum pretiosorum refertur. Veterum Topasius hodie *Chrysolithus* dicitur. Ge. *Topas*. G. *Topaze*. A. *Topaas*.

TOPHVS, Gr. *Πάφος*, est concretio quaedam lapidosa, seu gypsea, calci non absimilis, in quacunque parte, praesertim

ossibus, eorumque articulis, v. c. in arthriticis, excitata. Ita quoque vocatur tumor, ex ipsa ossis substantia excrescens, duritiem habens inter gummi et exostofin mediam. Ge. *Knotten an den Gelenken und Weinfugen*. G. *Tuf*. B. *Kalkbullen, Kalkknobbels*.

TOPIARIUM, opus est, quod ex arbore, frutice, vel herba, ad decorem componitur in testudines, aut cameras, fornicatum. Hinc *Topiariae* dici merentur *arbores*, vel *herbae*, quae nimis huic operi, quod flexiles sunt, ac suo lentore sequaces, accommodantur.

TOPICA, sunt medicamenta externa, quae applicantur et medentur singulari corporis parti, actione quadam illi parti propria, v. gr. emplastra vulneribus, epicarpia febribus, etc.—*Topica venaesectio* etc. est euacuatio quae in ipsa parte affecta fit. A τῶπος, locus. Ge. *Aeusserliche Mittel*. G. *Remedes Topiques*. A. *A Topic*. B. *Plaats-middelen*.

TOPINARIA, i. q. *Talpa*.

TORCVLAR, vel TORCVLVUM, est praelum, quo olea, vel succi, exprimuntur. Ge. *Eine Kelter, Presse*. Ga. *Un Pressoir*. A. *Pers*. B. *Een Pers*.

TORCVLAR, est instrumentum, quo chordavno, vel duobus bacillis circumagitur, et adhibetur in grauioribus sanguinis profusionibus, sed praecipue in extirpandis membris, vt vasa sanguinea comprimantur. Verum aptius nunc hoc instrumentum constructum est, constans e segmento circuli ligneo, vel chalybeo, quod loris circa membrum applicatur, et traiecta cochlea laminam ferream subiecto puluinari arteriae apprimat. Ge. *Ein Drehstock, Uderpresse*. G. *Un Tourniquet*. A. *A Tourniquet*. B. *Draajer*.

TORCVLAR HEROPHILI, est ille locus, vbi quatuor sinus crassae meningis cerebri coniunguntur. Ge. *Die Presse des Herophilus*. G. *Le Pressoir d'Herophile*. A. *Press of Herophil*. B. *De Pers van Herophilus, Herffen Persbak*.

TORDYLIVM, Seseli creticum minus *Bauh*. *Tordylium officinale* inuolucris partialibus longitudine florum, foliolis ouatis laciniatis *Linn*. (Pentandr. Digyn.) est planta, quae habet caulem pedem circiter altum, striatum, villosum. Folia sunt oblonga, obrotunda, aspera, villosa, dentata, plura vni costae adnata et disposita. Flos est rosaceus et umbellatus, plurimis scilicet petalis constans inaequalibus, cordiformibus, in orbem positis, et calyci insidentibus. Is autem abit in fructum fere orbicularem, ex duobus seminibus compositum, planis, margine elato, vt plurimum denticulato, inuolucrum facile deponentibus. Radix tenuis, lignescens,

alba, simplex et annua. Haec planta habitat in Europa australi, viribusque expectorantibus, diureticis, emmenagogis et carminatiuis pollet. Rarioris vsus. Theriacam ingreditur. Nomen ei impositum, quod semen ferat copiosum, circinatum, quasi Toreumatis elaboratum, orbiculatum, compressum, geminisque valuulis conflatum, clypeoli speciem referens. Dicitur etiam *Torgylum*, *Tordilium* et *Tordylon*. Ge. *Hirschwurzel*. Ga. *Fenouil tortu*. A. *Harrwort*.

TORI, sunt in vegetabilibus prominentes partium calli, et in se pulparum modo collecti. Gr. *Κοινός* vocant. Hinc *κοινός*, id est, torosus, quod idem Latinis est, ac nodi formam prae se ferens.

TORMENTILLA, Gr. *ἑπτάφυλλον*, siue SEPTIFOLIUM, quia eius folia ex septem constant incisuris: sic dictum volunt, quod tormentum cruciatumque dentium faeuissimum placet, atque venenatarum quarundam rerum compescat furorem et cruciatum. Tormentilla sylvestris *Bauh.* *Tormentilla erecta*, caule erectiusculo, foliis sessilibus *Lin.* (Coesandr. Polygyn.) est planta flore rosaceo, cuius calyx monophyllus, planus, semioctofidus; corolla e petalis quatuor obcordatis constans; receptaculum calyce inclusum, ferens semina octo, oblonga, obtuse acuminata. Radicem habet tuberofam, duram, nodosam, pollicem crassam, coloris ex fusco rubescentis, saporis austeriusculi. Radix praecipue in vsu est, viribus pollens admodum stipticis et adstringentibus, hinc in diarrhoea, et, minus tamen recte, in dysenteria, commendatur. Viceribus inspersa ea ad cicatricem perducit. Decoctum odontalgiae mederi dicitur. Ge. *Birchwurzel*, *Nothhelwurzel*, *Siebenfingerkraut*, *Ruhrwurzel*. G. *Tormenille*. A. *Tormenzill*, *Sepefoil*. B. *Zevenblad*.

TORMINA, vide *Dysenteria*.

TORMINA ALVI, i. q. *Colica passio*.

TORMINA HYSTERICA, sunt *Hystericae passiones*. Vide *Hysterica passio*.

TORMINA INFANTIVM, sunt dolores infantum ventris, plerumque a meconio retento, vel lacte acescente orientes.

TORMINA POST PARTVM, sunt dolores, quos puerperae post partum patiuntur, ex constrictione vteri nunc euacuat, vel quando lochia rite non procedunt, vel adhuc qui torminibus partus sunt nonnunquam plane similes; post laboriosissimos partus etiam saepe dolores aliqui remanent. Ge. *Nachwehen*. G. *Douleurs après l'Accouchement, ou l'Entantement*. A. *Afrierpains*. B. *Natween*.

TORNA SOLIS RUBRA, et COERULEA, BEZETTA, est substantia, constans vel e linteolis tinctis, vel e pasta, vel placentulis, quarum prior e Coccinella, posterior e Heliotropio tricoeco, addita calce et vrina, praeparatur. Vfus est ad gelatinas, condita et liquores tingendos. Tinctura quoque caerulea experimentis chymicis inseruit, dum varia coloris mutatione salis inieci indolem indicat. Ge. *Torne-sol*, *Schmincklein*. G. *Tournesol en drapeau, en Pain*.

TORPOR, est diminuta mouendi potentia cum quodam quasi fornicationis sensu.

TORREFACTIO, i. q. *Tostia*.

TORTURA, dicitur conuulsua oris ad latus flexio. Ge. *Strummes Maul*. G. *Torrure*.

TORVLOSA, botanicis dicitur *siliqua* prominentiis hinc inde gibba.

TOSTIO, est calcinationis quasi species quae circa vegetabilia et animalia tantum obtinet, et quibus substantiis his alius sapor et odor conciliatur, imo vires nonnunquam mutantur. Sic v. g. Rhabbarbarum tostum adstringens fit. Ge. *Rosten*.

TOTA BONA, est *Bonus Henricus*.

TOXICA, sunt medicamenta venenata, quibus barbarorum sagittae illiniebantur. Saepe hoc sub nomine omnia venena interna intelliguntur.

TRACHEA, i. q. *Aspera arteria*.

TRACHEAE, ita botanici appellant vasa plantarum aërea, fibris circumposita, aërem elasticum continentia, qui ab externo aëre, nunc calido, nunc frigido, affectus, similes patitur caloris et frigoris vicissitudines, et sic motum humorum per plantas promouet. Ge. *Luftgefäße*. G. *Trachées, Vaisseaux aériens*.

TRACHEAE IN INSECTIS, vide *Stigmata*.

TRACHELAGRA, est arthritis cervicis.

TRACHELIUM, est Campanulae species, Lat. *Cernicaria*. *Campanula petraea* et *Americana* Linn. — *Trachelium* etiam est plantae genus, (Pentandr. Monogyn.) calyce quinquepartito, minimo, corolla infundibuliformi, capsula subrotunda, obtuse triloba, triloculari, triualui, polysperma. Eius plures species ob florum elegantiam in hortis coluntur. Nomen forte habet, quod cervicis et colli malis medeatur. Gr. *Τράχηλος* est collum. Ge. *Halskraut*. Ga. *Ganzeles*. A. *Throatwort*. B. *Hals-kruid*.

TRACHELO-MASTOIDEVS, vel *Complexus minor*, vel *Mastoides lateralis*, est musculus, qui oritur septem ad

summum capitibus ex transuersis vertebrarum colli dorsique processibus, quae adscendentia, et inter se vnita musculum constituunt breuem, tenuem, angustum, sensim latiore et crassiore, qui Splenio adhaerens supra eum pergit ad marginem posteriorem processus mammillaris, ibique desinit, et actione sua caput oblique retrorsum flectit.

TRACHEOTOMIA, est operatio chirurgica, qua in metu suffocationis arteria aspera inter duos annulos inciditur ad respirationem conseruandam. Sic rectius haec operatio vocatur, quam *Bronchotomia*, vel *Laryngotomia*.

TRACHOMA, morbus est oculorum, in quo palpebrae inuertuntur, densiores et inaequales factae; vel cum asperitate etiam rubent cum pruritu et pustulis, instar milii granorum, vel cum inueterato malo, insuper a parte interiore exulcerantur cum fissuris et callis. A *τραχώμα*, aspero. Ge. *Innwendige Naubigkeit der Augenlieder*. G. *Darrre des Paupières*. B. *Raauwe Oogscheelen*.

TRACHOMATICVM, est Collyrii species, quae olim in vsu erat.

TRAGACANTHA, seu TRAGACANTHVM, est Gummi pellucidum, album, tenax, subdulce, leue ac sincerum, in granis plerumque fragmentisque contortis. Frutex, e quo vel vulnerato, vel sponte, exsudat hoc gummi, est *Astragalus aculeatus fruticosus, massiliensis Pluk. Astragalus tragacantha* caudice arborecente, petiolis spiniscentibus Linn. (*Diadelph. Decandr.*). Est hic frutex pumilus admodum, habetque ramos lanuginosos, spinisque instructos, rigidos, firmos. Lentis fere folia fert, pallida, pinnata, velut coniugata, costae adhaerentia, abeunti in mucronem albescentem. Flos est papilionaceus, ex cuius calyce surgit pistillum, quod deinde abit in siliquam secundum longitudinem diuisam, bicapsularem, breuem, et quasi ouatam, continentem semina reniformia. Frutex hirsutus est, vnde nomen; *τράγος*, hircus, et *άνανθα*, spina, hinc dicitur *Spina hirci*. Ge. *Bocksborn*. G. *Barbe-Renard, ou Epine de Boue*. B. *Bocks-doorn*. — Crescit copiose in Aleppo et Candia, et in Gallia circa Massiliam frequenter etiam reperitur. Gummi hoc qualitatis est mucilaginosae, viribusque inuiscentibus, demulcentibus et lubricantibus gaudet; hinc in tussi, raucedine, nephritide, stranguria et colica commendatur. Plures praeterea medicinas compositas ingreditur. Praestat pellucens, gracile, leue, sincerum et subdulce. Ge. *Gummi Tragant*. G. *Gomme Adragant*. A. *Gum Dragant, Tragacanth*. B. *Gum Dragant*.

TRAGANOS, et TRAGOS, est vva marina. Α τραγών, comedo, quia fructum edulem fert.

TRAGÉAE, non differunt a pulueribus, nisi quod tenuissime adeo simplicia vegetabilia, haud terantur, et vel externe adhibentur, corpori appositae, aut in fumum resolutae; vel sacculo linteo inclusae in vino, aut alio liquore, detinentur, vt vires suas liquori communicent. Aliquando tamen componuntur etiam ex speciebus antidotorum, odoratisque aliis rebus et medicamentis simplicibus in puluerem redactis, saccharo addito. In his conficiendis communiter capitur vncia vna sacchari, ad singulas drachmas specierum, praesertim amariorum et minus gratarum. G. Τράγμα, a τραγών, rodo, comedo. Ge. Pfaffenfutter, Röchlein. Ga. Dragées. A. Cake. B. Koekjes.

TRAGEMA, i. q. *Trageae*.

TRAGI, TRASI, vel TRASSI, vocatur et *Dulcichinum*, et *Cyperus*, est nomen origine Italica.

TRAGIVM, vocatur *Fraxinella*. Α τραγός, hircus, quia hircum olet.

TRAGOCEROS, est *Aloe*, ob folia cornuformia, hirci cornibus similia. Α τραγός, hircus, et κέρα, cornu.

TRAGOPOGON, est planta flore composito, (Syngenes. Polygam. Aequal.) quae habet caulem sesquipedem circiter altum, rotundum, solidum, in plures ramos diuisum. Folia sunt longa, angusta, acuta, Croci folia referentia, sed breuiora et latiora. Calyx corolla longior. Flos est semiflosculosus, plurimis scilicet semiflosculis constans, embryoni insidenti bus, et calyce comprehensis multifido, sed nequaquam squamoso, in multas lacinias diuiso, quae ita longae sunt, vt ipsum florem recondant: embryo autem deinde abit in semen rectum, membrana, seu inuolucro, obuolutum, pappis instructum, thalamoque affixum. Crescit in paludibus et locis aquosis. At etiam in hortis colitur. Radix lactescens eximiis viribus aperientibus et pectoralibus pollet. Vfus cibarius, plerumque in acetariis est. Foliis virtus vulneraria est. Dicitur etiam *Barba hirci*. Ex τραγός, hircus, et πώγων, barba. Nomen sibi adsciuit, quod e calycis summo, floribus euanescentibus, papposa prodeat caefaries, seu comosa lanugo, cui cum hirci barba nonnulla similitudo. Vel ita vocarunt propter ramulos florum foetura racemosa amictos, in praelongas quasi comantes barbulas effigiatos, aruncos spirillosque caprarum imitantes, candore niuco, puniceo, roseoque colore intermixto, visu et odoratu periucondo. Ge. Doctsbart. G. Serfisch, Salsifie commun, Barbe de Rouc.

A. *Buks-beard*, *Goats-beard*. B. *Bocks-baard*, *Josephs-blömen*, *Morgen-ster*. — Datur et alia species, cui cognomen *Artifi*. Est ea *Tragopogon porrifolium* Linn. atque priori praefertur.

TRAGOPYRVM: sic aliquando vocatur *Fagopyrum*, quasi hirci frumentum. Ex *τράγος*, hircus, et *πυρός*, frumentum: Vide *Fagopyrum*.

TRAGORCHIS, est *Satyrium hircinum*, vel *caprinum*. *Orchis coriophora* Linn. (*Gynandr*. *Diandr*) bulbis indiuisis; nectarii labio trifido, reflexo, crenato, cornu breui, petalis conniuentibus. Habitat in Europae australis et Orientalis pascuis. Nomen habet a *τράγος*, hircus, caper, et *ρχος*, testiculus. Vide *Orychis*.

TRAGORIGANVM, *Thymus cephalotos* Linn. (*Didynamis* *Gymnosperm*.) capitulis imbricatis magnis, bracteis ouatis, foliis lanceolatis. Habitat in Hispania et Lusitania. Qualitatis est calidae, subaromaticae, viribusque cephalicis, nervinis et carminatiuis gaudet. Rarior tamen eius in medicina vsus. Dicitur quasi *Origanum hircinum*, non alia forsitan ratione sic dictum, quam quod eius pabuli voluptate animal hoc caperetur. Ex *τράγος*, hircus, et *origanum*. G. *Bockswohlgenuth*. B. *Boksorega*.

TRAGOS, est *Caprificus*. A *τράγος*, caper. Vide *Caprificus*.

TRAGVS, seu HIRCVS, est auris eminentia, elastica, cartilaginea, quae tempora spectat, posita sub helicis exortu, erecta, formae triangularis, pilis aliquot hispida, in quibusdam densam hirci barbulam exprimens. Proprium habet musculum, *Tragicum* dictum, primo a *Valsatua* descriptum, qui Trago extrinsecus incumbit, eumque paulum introrsum versus concham premere potest. Ge. *Der Bock*. Ga. *Le Tragus, ou le petit Bouzon antérieur, qui est au dessous de l'extrémité antérieure du pli de l'oreille*. B. *De Bok*.

TRAJECTIO, est species colationis, in qua spissiora, quoad consistentiam, cum impulsu maiori per setaceum transprimuntur.

TRANSFUSIO, Gr. *Διάχυσις*, in genere est transmissio liquoris ex vno vase in alterum, sed in specie dicta fuit *Chirurgia transfusoria* Anglis olim tentata, iamque ab *Andrea Libanio* Germano antea proposita, scilicet deductio sanguinis viui et in vasis animalis fluentis, ope tubulorum sibi continuatorum in vasa alterius animalis viui; in scopum vasa inanita languentis animalis replendi, sanguinem mutandi, morbos curandi, vitamque longiorem ducendi; quod in

maioribus animalibus, et ipsis hominibus, postquam. circula-
tio sanguinis inuenta fuit, saepe tentatum est; aliquando
felici, saepe infortunato successu. Vasa enim in vno ani-
mali suae capacitati proportionatum liquidum continentia,
non respondent robori, magnitudini, etc. vasorum in alio
animali; liquida pariter vel sunt nimis solida, crassa, et al-
terius indolis, vel nimis fluida, facilius resoluenda in vno,
quam alio, animali, adeoque, quod vni animali conueniebat
salubre liquidum, in alio est letiferum, atque haerens in vasis
minimis, obstructions irresolubiles excitat, vel si liquidum
tenuius fuit, ex vasculis omnibus excretoriis effluit, neque
viribus vitae sustinendis par est; vnde haec medicinae me-
thodus iure exoluit. *Ge. Uebergießen des Blutes aus einem
Thier in das andere. G. A. Transfusion. B. Bloodbrenging
uit bet eene Dier in bet andere.*

TRANSPIRATIO, i. q. *Diaphoresis.*

TRANSVERSALES MUSCVLI ABDOMINIS: primum par
exhibet sese membranoso principio, ab ipsis transuersis lumba-
lium vertebrarum processibus, a labio interno marginis superio-
ris et anterioris ossis ilei et ossis pubis, et a superficie interna co-
starum spuriarum, et duarum verarum infimarum, atque car-
tilagine ensiformi, tum lata aponeurosi, quae exacte laminae
inferiori aponeuroseos muscoli oblique ascendentis adnata
est, vtrinq̄e ad lineam albam iungitur, sicque actione sua
cauum abdominis angustius reddit, et expirationi, vt et
foecum, vrinae et foetus exclusioni, inseruit. Alterum par,
scilicet *Transuersales colli*, ceruici extendendae, vel in poste-
riora flectendae, destinati, oriuntur a sex, aut septem prima-
rum vertebrarum processibus externis, et inseruntur exterius
in omnes vertebratum ceruicis transuersos processus. *Trans-
uersalis pedis*, vel *Quadratus*, est musculus in planta pedis,
qui ab extremitate anteriori quatuor ossium metatarsi oriens
transuersim ad primam phalangem pollicis tendit, eiusque
parti posteriori et externae inseritur, et actione sua pollicem
adducit, plantamque pedis angustiore reddat. *Ge. Die
Queermuskeln. G. Muscles Transverses, ou Transversaires,
ou Transversaux. B. Dwers-spieren.*

TRANSVERSUS MUSCVLVS HVMERI, i. q. *Rorundus
minor.*

TRAPEZIUS MUSCVLVS, sic dictus a figura Geometrica.
Vide *Cucullaris muscoli* descriptionem.

TRAVLVVS, et TRAVLOTES, est blaestas, siue vitium in
L. et R. pronuntiando. *Ατραυλιζω*, halburio. *Ge. Lispung,
Lispeler. G. Begayer. A. Lisp. B. Lisping, een Lisper of Lisperagr.*

TRAUMA, vide *Troma*.

TRAUMATICA, sunt medicamenta, tum interna, tum externa, quae vulnerum atque laesionum consolidationem promouent, hinc lapsis, contulis, et vulneratis conducentia, *Vulneraria* nuncupantur. Α τραυμα, vulnus. Ge. Wundargeneyen. G. Remedea Vulneraires. A. Wound Remedy. B. Wondmiddelen.

TREMOR, Gr. Τρεμος, a τρεω, tremo, est motus depravatus artuum, capitisue, in quo per breuissima spatia eunt atque redeunt, inuoluntarius, non impedito tamen omnino motu libero eorundem artuum, sine sensu acuto frigoris. Oritur vel a debilitate, vel a senio, temulentia, abusu coffeae, vertigine, plethora, pathemate, etc. Ge. Das Zittern, Schaudern, Beben. Ga. Frisson, Tremblemens. A. Trembling, Quaking. B. Schudding, Beeving.

TREPANATIO, est operatio chirurgica, qua trepano, siue modiololo, hominis viuientis cranium perterebratur, atque frustum orbiculare excinditur, cum vel fractum et intropressum fuerit cranium, vel spinæ ossæe abruptæ pungunt cerebrum, vel extrausatus sanguis ex vasis ruptis, comprimit cerebrum, et stagnando putrescens magis nocet, etc. vt haec cuncta ex foramine facto educi possint. Ge. Trepannung. G. Trepan. A. Trepanation. B. Trepancing.

TREPANVM, i. q. *Modiolus*.

TRIANDRIA, botanicis est classis plantarum, quarum flores tria stamina, vel organa masculina, continent.

TRIANGVLARE OSSICVLVM, est illud os, quod in cranio inter futuram lambdoidem et sagittalem situm est, atque ad ossa sic dicta Wormiana pertinet. Ga. Os Triangulaire.

TRIANGVLARES MUSCVLI: plures in corpore humano muscoli hoc sub nomine deprehenduntur. *Triangularis labii inferioris*, oritur vtrinque lato principio a labio externo baseos maxillae inferioris, tum fibris in triangulum conuergentibus apice in angulum labiorum inferitur, et actione sua hunc angulum deprimit. — *Triangularis sterni*, a parte interna inferiori et media sterni oriens, atque oblique ascendens, cartilaginibus quinque costarum verarum inferiorum, variis portionibus, quae *Musculi sternocostales* dicuntur, inferitur, suaque actione costas aliquantum deorsum et introrsum mouet. — *Triangulares urethrae*, qui etiam *Transuersi* dicuntur, et vtrinque a tuberositate ischii ante erectores orientes et ad apicem glandulae prostatae tendentes, parti laterali bulbi urethrae inferuntur, huncque deorsum trahentes

trahentes vrethram dilatant. Ge. Dreyeckichte Muskeln. G. Muscle Triangulaire, les Muscles Sterno costaux communement le Triangulaire du sternum. B. Borst-beens-spier, drie-kanzige Spier.

TRIBULVS: hoc sub nomine duae plantae diuersi generis vulgo denotantur, scilicet 1) *Tribulus terrestris* Lob. *Tribulus terrestris* Ciceris folio, fructu aculeato *Bauh.* *Tribulus terrestris* foliis sexiugatis, subaequalibus, seminibus quadricornibus *Linn.* (Decandr. Monogyn.). Habet caules semipedem circiter longos, repentes, rotundos, nodosos, villosos, rubicundos, in ramos diuisos. Folia coniugata Lenticulae, incana, pilosa. Calyx quinquepartitus, corolla brevior. Flores sunt rosacei, quinque scilicet petalis in orbem positus constantes, lutei; ex horum calyce surgit pistillum, quod deinde abit in fructum, quodammodo cruciformem, vel turbinatum, ex quinque capsulis plerumque compositum, muricatis, in capitulum collectis, et seminibus foetis, ut plurimum oblongis, in loculis nidulantibus. Radix fibrosa. Haec planta crescit in pratis, praesertim in regionibus calidis. Fructui vires abstergentes et roborantes tribuuntur. Decoctum effusum pulices abigere creditur. 2) *Tribulus aquaticus* *Bauh.* est *Trapa natans* petiolis foliorum natantium ventricosus *Linn.* (Tetrandr. Monogyn.). Tribuloides *Tournef.* Radix est longa, fibrosa, partim natans, partim limo immersa, e qua emergunt folia ampla, nervosa, crenata, petiolis longis et ventricosus affixa, natantia. Calyx est monophyllus, quadripartitus; corolla tetrapetala; capsula ouato-oblonga, ossea, unilocularis, spinis quatuor in medio latere oppositis, patentibus, (quae calycis folia fuerunt) acutis, crassis armata; nucleus ouatus, testus. Habitat haec planta in stagnis limosis, praecipue Europae australis. Fructus subdulcis, Amygdalae instar, edulis atque nutriens est, et diarrhoeas sedare creditur. In quibusdam regionibus ad panificium adhibetur; in aliis cum aqua in puliculam coctus infantibus propinatur. *Tribuli* nomen derivari volunt *trib* et *bul*, a *Terendo*, *Tundendo*, quod attritum tactumque non admittat; laedit enim ac pertundit: vel *trib* et *bul*, quod molestus ac infestus sit; affligit enim et vulnerat tangentem. Malunt alii a seminis triquetra figura tribulo, bellico instrumento, simili. Prima planta est G. *Tribule terrestris*, *Herse*, *Croix de chevalier*, *Saligor terrestre* G. *Durzelborn*. A. *Caltrop*, B. *Steenende Aardnooten*. — Altera G. *Wassernuß*, *Etachelnuß*, *Weibernuß*. G. *Tribule aquatique*, *Macre*, *Macle*, *Cornuelle*, *Corniole*, *Châtaigne d'eau*, *Saligor et Truffe d'eau*. A. *Water Caltrop*. B. *Wassernoot*.

TRICA INCUBORVM, est plicae Polonicae species. Ge. *Wichtelkopf, Weichselkopf*. B. *Meer-ulechr*. Vide *Plica, Trichoma*.

TRICEPS, est nomen musculi tam in brachio, quam in femore: prior, siue *Triceps brachii*, tribus oritur distinctis capitibus; nimirum musculo extensore longo, breui et brachiali externo, quorum primus a ceruice scapulae, alter vero a superiori parte ossis humeri orti, in descensu per exteriora brachii coalescunt, et communi tendine affigunt se processui olecrano; quum ergo se contrahunt, cubitum extendunt. Posterior, siue *Triceps femoris*, pariter e tribus distinctis musculis constat, quorum superior valido tendine a margine anteriori ossis pubis iuxta lymphysin oritur, indeque descendens, medio lineae asperae femoris inseritur: alter, vel medius, sub primo a parte anteriori ossis pubis prodiens, supra priorem lineae asperae inseritur; tertius, vel inferior a tuberositate et superficie anteriori ossis ischii procedens, pariter lineae asperae innascitur. E tribus his musculis oritur quoque communis, qui iuxta lineam asperam descendens condylo interno femoris inseritur. Hi tres musculi actione sua femur adducunt. Ge. *Der dreysköpfigte Muskel*. G. *Le Triceps, ou Triple*.

TRICHIASIS, est ciliorum introreflexio, ita ut pili oculum pungant; quod fit vel phalangosi, vel cum alia pilorum succrescit series, in palpebrae superficie interna, qui morbus proprie *Distychiasis* vocatur. — Item sic vocatur vrina pilosa, cui ab humoribus pituitosis pili innatare videntur. A *ἴριξ*, pilus. Ge. *Verkehrung der Haare an den Augenlidern*. G. *Trichiasis*. B. *Winkbraauwen omkrulling*.

TRICHISMYS, est fracturae ossae quaedam species tenuissima, et veluti pilaris, plerumque iuxta ossis longitudinem excurrens, rimae tenuis instar, ita ut sensum fere effugiat, hinc etiam mortis aliquando causa existit, quia se non facile prodit, admodum tamen est dolorifica, et magnis cum symptomatibus. A *ἴριξ*, pilus. Ge. *Haarspalt*. G. *Fente capillaire*. A. *Hair-cleft*. B. *Hair-scheur*.

TRICHOMA, est morbus contagiosus, chronicus, Poloniam endemius, cuius praecipuum symptoma est capillorum conspurcatio, ac in cirros et funiculos diuersae figurae ac longitudinis conglutinatio ac concretio, qui non nisi cum summo periculo abscinduntur. Hic morbus circa finem elapsi saeculi ex India Orientali in Poloniam et vicina loca translatus dicitur. Vide *Plica*. Ge. *Wichtelkopf, Weichselkopf, Judenzopf*. G. *Plic, Plique*. B. *Meer-ulechr*.

TRICHOMANES, *Polytrichum officinarum* *Baub.* *Asplenium trichomanes* frondibus pinnatis, pinnis subrotundis crenatis *Linu.* (Cryptogam. Filic.) planta est epiphyllisperma, vel dorifera, quae plures paruos caules habet rotundos, fragiles, nigricantes, quibus adhaerent folia minima obrotunda, leuiter crenata, tenera, ordinatim disposita, in dorso habentia multa corpuscula minima, lineis rectis ordinata. Ea microscopii ope apparent esse fructus huius plantae, in iisque occurrunt capsulae sphaerae, funiculo vi elastica donato instructae, qui contractione sua has capsulas, semina minutissima includentes, aperit. Radix est filamentosa, et nigra. Haec planta crescit in petris et muris iuxta fontes et riuos. Tota hyeme viret. Qualitatis est siccae, subadstringentis, viribusque demulcentibus et pestoralibus gaudet; vsus praecipuus in infusis et decoctis. Dicitur volent, quod fluentem capillum expleat, et subnasci faciat: *μαυδν* enim rarum vocant, et *τρίχ*, capillus. Hinc quoque *Capillaris* vocatur. *Ge.* *Güldener Wiederthron, Wiederstoß, rother Steimbrech.* *Ga.* *Politric, Capillaire ordinaire.* *A.* *Maiden hair, Venus golden locks.* *B.* *Weder-dood, Vrouwenvair, roode Steen-breek.* *Conf.* *Polytrichum.*

TRICHOPHYLLAE, sunt plantae, quarum folia capillorum similitudinem habent, vt *Foeniculum*, etc. *Ex* *τρίχ*, capillus, et *φύλλον*, folium.

TRICHOSIS, i. q. *Trichiasis*.

TRICHRIDES, sunt vermes tenues, et pro ratione longi, in intestinis hominum interdum habitantes, quorum corpora teres, longa proboscis, filiformis, genitale curuorum emittens, rectorum apertura lateralis. *A* *τρίχ*, capillus, et *ἄκρ*, cauda. *Ge.* *Haarschwänze, Haartwürmer.*

TRICOCCOS, est *Mespili* fructus, sic vocatus a tribus nucleis, quos continet. *A* *τρία*, tria, et *κόκκος*, nux, bacca, granum. Sic botanicis dicitur in genere *Capsula* seminalis *tricocca*, sic tribus nodis protuberans, intusque in tria loculamenta diuisa.

TRICONGIUS, est mensura octodecim sextariorum.

TRICUSPIDALES VALVULAE, sic vocantur tres membranulae, figura tricuspidae, latiori sua parte auriculari cordis orificio adnascetes, reliqua in apicem satis obtusum abeuntes, variis lacertulis praeditae, ante ostium venae cauae in corde dextro locatae, sic sitae, vt sanguinem ex vena caua quidem admittant in ventriculum dextrum, non vero remittant; sed a sanguine ex corde contracto egredi conante explicantur, viam omnem intercipiunt, vnde in arteriam

pulmonalem solam impellitur. Proprie annulum membrana-
ceum sicut in tres lacinias diuisum. G. *Dreispitzige Herzklap-
pen*. G. *Valvules triglochines, ou tricuspidés du ventricule
droit du Coeur*. B. *Drieputzige Klapoliezen*.

TRIENS, est tertia pars librae medicinalis, continens
uncia quatuor. Continet quatuor cyathos.

TRIFOLIUM, est plantae genus flore papilionaceo, (Diad.
Dec.) cuius species officinalis est *Trifolium arvense* L. Ea cau-
les habet sesquipedem circiter altos, tenues, rotundos, aliquan-
do parum lanuginosos, quosdam rectos, alios repentes. Folia
terna, raro quaterna, aut quina, nunc rotunda, nunc oblonga,
acuta, villosa, interdum spiculatis lineis albis notata, nonnun-
quam obliquis candicantibus striis virgata. Calyx est monophyl-
lus, tubulatus, quinque-dentatus, persistens. Flores sunt exigui,
albi, papilionacei, simul cum ovario vagina simbriata obuol-
uti, in spicam congesti. Ovarium sit capsula calyce recon-
dita, et foeta semine ut plurimum reniformi, rubicundo,
per maturitatem arcte adhaerente capsulae. Radix parua,
fibrosa, tortuosa, lignosa, alba. Huius generis aliae etiam pluri-
mae dantur species, quae passim sponte nascuntur, passim in
pascuis seruntur. Qualitatis omnes sunt suaevolentis, et praeter
vsum oeconomicum etiam infusum in arthritide laudatur.
Gr. *Τριφυλλον* planta vocatur, a tribus, quae habet, foliis.
Ge. *Klee*. G. *Trefle des Prés*. A. *Trefoil*. B. *Klaver*. —
Datur etiam *Trifolium palustre*, s. *Fibrinum*, folia habens maiora,
sapore acri gaudentia instar Nasturtii. Vide *Menyanthes*.

TRIFOLIUM ODORATUM, vide *Melilotus*.

TRIGYNIA, botanicis est ordo plantarum, quarum flores
tria organa foeminina, scilicet pistilla, vel stigmata, continent.

TRINERVE, botanicis dicitur *folium* nervosum, tribus
nervis *in basi* folii concurrentibus; *Triplinerae*, nervosum,
tribus nervis *supra basin* concurrentibus; *Trinerviarum*, ner-
vosum, tribus nervis *pone basin* folii concurrentibus.

TRINITAS, idem quod *Trifolium*. A tribus nempe foliis.
Viola tricolor etiam vocatur *Trinitatis flos*, ob tres diuersos co-
lores.

TRIOBOLON, est pondus drachmae dimidia, siue trium
obolorum.

TRIORCHIS, est Satyriomis species, quae non duabus,
sed tribus, testiculatis radicibus in terra nitatur. *Triorchis*
alba odorata *Bauh.* est *Ophris spiralis* Linn. (Gynandr. Dian-
dr.) bulbis aggregatis oblongis, caule subfolioso, floribus
secundis, nectarii labio inditilo crenato. Ex τρεῖς, tres, et
ὄρχις, testiculus. Ge. *Serumdrath*.

TRIPELA, vide *Tripolis*.

TRIPHARMACVM, est cognomen medicamenti e tribus ingredientibus compositi.

TRIPHYLLON, est *Trifolium*, a tribus foliis sic dictum. Ex *τρις*, tria, et *φύλλον*, folium.

TRIPINNATVM, botanicis dicitur *folium* triplicato-pinnatum.

TRIPLOIDES, est instrumentum chirurgicum, et quidem eleuatorium, sic ob triplicem basin, *Trioides* dictum, in vsu fuit, si cranii depressio tam magna est, vt caeteri vectes, ob infirmitatem, non sufficiant. Ge. *Drehsüßiges Hebezeug*. G. *Triploide*. B. *Drievoexig Hef-ruig*.

TRIPOLIS, vel *Terra Tripolitana*, est substantia terrea, facile friabilis, coloris citrini intensi, saporis adstringentis, eruta ex fodinis Mauritaniae. Est glarea indurata cohaerens aspera *Wall*. *Argilla tripolitana* scabra, nitidula, flavescens, inquinans *Linu*. Sunt, qui pro ligno fossili habuere. Qualitas est absorbens. Vfus mechanicus. Commendatur tamen etiam ad intertriginem. Ge. *Eripolstein*, *Erippel*. G. *Tripoli*. A. *Tripela*. B. *Trypel steen*.

TRIPOLIUM, est Asteris species; et quidem Aster maritimus Tripolium dictus *Rai*. *Aster tripolium* foliis lanceolatis integerrimis, carnosis, glabris, ramis inaequalis, floribus corymbosis *Linu*. (Syngenes. Polygam. Superfl.). Habitat in Europae littoribus et ad Sibiriae lacus *falsu*. Tripolium dicitur, quod eius flos ter de die colorem mutare perhibetur: ita vt mane candidus, meridie purpureus, vesperipuniceus adspiciatur: idque forte, cum flores omnes non simul, sed particulatim et sensim, floreat, et perficiantur, facile contingit, tres florum colores conspici, incipientium, completorum et deficientium. Ex *τρις*, ter, et *πολιω*, muto, verso. Sed secundum alios, dicitur quasi ter canescens, a *πολις*, canus. Ge. *Meersterkraut*, *Turbithkraut*. Ga. *Espargotte de Mer*. A. *See-star wurz*. B. *Zee-sterrekruid*, *blaauwe Kamille*, *blaauwe Madelieven*.

TRIPSIS, est contritio, siue contusio. A *τριψω*, tero.

TRIQUETER, botanicis dicitur *caulis*, vel *periolus*, vel *pedunculus*, lateribus tribus exacte planis. *Triquetrum folium*, tribus lateribus longitudinalibus in folio subulato.

TRIVETRA OSSA, sunt triangularia officula, quae nonnunquam intra futuram sagittalem et lambdoideam cranii inueniuntur. Etiam *Wormiana* dicuntur. — Vnum quoque ex carpi ossiculis *triquetrum* a figura vocatur.

TRISMVS, est dentium stridor, siue conuulsio tonica, vel clonica, maxillae inferioris, cum impedito eius motu naturali, scilicet constrictio violenta et inuita musculi temporalis et masseteris, qua dentes tam valide contra se inuicem contrahuntur, vt ad minimam motum obliquum, supra se inuicem exterius, vel interius, per musculos pterygoideos factum, sonus acutissimus oriatur et ingratus auribus, qui stridor vocatur. Tetanus est maxillae, s. symptoma pluribus morbis, aut vulneribus grauioribus superueniens. *A τριζω, strido. Ge. Das Zähnlappern. G. Grincement des dents. A. Grinding of the Teeths, Locked Jaw. B. Knerzung der Tanden.*

TRISSAGO, et **TRIXAGO**, vocatur *Chamaedrys*. — — *Scordium* quoque *Trixago palustris* dicitur.

TRITAEOPHYES, **TRITAEVS**, est febris continua remittens, plerumque maligna, quae altero quoque die quidem exacerbatur, sed cum rigore inordinato atque erratico. Differt a Tertiana eo, quod in apyrexiam non desinat alternis diebus; ab amphimerina et hemitritaeo, quod singulis diebus non patitur paroxysmum, sed tantum alternis, aut, si singulis sint paroxysmi tertianarii, saepius vero excepta inuasiōe, paroxysmi a frigore non exordiantur. *Sauv. Ex τριταίος, triduanus, et τρώω, cresco. Ge. Ein anhaltendes drehtägiges Fieber. Ga. Tierce continue. B. Een geduurige anderendaagse Koors.*

TRITERNATVM, botanicis vocatur *folium triplicatorternatum*.

TRITICVM, est planta cerealis, quae plures habet caules, vel culmos, quatuor, vel quinque pedes altos, satis crassos, rectos, per interualla nodosos, excavatos, foliolis quibusdam longis, angustis, instar graminis instructos. Flores sunt hermaphroditi, aperiati, constantes staminibus masculinis, simplicibus, ferentibus antheras tenues gracilesque; intra haec positum est ouarium binis recuruis tubis instructum (Triandr. Digyn.). Vtraque haec defenduntur binis valuis, saepe aristatis, per appendicem longam, acutam, gracilem, iam pilosam, alias glabram; cinguntur rursus duobus foliis cauis carinatis calycis vicem praestantibus: gluma saepius triflora est. Sustentantur haec vno pedunculo, qui cum aliis accretis vni axi facit spicam densam. Semina sunt magna, oblonga, gibba, vna parte sulcata, extus coloris flauescens, intus albi, farinosa, nutrimenti optimi, ex quibus per molendinam in farinam contritis, post debitam eius subactionem, fermentationem, et in clibano coctionem, optimus

panis conficitur. Radix tenuis, filamentosa. Farina tritici duplicem continet materiam, alteram pulveream amylaceam, alteram glutinosam, aquae non miscibilem; amylacea illa, vegetabilis naturae tenacior, acidum elementum continet, et cum aqua vinosam naturam induit, pars glutinosa vero magis ad animale indolem accedit. Triticum forte dicitur, quod ex spicis fit tritum, vel, quod trituratae destinatur. Gr. *Πυρός*, et *πυρόν*, quasi *σπυρόν*, vel *σπορόν*, ἀπὸ τῆ σπείρου, seminando, dictum volunt, vel nomen habet ab acutie, aut a similitudine, quam cum nonnullorum fructuum granis, vel gygartis habet, quae *πυρίαι* dicuntur, vel *πυρός*, a flauo rutilantique igneo colore ac fulgore. Dicitur et *σίτος*, cibus, quae vox omnibus cerealibus conuenit. Ge. *Weizen*. Ga. *Froment*, *Blé*. A. *Wheat*. B. *Tarw*, *Terwe*, *Weit*.

TRITORIVM, i. q. *Infundibulum*.

TRITURATIO, est confusio, qua medicamenta terendo in puluerem rediguntur, vt eo aptius cum aliis misceri, vel virtus eorum extrahi possit; ad quam etiam pertinent laeuigatio et praeparatio, de quibus suo loco. Ge. *Zerstoßung*, *Zerreibung*. Ga. *Broyer*. A. *Trituration*, *Grinding*. B. *Stooting*, *Kleinwryving*.

TROCHANTER, i. q. *Rotator*.

TROCHISCI, sunt medicamenti interni et ficci genus, nempe sunt rotulae, seu orbiculi signati. Fiunt ex pulueribus cum mucilagine exceptis, et in pastam redactis, ex qua orbiculi in umbra siccandi formantur, quorum variae compositiones in officinis prostant. A *τροχός*, rota; vocantur item *Pastilli*, *Δακτύλιοι Hippocr.* ab annuli specie, *Ἀγρίσκος*, quod panem referat, *Κυκλίσκος* a circuli figura. Ge. *Rüchlein*, *Trochisten*. G. *Trochisques*. A. *Troches*. B. *Koekjes*.

TROCHLEA, vide *Barbmis*, et *Trochlearis musculus*.

TROCHLEARIS MUSCULVS, est musculus oculi obliquus superior, siue maior, et omnium oculi musculorum tenuissimus, habens tendinem longissimum. Nam communi principio, cum primis quatuor ortus, ad internum angulum recta fertur, ibi per trochleam cartilagineam transit, quae in margine superiori orbitae versus canthum oculi maiorem sita est, inde reflexus versus posteriorem bulbi partem recurrit, ibique tunicae scleroticae inseritur. Ab hac trochlea *Trochlearis* dicitur, et actione sua bulbum oculi oblique deorsum ad angulum externum vertit, et cum Obliquo inferiori simul agens bulbum a quatuor musculis rectis retractum, aliquantum antrosum ex orbita protrahit, vt in attento obiecti intuitu fieri solet. Etiam *Amatorius* appellatur. *Trochlea* venit e *τροχιζω*,

torqueo. Ge. Der obere schräge Augenmuskel. G. *Muscle supérieur de l'Oeil, ou le Muscle Trochilateur.* A. *The Pully Muscle.* B. *Karrolspier.*

TROCHOIDES, est species articulationis, in qua vnum os ingreditur in cavitatem alterius eodem modo, quo axis committitur rotæ; cuius exemplum est in articulo primæ cum secunda vertebra colli.

TROGLODITICA MYRRHA, est ea, quæ optima est, et in Trogloditi patria nata. Vide *Myrrha*.

TROMA, est vulnus, a causa externa inflictum. A *τρυμνω*, vulnere.

TROMOS, i. q. *Tremor*.

TRVNEATVM, botanicis dicitur *folium* terminatum linea transversa.

TRVNCVS, dicitur illa pars arteriæ magnæ et venæ cauæ, quæ descendit a corde ad vasa iliaca, verum in genere anatomici truncum vocant partem corporis, quæ in ramos diuiditur, quippe quorum respectu truncus dicitur. Sic dantur trunci arteriarum, venarum, neruorum, etc. Ge. Ein Stamm. G. *Le Tronc.* A. *The Trunc.* B. *De Stam.*—*Truncus*, etiam vocatur totum animalis corpus, exceptis capite et artubus adhaerentibus.—Est etiam caudex arboris, ramis et frondibus destitutus, vel in genere organum multiplicans plantam, estque vel *Caulis*, vel *Culmus*, vel *Scapus*, vel *Stipes*. Ge. *Stumpf, oder Stamm.* B. *r Lyf, Romp.*

TRYPANVM, i. q. *Madiolus*.

TRYPHERA, est electuarium, vel compositio antiqua, a *τρυφερὰ*, delicatus, dicta, quod totius corporis orisque colorem odoremque commendat, et natiuum membris succum restituat. Varia passim adhuc prostat, vt *Perfica*, *Saraceni-ca*, *Nicolai*, etc.

TRYSMVS, vide *Trismus*.

TVBAE FALLOPIANÆ, sunt duo canales fere conici, tortuosi, membranosi, ex binis superioribus foraminibus vteri exeuntes, vtrinque vnus, ex angustata capacitate circa matricem sensim dilatati, in hemicyclos cellulosos flexi, sex septem vel quandoque octo circiter digitos longi; horum amplitudo circa medium fere paruum digitum aequat. Peruii sunt. Extremitas vterio iuncta et in eius cauum hians minima est: setam enim tantum, aut stylum tenuem transmittit, at in progressu sensim dilatatur, et circa medium latissima: altera vero extremitas in abdomine fluctuans quartam solummodo digiti auricularis crassitie partem admittit, simbriisque multis muscularibus ornata est, ovario, quando opus

est, se applicantibus. Tubarum substantia membranacea est, duplicique constant membrana, quarum interna communis est originis cum illa, quae internam substantiam uteri cingit, haec glandulosa est, intusque rugosa, et lubrico humore imbuta. Externa vero membrana oritur ab ea, quae externam uteri substantiam obvelat, estque prope uterum crassior. Vasa habent copiosissima, corpus caernofum intra membranas earum efficientia, ut erigi, siue rigidae reddi, queant, quando ovario applicandae; a quibus etiam humectantur. Vfus est, ut in momento conceptionis turgentes, extremitatem liberam eiusque simbras ovario applicent, ovulumque foecundatum turgens et ab ovario abruptum recipiant et in uterum deferant. In tubis substitisse ovula, embryonesque evolutos esse, qui *Partus subarii* vocantur, exempla prostant. Ge. *Muttertrompete*. G. *Trompette de Fallop.* A. *The Fallopian Tubes*. B. *Trompetten van de Baarmoeder, Eyer leiders.*

TVBA EUSTACHIANA, est canalis amplus, tenuiorem calamum scriptorium admittens, ad palati extrema, vel narium posteriora, tendens, ortus a tympani parte anteriori et inferiori, prope tympani membranam, principio ampliori, patente, elliptico: mox iterum sensim coarctatur perfecte tubae instar, sic conam ellipticam basin habentem referens, oblique deorsum versus interiora, inferiora, anteriora delatus, ante canalem osseum arteriam carotidem internam continentem situs, post trium circiter, vel quatuor, linearum progressum in plures partes inaequales, rupta quasi spatia efficientes, desinit. Hactenus osseus est, et ossi petroso insculptus, sensim interim in circulum mutata ellipsi. Apponitur vero huic dein canalis alius, priori continuatus et similis, sed eo duplo longior, angustus admodum in suo principio, multoque angustior, quam est canalis osseus, sensim dilatatus, hinc etiam conicus, inuersus, tandem ad finem multo rursus, quam est ossea pars, amplior, constans partim substantia cartilaginea, respiciente occiput, et constituyente partem superiorem, lateralem, posteriorem pro maiori, lateralem anteriorem pro minori parte, et maximam partem labrorum orificii: partim membranacea et musculosa, respiciente foramen auris, constituyente et absolvente reliquam tubae partem, sic supplente cartilaginis defectum. Denique cartilaginea haec pars, ad extremum tubae finem, praecipue vero ad posteriora, latescens, efficit marginem semilunarem, cartilagineum, robustum, extuberantem, qui format labra orificii ampli, elliptici coniuventis, quo tuba desinit ad latus internum alae internae pterygoidei processus ossis

sphenoidalis, a latere foraminis postici narium, supra palatum mobile, vbi supra vuulae basin terminatur. Vfus praecipue in eo consistere videtur, tum vt humores in cauum tympani exhalantes in os defluere possint, tum vt aer externus cauum tympani subintrare, sicque liberum membranae tympani et ossiculorum motum pro mutatione sua conseruare possit. Nomine a similitudine inuentorisque cognomine desumpto, et a *Valsalua* excogitato, *Tuba Eustachiana* appellatur. Gr. Σάλπιγξ, hinc musculi exigui ab hac tuba ad vuulam et pharyngem tendentes *Salpingo-staphylini*, *Salpingo-pharyngei* dicuntur. Ge. Die Trompete im Ohr. Ga. La Trompe d'Eustachius. B. De Trompet van Eustachius.

TVBA VTERI, i. q. *Tubae Fallopianae*.

TVBERCVLVVM, quandoque naturalem quamuis eminentiam, praecipue in ossibus, denotat, vel idem est, quod *Phyma*.

TVBEROSA, est Hyacinthus Indicus tuberosus, flore Hyacinthi Orientalis *Tournef. Polianthes tuberosa* floribus alternis *Linn. (Hexandr. Monogyn.)*: Nomen a tuberosa radice ab Italis datum. Ge. Zuberose. Ga. Tuberoze. — *Tuberosa* etiam dicitur *radix*, quotiescunque verae radici, quae in medio est, multa vndique et magna satis adnascuntur tubera, vel partes quasi carnosae, filo annexae, quae perperam vulgo pro radice partibus habentur, quam potius gemmarum species dicendae sint: nouam enim (vt certis constat experimentis) plantam in se continent, imo propriis fibrosis, vnde nutriuntur, gaudent radicibus ab inferiori parte sibi appositis, vt in *Alphodelo* et *Paeonia* obseruatum fuit. Hyeme vero perit omne plantae capillitium, et remanent sola cum crassioribus radicibus tubera, quae sequenti anno germinant. Sic ratio in promptu est, quare radices officinales, quae eo modo constructae sunt, hyeme, saltem antequam vigere incipiant, effodi et colligi debeant, quia tunc scilicet radix totam iam futuram plantam, omnesque eius vires concentratas et collectas continet, quae radicem deinceps pro maxima parte destituunt, et per omnes plantae partes disperguntur.

TVBVLI LACTEI, vide *Mammae*.

TVBVLI VRINARI, vel *BELLINI*, vide *Renes*.

TVBVLOSVM, dicitur *folium*, vel perianthium, interne concauum, vel inane; *corolla rubulosa*, in qua corollulae flosculorum omnes tubulosae et subaequales sunt.

TVBVS, botanicis dicitur corollae monopetalae pars inferior.

TVLIPA, est plantae genus, (*Hexandr. Monogyn.*) quod habet caulem vnicum, rotundum, medullosum, duobus, vel

tribus, foliis longis, latis, crassis, duris, in margine vndosis, acutis, instructum. Flos est liliaceus, hexapetalus, forma quodammodo vrcei, absque calyce, in fastigio caulis, vnicus, erectus, sex staminibus praeditus. Ovarium, quod fit fructus oblongus, trifariam dehiscens, in tria loculamenta diuisus, seminibusque foetus planis bino ordine sibi incumbentibus. Radix est bulbosa, interdum breuior, nonnunquam oblongior, crassa, foris flavescente, vel magna ex parte nigricante membrana obducta, quae interna parte lanuginosa est, Castanearum corticis instar, aliquando autem adeo denso tomento plena, vt mollissime recubet bulbus, qui solidus est, firmus, et velut albumen oui coctum candidus, gustanti dulcis, saltem non ingratus. Numerosae admodum huius generis dantur species, quarum plures ob florum elegantiam in hortis nostris coluntur. Nomen datum creditur a pilei Sclauonici similitudine, qui Turcis dicitur *Tulipant*, *Dublent*, *Dublent*. Hunc enim pileum videtur hic flos forma exprimere. Ge. *Tulipan*. G. *Tulipe*. A. *Tulip*. B. *Tulp*.

TVLVS, i. q. *Callus*.

TVMOR, Gr. *ὄγκος*, *ὄδιμα*, est morbus magnitudinis auctae, quo partes humani corporis praeter solitum modum ampliantur, et extenduntur, per affluxum et accumulationem plurium liquidorum, vel concretionem solidorum, ita vt destinatam operationem perficere, vt par est, nequeant. Ge. *Eine Geschwulst*. G. *Enflure*, *Tumear*. A. *A Swelling*. B. *Een Gezwel*.

TUNETANVS FLOS, est *Flos Africanus* aurei coloris, *Tagetes Linn.* (Syngenef. Polygam. Superfl.) sic dictus, quod in regione Africae Tunetensi crescat. Hinc Belgis *Tbeunic*, et S. *Aurbonis bloem*. Vide *Tagetes*.

TVNICA, inter vegetabilia est tenuis cortex, et veluti membranaceus, quo vel arbor, vel radix, inuestitur. Sic radix huiusmodi, vel *bulbus*, *tunicatus* dicitur, e tunicis sibi supraimpositis constans.

TVNICA, FLORES TVNICAE, in officinis dicuntur corollae Caryophylli hortensis simplicis, flore maiore rubro *Baub*, *Dianthi caryophylli* floribus solitariis, squamis calycinis subouatis, breuissimis, corollis crenatis *Linn.* (Decandr. Digyn.) Qualitatis sunt admodum fragrantis, viribusque cordialibus, sudoriferis et alexipharmacis gaudent; hinc in debilitate, contagio et exanthematibus commendantur. Prostant in officinis aqua, acerum, conserua et syrupus. Ge. *Reisten*, *Rögelein*. G. *Oeillet*, *Giroflee*. A. *Pink*, *Cloue July-flower*. B. *Nagel-bloemen*.

TVNICA, i. q. *Membrana.*

TVNICA CORNEA, vide *Cornea tunica.*

TVNICA DECIDVA, s. FILAMENTOSA, est membrana interior vteri cum ovo in eo contento connexa, eique adhaerens, eiusque nexum cum vtero efficiens, quae vel cum ovo secedit, vel post partum expellitur et iterum regeneratur.

TVNICA RETIFORMIS, vide *Resina*, et *Amphiblastroides*: TVNICATI TVMORES, sunt idem, quod *Cystici*, seu tumores saccati, quorsum steatomata, atheromata, etc. pertinent.

TVRBINATA OSSA, SPONGIOSA OSSA, quorum alii quatuor, alii sex, alii octo numerant, habito scilicet vario respectu lamellarum intercedentium, sunt lamellae osseae, ab osse cribriformi, plano, sphenoideo et maxillari productae, in cauo narium vtrisque sitae, mytuli fere instar concavae et conuolutae, tenerrimae, multis foraminibus perforatae, propaginiibus nervorum olfactoriorum et membrana pituitaria vestitae, quarum maximus vsus in augenda superficie cavitatis narium consistere videtur. Vulgo *duo ossa spongiosa superiora* ad ethmoideum os referuntur, *duo inferiora* vero vt separata ossa considerantur. G. *Getwundene Nasenbeinlein.* G. *Coquilles*, *Conques*, *Corneus des narines.*

TVRBITH, seu TVRPETHVM VEGETABILE, est radix Conuoluuli Zeylanici alati maximi *Herm.* *Conuoluuli turpithi*, foliis cordatis, angulatis, caule membranaceo quadrangulari *Lin.* (Pentandr. Monogyn.). Haec radix vario longoque reptatu ad tres quatuorue cubitos ascendit, pollicem et amplius crassa, lignosa, in aliquot ramos diuisa, crasso fuscoque cortice tecta, qui ruptus, stillat succum lacteum, glutinosum, et pallide flavescentem resinam, ilico concrefcentem. Folia habet Althaeae, floremque monopetalum Conuoluuli vulgaris magnitudine, et forma candidum. Radix qualitatis est gummosae, subinspidae-acris, nauseosae, viribusque valide quidem, sed tardiuscule, purgantibus pollet. In arthritide, hydrope aliisque morbis chronicis commendatur, variasque antiquiores compositiones ingreditur. Adfertur ex Zeylona, Malabaria, etc. in officinis eligitur non castiosa, intus alba, et resinosa. Nomen aliqui a turbando deducunt, quod propter magnam violentiam purgando corpus turbet. G. *Turbithwurzel.* G. *Turbith.* B. *Turbith-wortel.*

TVRBITH MINERALE, seu TVRPETHVM MINERALE, dicitur etiam *Mercurius praecipitatus flavus*, et praeparatur e Mercurio viuo in oleo vitrioli soluto et ad siccitatem cocto, tum affusa aqua edulcorato. Olim ad tria grana ad excitandam saluationem propinabatur. At ob vires admodum

drafficas rarius hodie adhibetur, cum securiora mercurialia proferent. Nouiter vt specificum contra hydrophobiam commendatur. *Ge. Turbitib-mineral.*

TVRBO, inter vegetabilia dicitur quidquid ex acumine tendens in amplius spatium. Hinc *Turbinatum*, quod ex angusto continenter in latius prodit. Sic turbinata conspiciuntur pyrorum forma. Per multa etiam herbarum folia in mucronem turbinantur. — *Turbinatum* dicitur *Perianthium* obuersè conicum.

TVRGESCENTIA HVMORVM, i. q. *Orgasmus*.

TVRIONES, sunt tenerae summitates plantarum primo propullulantes, foliis et floribus nondum euolutis. Quorundam plantarum turiones in usum cibarium cedunt, vt *Asparagi*, *Lupuli*, etc. *Ge. Reime.*

TVRPETHVM, vide *Turbitib.*

TVRRITIS, **TVRRITA**, est plantae genus, (Tetradyn. Siliquos.) quod habet folia ex radice erumpentia, oblonga, villosa, vel glabra, sinuosa, repentia. Caulis ex his nascitur solidus, rotundus, habens folia exigua, acuta, instar Acetosae, sine pediculis amplicaulia. Calyx tetraphyllus deciduus. Flores in fastigium turris instar assurgentes, exigui sunt, albi, quadrifidi, cruciformes. Flori succedit siliqua compressa, longissima, tetragona, bilocularis, bialuis, continens femina exigua, rubicunda, saporis acris. Radix est fibrosa, alba. Haec planta crescit in pratis, sic dicta, quod caulis eius se turris in modum erigat. Qualitatis est acris, viresque ei antiscorbuticae tribuuntur; rarior tamen in medicina usus est. *G. Schurmserf. G. Tourrette. A. Tower-mustard. B. Turren-kruid.*

TVRVNDA, i. q. *Turundula*.

TVRVNDVLA, seu **TVRVNDA**, *Varr. Linamentum Celsi. Pannus Colum. Moric. Euporov*, est vulgo lintheum conceptum et in cylindrum contortum, quod unguento illitum, vlcerebus imponitur. *Ge. Reifel, Wiese. G. Turonde, Gharpie, Tense. B. Een Wiske.* — Aliae tamen *turundae*, quae etiam *tumenses* vocantur ad dilatanda orificia vulnerum adhibentur. Eae ex spongia compressa (*Ge. Pressschwamm.*) vel radice *Gentianae*, etc. conficiuntur. *Ge. Quellmeifel.*

TVS, i. q. *Tbus*.

TVSSEDO, i. q. *Tussis*.

TVSSILAGO, est plantae genere flore composito radiato, (*Syngenes. Polygam. Superfl.*), cuius species maxime frequens et officinalis est *Tussilago vulgaris Bauh. Tussilago farfara* scapo vniiflora imbricato, foliis subcordatis, angulatis, denticulatis *Linn.* Habet haec caules tenues, qui in summitate

habent florem radiatum, citissime caducum, cuius discus ex flosculis, corona ex semiflosculis componitur, embryonibus insidentibus, et calyce multifido comprehensis. Embryones postea abeunt in semina pappis instructa. Flos ante folia mense Martio, vel Aprili, erumpit. Hinc etiam *Filius anse patrem* vocatur. -- Radix est saporis subacris cum levi lentore, odoris nullius. Folia ex radice erumpunt magna, ampla, angulosa, circularia fere, superne viridia, inferne alba. Crescit in locis humidis; quod haec planta tussientibus medeatur, appellationem habet, et propter hanc vim in omnibus fere pectoris affectibus adhibetur. Radix in officinis *Radix farfarae* dicitur. Prostat e floribus conferua et syrupus, et e radice Lohoc. Folia frequenter in infusis pectoralibus adhibentur. Ge. *Rosshuf, Brands lattig, Huflattig.* G. *Pas d'âne, Tussilage, Pied de Cheval.* A. *Colts-foot.* B. *Hoef-blad, Paards-klaauw, Hoef-larouw.*

TVSSIS, Gr. Βᾶξ; a βάρρα, tussio. Est motus violentus et plerumque inuoluntarius musculorum, quibus respiratio peragitur, ita vt exspiratio variis vicibus interrupta, iterumque repetens, aerem expellendo e pulmonibus, et repellendo contra latera ramorum asperae arteriae, tandem post aliquot ictus et nisus cum sonitu grauiore, vel acutiore, non sine vi, et saepe humoris, vel phlegmatis, excretionem, peragitur. Hinc ex tussi perinde, vt in sternutatione, concussio corporis fit, adeo vt in vehemientiore tussi non leuis labor fit, et metus suffocationis, quoniam impedita respiratione sanguis e capite rediens se in cor dextrum exonerare non potest; ideoque facies et oculi rubore et liuore afficiuntur, atque a tussi aliquot horas durante identidem, repente vires admodum franguntur, et venter, pectus atque caput dolore affliguntur, praesertim in *Sicca tussi*. Aliquando etiam vomitus subsequitur, aut haemoptysis, inprimis in tenerioribus, a ruptis in pulmone vasis sanguiferis, vel ex illa concussionem viscerum hernia in inguine, vel umbilico, fit. Verum Tussis necessario inducitur per quamcunque irritationem, vel idiopathicam, vel symptomaticam, per valorum pulmonalium quorumcunque obstructionem, siue per compressionem, oppletionem, vel contractionem, ea fiat; hinc comitem agit in asthma, pleuritide, hydrope, empyemate, vulneribus pectoris, malo hypochondriaco, haemoptoë, grauedine, phthisi, vermibus, etc. Diuiditur in *Tussim siccam*, in qua nihil, vel parum, excernitur, vti omnis tussis in principio est: et in *humidam*, in qua mucus viscidus, pulmonum bronchiis inhaerens, respirationisque libertatem turbans, cum leuamine eliminatur; vel sanguis, pus, pituita, aut

tenuis liquor, excernitur. — *Tussis conuulsiva infantum*, s. *ferina*, est saeva et violenta tussis, quam acuta quaedam et sonora inspiratio, galli cantui similis, vna cum vomendi nisu comitatur. Ge. *Reichhusten*. G. *Coqueluche*. A. *Chincough*. B. *Kink-boest*. — Ge. *Der Husten*. G. *La Toux*. A. *Cough*. B. *De Hoest*.

TVTIA, TVTIA ALEXANDRINA, siue CADMIA FACTITIA, est corpus densum, ex fuligine, vt vulgo asserunt, aeris, dum in fornace conficitur, concretum, adhaerens lateribus, camerisque fornacum, vel et in partem infimam delabens. Triplicis id secundum veteres auctores est generis, nominibus a re, quam repraesentare videtur, sumtis. *Borritem* appellant, quae vuae speciem refert: *Ostracitem*, quae testis similis est: *Placitem*, quae crustis. *Borritis* secundum eos reperitur in fornacis parte media; *Ostracitis* in infima; *Placitis* in editiore. Sunt, qui *Capnitem* et *Calamivem* addunt. *Capnitem* dicunt, quae in ipso fornacum ore reperitur, tenuissima, exusta et nimia tenuitate simili fauillae. Verum haec a *Pompholige* et *Nibilo albo* vix, vel parum, differre videtur. *Calamivem* vocant a figura calamii, quam a pertica ferrea acquirit. Nimirum decutitur haec a ferreis perticis, quibus cadmia, dum aes fufum iis agitatur, adhaerescit. Optima est *Borritis*, densa, modice grauis et in laeuitatem magis inclinans, racemosa facie, quae fracta cinerulenta est. Rectius tamen hodie putatur, *Tutiam* esse mineram Zinci argillaceam, in Persia reperiundam, quae super cylindros fusa et modice vsta cortici similis euadit, intus laeuis, extus aspera, coloris e flauo albescentis, vel plerumque grisei. Tutia in puluerem impalpabilem trita, *Praeparata* dicitur; viribus gaudet, vt zincum, exsiccantibus, hinc in intertrigine, maxime vero in ophthalmia, commendatur. Adhibetur sub forma collyrii, vel vnguenti. Gr. *Kadusia*. Arab. *Climia*, vel *Cblimia*. Ge. *Ofenbruch*, *Tutie*. Ga. *Tutie*. A. *Tutry*. B. *Tuti*, *Niet*, *Kleimei*, *Oogniez*.

TYLOMA, CONDYLOMA TYLVS, est excrescentia epidermidis in manibus, pedibusque, minime adhaerens tendinibus, aut periosteo; accedit pedibus, si pedibus nudis incedere adsuescamus, manibus vero accrescit ab instrumentorum duriorum assidua tractione: tactum tollit. G. *Schwiele*. G. *Durillon*, *Callosité*.

TYLOSIS, TRACHOMA TYLOSIS, est asperitudo callosa palpebrae a parte interna.

TYMPANIAS, i. q. *Tympanites*.

TYMPANI MEMBRANA, ita dicta, quia subiectae cavitati, tympani nomine insignitae, superinducta est, sita ad

finem meatus auditorii, quem a tympano separat, et sic aërem internum ab externo hic loci secludit, et corpuscula quaecunque per aërem volitantia, insecta, et similia ab interioribus arcet. Situs eius non perpendicularis, sed valde obliquus est, ita ut ad superiora meatus inclinet, ab inferioribus excurrat, hinc ad superiora et posteriora obrusum, ad inferiora et anteriora acutum cum meatu angulum format; ita nempe in adulto homine: nam foetui, uti rotundior membrana, ita magis plana et horizontalis est. Sic auget superficiem plus, quam si ad perpendiculum apponeretur, hinc locum facit ampliorem pluribus radiis sonoris incurrentibus, inprimis autem efficit, ut incurrant radii praecipue in huius membranae centrum, ut sic facilius et validius tremat. Accipit sic etiam figuram ellipticam, quae alias esset circularis, ut in Leone et Fele, estque sua circumferentia elliptica infixa fulco cuidam parisi figurae, parietibus meatus ossi ad marginem interiorem insculpto, non integram ellipticam absoluente, sed in suprema suae peripheriae regione paululum deficienti, qui idem est cum crena, parti interiori annuli, iam descripti in foetu et iunioribus incisa, satis profunda, ampla, tympani membranam excipiente, quae caua est a parte meatus auditorii, conuexa a parte ossis petrosi. Est haec membrana in omnibus iunioribus, adultis, senibus, etiam brutis quibuscunque, semper integra, nunquam, ut nonnulli, v. c. *Rivinus*, voluerunt, aperta et naturaliter patente foramine pertusa. Membrana haec est tenuissima, hinc pellucida, etiam laevis, polita, ex tribus, vel potius quatuor, distinctis lamellis, sibi inuicem applicatis, vnitis, connexis, ut in foetu optime patet, constans: dum epidermis et cutis meatum auditorium inuestiens, sensim tenuior facta, ad finem meatus tenuissima, interiecta cellulosa, det lamellam externam attenuatissimam, meatus cauum respicientem; cui interne similiter applicatur lamina admodum tenuis, tympani cauitatem spectans, quae periostei tympani cauum obuestientis propago est; inter quas binas rursus intercepta est cellulosa quaedam substantia, nullam vnquam pinguedinem continens, a membrana cellulosa, meatum inuestiente, et sub cute haerente, oriunda, vasculosa admodum, dum extremae lamellae vix vasa habent. Inter tertiam et quartam membranam situs est processus mallei maior, siue manubrium. Vide *Gorda tympani*. Vfus membranae tympani est radios sonoros excipere, eorumque motum per annexa ossicula auditus in labyrinthum promoveri sicque auditui inservire. G. Das Trommelhäutlein im Ohr. G. Le Tympan de l'oreille. A. The drum of the ear. B. Het Trommelvlies, Oor-vliesje.

TYMPANITES, TYMPANIAS, est tumor abdominis fixus et constans, aequabilis, durus, renitens, et a pulsione sonitum edens, plerumque in fastigium assurgens, absque gravitatis multo sensu, cum ructibus, horborygmis, constipatione et dolore; oriundus ex paralyfi partis intestini, et a flatu intercepto summopere dilatati, vel ab emphysemate intestinorum, vel a laesione vesiculae felleae et effusione bilis, vel ab humoribus in abdomen exhalantibus, non resorptis, sed putrescentibus, et aërem sic ex se veluti generantibus; vel a vermibus peredentibus intestinorum tunicas, unde aër tum abdomen intrat, calore expanditur, et tumorem excitat; vel ab inordinato spirituum influxu in nervos intestinorum. Dicitur quoque *Hydrops siccus*. Α τυμπανίτις, tympani instar sono. Ge. Trommelsucht, Blindsucht. Ga. *Hydropisicæ Tympanite*. A. *Tympany*. B. *Trommel-wasser*, *Wind water*, *Wind zucht*.

TYMPANVM, est cavitās pone tympani membranā verus interiora, temporalis ossis parti petrosae insculpta; ampla, lata, caeteris cavitatibus, in eodem osse petroso etiam reperiundis, maior; habens superficiem asperam et inaequalem admodum, cauernulis, eminentiis, sinubus, foraminibusque maxime interruptam. Hinc sortita figuram valde irregularem, ad ellipticam tamen optime accedentem. Parte sua anteriori clausa est membrana tympani; per sinuositatem mastoideam, in parte posteriori et superiori tympani sitam, communicat cum mammillaris ossis temporum processus cellulis multis, magnis, in se inuicem patulis, in infante recenter nato non inueniendis, sensim cum tempore formatis, tympani cauo vnitis, illudque quam maxime augmentibus, ampliantibus, complementibus, hinc ab eo non distinguendis, praesertim cum in iis animalibus, in quibus hi cancelli non adsunt, ipsa tympani cavitās multo amplior obseruetur. Huius autem caui interna facies tota obducta est membrana quadam tenui, a dura matre, per commissuram inter os temporale et partem petrosam occurrentem tympanum ingrediente, sibiue sese expandente, suppeditata; cauernulas mastoideas etiam ingrediente et inuefiente, sic verum periosteum hic efficiente; ditata interim vasculis arteriosis quam plurimis a carotide duram matrem perreptante oriundis, mirabili et prorsus singulari reptatu hic distributis. Haec vascula videntur ex vltimis suis ramulis exhalare liquidum tenuissimum, aequum, ad membranam omnia inuefientem humectandam. In hoc cauo reconduntur ossicula auditus; vide *Malleus*, *Incus*, *Stapes*, *Os orbiculare*, *ic. Fenestra*, etc.

— Tympanum dicitur haec cavitates ob aliqualem cum bellico hoc instrumento similitudinem. Ge. *Trommelhöle im Dhr.* Ga. *La Caisse du Tambour, le Tympan.* B. *De Trommel.*

TYPHA, seu **TIPHA**, est planta palustris, quae habet plerumque caulem vnicum, rectum, politum. Folia sunt longa, angusta, crassa, spongiosa, subdulcia, quaedam ex radice, alia ex nodis caulium erumpentia (Monoc. Triandr.). Flos mas, solis staminibus nudis tribus, valde puluerulentis, constans; flores in gracilem dense compacti congeruntur spicam. Ouaria in spicam densissimam composita haerent sub spica priori; sunt tenuia, multisque instructa filamentis, et abeunt singula in semen vnicum, ouatum, stylo instructum, setae infidens: pappus capillaris, setae seminiferae quasi affixus, longitudine pistilli. Vtraeque spicae in formam clauae per eandem continuatam longitudinem porriguntur. Radix repens, interne albissima, saporis insulsi. A *τύφος*, palus, locus viginosus. Ge. *Kolbenrohr, Narrenkolben, Reichkolben, Fischkolben.* G. *Masse d'eau, Roseau.* A. *Carsail, Redmaces.* B. *Lis dodde, Donsen, Dullen, Polsen, Papen-kul, Zois-kap.*

TYPHODES, est febris symptomatica continua et ardens, in qua primo statim die aegri copiose sudant, sudore ipso parum, aut nihil, alleuante; hinc *Sudorifera* quoque vocatur. Dicitur velut ab inflammatione viscerum. Ex *τύφος*, fumus, et *ἴδος*, forma. Aliis *Typhodes*, vel *Typhus*, est genus febris continua, quae ultra duas septimanas, saepius tres, extendi consuevit cum calore et vrina sanorum similibus, pulsuque, quoad frequentiam, sano fere simili, et quoad robur non maiori, artibus interea maxime prostratis. *Sauv.* Hoc genus plures sub se species comprehendit. Ge. *Ein bößartiges anhaltendes Fieber.* Ga. *Fièvre nerveuse, Fièvre continue maligne.* A. *Nervous-Fever.*

TYPHOMANIA, est simulatus, aut apparens sopor cum peruigilio reali, vel sopor leuis, e quo aegri facile excitantur, cum delirio comitante. Ex *τύφος*, incendo, effero, et *μανία*, furor. Vide *Coma vigil.* G. *Typhomania.*

TYPHONIA, i. q. *Typhomania.*

TYPVS, siue **PERIODVS** et **CIRCVITVS**, est ordo februm, constans ex intensione et remissione. A *τύπτω*, verbero, tundo.

TYRIA, i. q. *Ophiasis.*

TYRIASIS, i. q. *Elephantiasis* et *Satyriasis.*

TYROIDES, vide *Thyroides.*

TYROSIS, est, quando lac comestum in ventriculo in materiam caseosam coagulatur. A *τυρός*, caseus. Ge. *Gerinnung der Milch im Magen*. B. *Kaas-achthigheid*.

V.

VACCARIA, est *Lychnis segetum rubra*, foliis perfoliatis, *Baub. Saponaria vaccaria* calycibus pyramidatis quin-quangularibus, foliis ovatis, acuminatis, sessilibus *Linn.* (*Decandr. Digyn.*). Planta in pratis et inter segetes proveniens, vix ad usum medicum adhibetur. Forte nomen habet a vacca, quod a vaccis adametur. Ge. *Kornbasilien*. Ga. *Lychnis des Bleds*. A. *Cowbasil*. B. *Koorn lychnis, Deustwas*.

VACCINIA, VACCINIUM, est plantae genus fruticosum, flore monopetalo, (*Octandr. Monogyn.*) calyce quadrifido, minimo; corolla monopetala, campanulata, quadrifida, laciniis reuolutis; bacca globosa, umbilicata, quadriloculari, seminibus paucis. Species huius generis plures dantur. Maxime frequens apud nos est *Myrillus germanica* et *Vitis idaea Dalech.* *Vitis idaea* foliis oblongis, crenatis, fructu nigricante *Baub.* *Vaccinium myrillus* pedunculis unisporis, foliis serratis, ovatis, deciduis, caule angulato *Linn.* Habitat in sylvis nostris umbrosis. Fructus qualitatis est acidulae, refrigerantis, subadstringentis, hinc succus inspissatus in febribus, fauciumque affectibus, saepe potionibus et gargarismatibus additur. Sunt, qui infusum foliorum Theae Sinen-sium comparant. Conf. *Myrillus, Oxycoccus, Vitis idaea*. Ge. *Heibelbeer, Schwarzbeer*. Ga. *Airelle, Raisin des bois, Lucern, Morecs, Myrille*. A. *Blackwhorts, Whortle-berries, Billberries*. B. *Kraakbessen, Woudbezien* — Aliis *Vaccinium officin.* est *Vitis idaea* foliis subrotundis exalbidis *Baub.* *Vaccinium uliginosum*, pedunculis unisporis, foliis integerrimis ovalibus, basi ciliatis. *Linn.* Ge. *Trunfelbeeren*. Ga. *Vacier*. A. *Great Billberry*. B. *Groote zwarte Kraak-bessen*.

VACVATIO, vide *Evacuatio*.

VACVI DIES, sunt, quibus iuxta *Hippocratem* rarissima et imperfecta ac mala crisis plerumque contingit. Iique sunt 6. 8. 10. 12. 16. 18. quibus addunt 22. 23. 25. 29. 30. 32. 33. 35. 38. 39. hi *Medicinales* appellantur, quod in iis medicamenta exhiberi possint, verum hi dies in nostris regionibus non observantur tam exacte.

VAGA ARTHRITIS, vide *Arthritis vaga*.

VAGI NERVI, VAGVM PAR, siue octauum neruorum cerebri, pluribus furculis oritur ex lateribus medullae oblongatae, et quidem a corporibus oliuaribus, qui furculi coniuncti per foramen iugulare ad marginem ossis magni occipitalis, vna cum neruo spinali, vel accessorio, transeuntes, et e cauo cranii egressi, vtrinque truncum formant, qui, sparsis pluribus ad partes vicinas ramulis, in iugulo inter arteriam carotidem et venam iugularem internam descendit. Vtriusque lateris truncus, thoracem ingressus, *Nervos recurrentes*, aliosque plures ramulos ad plexum cardiacum et pulmonalem cum ramis Nerui *Sympathici magni* constituendum edit, tum ante et pone oesophagum decurrens, cum hoc diaphragma transit, et vtrinque ramis insignibus cardiacam et ventriculum cingit, quorum ramorum propagines ad ramulos Nerui intercostalis, vel *Sympathici magni*, accedunt, et cum his plexus abdominales ad viscera distributos formant. Ge. Das achte oder herumschweifende Nervenpaar. G. *Nerfs Sympathiques moyens*. B. *Dwaalend Zenuwpaar*.

VAGINA HEPATICA, idem quod *Capsula communis Glissonii*.

VAGINA PORTAE, i. q. *Capsula Glissonii*.

VAGINALIS TVNICA, vide *Elytroides*.

VAGINA VTERI, Αἰδοίον, Γυναικίον, Κέλιος γυναικίως, est canalıs, sine distractione, aliquot transuersos digitos longus, vesicae vrinariae subiacens, intestino recto superiacens, quibus substantia cellulosa adnexus est, ab orificio, vel pudendo externo, ad ostium vteri extensus, contractilis et in partu valde dilatabilis. Constat praeter externam membranam, particulam scilicet non magnam peritonaei, ex tela crassa, cellulosa, stipata et extensili, simulque valde vascularibus, vel circularibus, quae tamen anterieus, propius finem, a sphinctere ani ortae, magis conspicuae *Sphincterem*, vel *Constrictorem vaginae*, constituunt. Vagina interior epidermide pudendi externi producta vestita atque rugosa est, et propter papillas neruofas, quarum magna copia gaudet, valde sensibilis. Perforatur plurimis porulis, praesertim in inferiori parte circa meatus vrinarii exitum, quae orificia glandularum mucosarum sunt; maiores etiam lacunae, vè circa vrethram, ita et in tota vagina, vterique cernice hinc inde reperiuntur, setas saepe admittentes, et liquorem mucosum, has partes lubricantem et descendentem, excernentes. Vfus vaginae est penem et genituram virilem admit-

tere; foetum vero, secundinas, menstrua et lochia ex utero emittere. Ge. Die Mutterscheide. G. Le Vagin, ou le grand Conduit de l'Uterus. A. The sheath of the womb. B. De Scheede der Lyfmoeder.

VAGINANS, botanicis dicitur *folium* basi formante tubum caulem vestientem.

VAGINATUS, dicitur *caulis* foliorum vaginis cinctus.

VALERIANA, est plantae genus flore monopetalo, (Triandr. Monogyn.) quod habet caules tenues, rotundos, excavatos, ramosos. Folia sunt coniugata, quaedam integra, alia profunde laciniata. Flores monopetali, infundibuliformes, multifidi, in summitate caulium, in umbellas, vel spicas, congesti sunt. Post singulum florem unicum semen nascitur, ut plurimum oblongum, fere planum, pappo instructum. Radix est oblonga, rugosa, digitum crassa, superficie geniculata, foris ex cinericeo fulca, intus pallida, numerosis fibris dotata, saporis acris, aromatici, odoris fragrantis et grauis. Huius generis duae praecipue species in usum medicum adhibentur, scilicet: *Valeriana sylvestris maior* Baub. *Valeriana officinalis* floribus triandris, foliis omnibus pinnatis Linn. quae in Europae pratis paludosis habitat; et *Valeriana hortensis* Baub. *Valeriana pba* floribus triandris, foliis caulinis pinnatis, radicalibus indivisis Linn. Vtriusque radix, quae in usum medicum adhibetur, eximie viribus diaphoreticis, diureticis, resolventibus et praecipue nervinis pollet; hinc in epilepsia, aliisque nervorum affectibus, amblyopia et incipiente suffusione commendatur.—*Valeriana Celtica*, vide *Spica celtica*. Gr. Φῶ et Νάρδος ἄγρια. A Valere sibi nomen adsciuisse videtur: quia ea videntes se a venenis defendunt. *Nardus* dicitur ab odore radices. Ge. Baldrian, Ragenwurzel. Theriakwurzel. G. Valeriane. A. Valerian. B. Speer-kruid, St. Joris-kruid.

VALERIANELLA: hoc quidem sub nomine variae plantae diuersi generis denotantur: frequentissime vero intelligitur *Valeriana campestris* inodora maior Baub. Lactuca agnina Raii. Locusta herba I. B. *Valeriana Locusta olitoria* floribus triandris, caule dichotomo, foliis lanceolatis integris, fructu simplici Linn. (Triandr. Monogyn.). Habet haec caulem debilem, rotundum, versus terram repandum, rubicundum, striatum, excavatum, nodosum, ad singulos nodos ut plurimum in duos ramos diuisum, et hi rursus in alios minores ramusculos dichotomos. Folia sunt oblonga, tenera, delicata, colore herbaceo, nullo pediculo appensa, interdum serrata superiora, sapore subdulci et insipido. Flos est mo-

nopetalus, infundibuliformis, quinquefidus, et calyci insidens; qui abit in fructum monospermon, linearem, apice tridentatum, dente maiore exteriore recuruo, femina continentem compressa parumper, in summo acuta, et per obliquum rugis quibusdam exornata, albicantia, satis magna pro plantulae modo. Radix parua, fibrosa, alba. Crescit haec planta in regionibus calidis, et apud nos in hortis umbrosis passim colitur. Folia ineunte vere frequenter in acetariis adhibentur. Est diminutivum a *Valeriana*. Ge. *Rapünzchen*, *Erbblattig*, *Edimertattig*, *Äcker-* oder *Nüßchensalat*. Ga. *Mache*, *Douceze*. A. *Lams letuce*, *Corn-falles*. B. *Vette Koe*, *Koorn-salaad*.

VALETVDINARIUS, est is, qui optima et constante sanitate non fruitur, verum continuo morbis obnoxius est. Gr. *Νοσῶδες*, *Νοσηματωδες*. Ge. *Kränklich*. G. *Maladis*, *Valerudinair*, *Infirme*, *sujet a être malade*, *mal sain*. A. *Sickly*, *Subject to Sickness*. B. *Ziekelyk Mensch*.

VALETVDQ, est partium nostri corporis qualiscunque, siue bona, siue mala, agendi dispositio. Ge. *Gesundheitszustand*. Ga. *Etat de Santé*. A. *Health*. B. *Welvaarendheid*, *Gezondheid*.

VALGVS, est is, cui tibiae sunt non rectae, sed extrorsura conuexae, pedibus femoribusque approximatis. Vide *Blaesus*.

VALVULA, botanicis est pars pericarpium, scilicet paries, quo tegitur fructus externe.

VALVULAE, sunt membranulae tenues, in vasis, aut corde, sitae, valvam referentes; a varia figuratione variam denominationem accipere, vt *Sigmoides*, *Semilunares*, *Tricuspides*, *Mitrales*, etc. reperiuntur in venis, arteriis, ductu thoracico, vasis lymphaticis, lacteis, etc. Vfus est sanguinem et alios liquores impedire, ne retrorsum vrgeri queant. Ge. *Klappen*, *Faltshäutlein*. G. A. *Valvules*. B. *Klap-vliezen*.—*Valuulae* etiam reperiuntur in *intestinis*, in tenuibus et crassis, praesertim in ieiuno et circa initium intestini ilei, quae a figura *Semicirculares* et a situ et functione *Connuenter* vocantur. Hae valuulae, non, vt priores, in corde integrum canalem claudunt, sed sunt modo eminentes plicae, tunicae internae productae, quae quo propius accedunt ad ileum, paulatim incipiunt magis magisque obliquari, et in principio ilei minus obliquantur, quam in progressu eiusdem. Similiter prope finem ieiuni plicae sensim longius ab inuicem distant: et in ileo similiter, quo ulterius descendit, adhuc longius. In principio et medio ieiuni vix semipollicem

distant; in ileo, pollicem integrum et amplius. Digito impullae aliquantulum cedunt, et huc atque illuc mobiles sunt. In fine ilei et ad principium coli praecipue insignis huiusmodi valuula adest e productione tunicae internae ilei nata, in colon aperta, discissis fibris muscularibus disparsens, regressum foecum e colo in ileum multum impediens. Dicitur quoque *Valuula coli*, *Coeci*, *Bauhini*, *Tulpii*, etc. Vide *Colon*. — — — — *Vfus* harum valuularum est cibos nonnihil remorari, vt melius misceantur cum succo pancreatico, bile, liquore gastrico, mucu intestinali, itaque vt ulterius assimilentur humoribus nostris, et attenuentur, chylus in lactea distribuatur, et superficies interna intestinorum, numerusque orificiorum resorbentium augeatur. Ge. *Klappen*, *Falshäutlein der Gedärme*. G. *Valvules des Intestines*. B. *Valvliezen*, *Klapvliezen*. — *Valuula magna cerebri*, est tenuis medullaris lamina retro ventriculū quartum, quae processus a testibus cerebri ad cerebellum vnit, et ventriculū quartum posterius perficit, minime tamen eius coniunctionem cum tertio ventriculo impedit.

VANILLA, VANILIA, VANIGLIA, BAINILLA, sunt siliquae compressae, semipedem fere longae, calami scriptorii crassitie, coloris atro fusci, sub cortice rugoso medullam pinguem cum minutissimis acinis continentēs. Arbor, quae hos fructus fert, est: Volubilis siliquosa Mexicana, foliis Plantaginis, floribus nigricantibus *Rai*. *Angurek*, *Kaempfer*. *Thilxochitl*, *Amric*. *Vanilla piperis* arbori Iamaicensi innascens *Pluk*. *Epidendron vanilla* scandens, foliis ouato-oblongis, nervosis, sessilibus caulinis, cirrhis spiralibus *Linn*. (*Gynandr*. *Diandr*). Frutex est parasiticus. Habitat praecipue in India occidentali. Qualitas siliquarum est pinguis, aromatica, acris et ambrosiaca, viribusque calefacientibus, roborantibus, nervinis, cephalicis et aphrodisiacis gaudent. Frequentissimus in chocolada vsus est. Rarior in medicina. Tinctura tamen spiritu vini extracta vt singularae et specificum remedium in melancholia et phrenesi praedicatur. Ge. *Vanillen*. G. *Vanilles*. A. *Vanelhoes*, *Baniles*. B. *Vanille*.

VAPORARIUM, sive AESTVARIVM, est, cum non in balneo humido sedet aeger, sed vapor ex sella perforata, aut alia machina, admittitur corpori, olla subdita, ex fluido morbo curando conuenienti. Ge. *Schweißbad*, *Dampfbad*. G. *Bain deVapeur*. A. *Vapour-bath*. B. *Zweër-stoof*, *Bad stoof*.

VAPPA, vocatur humor, qui neque dolorem, neque ca-

lorem, neque corrosionem infert, et omni virtute infita, quam antea habuit, coctione, vel exhalatione, priuatus est.

VARICIFORMES PARASTATAE: ita a *Galeno* plexus venarum spermaticarum ad testem vocatur, quem alii et ipse *Galenus* quoque aliis locis *Varicosum corpus* nominant. Vide *Varicosum corpus*.

VARICOCELE, RAMEX VARICOSVS, est tumor funiculi spermatici, ortus a varicibus venarum spermaticarum. Disparet plerumque aegro in dorso recumbente et parum periculi infert. *Ge. Ueberbruch, Krampfaberbruch. G. Varicocèle.*

VARICOSVM CORPVS, dicitur ille plexus vasorum sanguineorum, qui testiculos ingreditur. Dicitur et *Corpus pampiniforme*, vt et *Corpus pyramidale*. *Conf Variciformes parastatae.*

VARIEGATIO, botanicis est diuerforum colorum varietas, quae in folijs floribusque plantarum obseruatur. *G. Zuntzfarbig. B. Boux.*

VARIOLAE, sunt genus phlegmasiae exanthematicae, scilicet morbus contagiosus, plerumque epidemicus, infantes imprimis corripens, febre acuta continua incipiens, cum dolore capitis et lumborum, anxietate et inquietudine coniunctus: succedentibus tertio vel quarto die punctis paruis rubris instar morfus pulicum, quae faciem, manus et brachia, tum totum corpus deturpant, quae suppurantur deinde post tres quatuorue dies, et sub epidermide cutem exedentes, non raro foedissimas profundas foueas in facie relinquunt. Hic morbus veteribus sine dubio ignotus, ab Arabibus primum descriptus, iam vario tempore, epidemice atque latissime grassatur, et, vix praeter vigesimam hominum partem, omnes invadit. Sunt *Variolae*, vel *spiriae*, s. *morbae*, vid. seq. art. vel *verae*; eaeque iterum, vel *benignae*, et *discretae*, vel *malignae*, et *confluentes*, diris symptomatibus magnoque periculo stipatae, et maximam saepe stragem edentes. Oritur hic morbus ex contagio infecti communicato, vel ex aëris contagioso et ignoto statu, vel peculiari sanguinis, iamque nunc conata dispositione, qua nunc mitius, nunc ferocius, saevit; vel etiam communicatur per inoculationem, transplantationem, siue infectionem, qua multum eius ferociae subtrahitur. *G. Pocken, Kinderblattern. Arab. Borbor. Lusit. Besigas. G. La petite Vérole. A. Small pox. B. Kinder-pokjes.*

VARIOLARVM INOCVLATIO, est operatio chirurgica, qua pus variolosum sic corpori applicatur, vt illico per vascula minima resorptum in sanguinem deferatur, ibique ipsas variolas producat. Hanc Asiaticis quibusdam gentibus, a vrustissimis etiam temporibus, visitam fuisse, memoriae pro-

ditum est. Postmodum in Europam; primo in Angliam, dein Galliam, Heluetiam, et reliquas prouincias, nunc frequentissime, et felicissimo cum euentu introducta est. Quoniam enim hic morbus valde periculosus est, et ex sex, vel septem agrotantibus vnum fere e medio tollere dicitur; et artificialis eam communicandi methodus omnibus fere ad miraculum vsque salutaris inuenitur, ita vt ex centenis, immo mille, vix vnus moriatur; eam debitis cum, cautelis institui debere, graues viri affirmant. In eum finem filum quoddam imbuitur pure variolosi iuuenis, discreto genere laborantis, sana constitutione ante inuadentem morbum praediti. Aeger eligitur quatuor annis maior, et plerumque pubertatis tempus nondum praegressus, illique ante operationem vena secatur, et laxans quoddam exhibetur: victus tenuis et decoctum antiphlogisticum ipsi praescribitur; et in cubiculo locatur moderate calido; vnde etiam vernum tempus praefertur, quia tunc aer nec frigore, nec caliditate, peccat. Infigitur ipsi paruum vulnusculum, plerumque in brachio, vel femore, aut nunc in manu, cui fomes variolosus inseritur. Alii lenis vesicatorii ope epidermidem tollunt, et denudatae cuti linteum, puri varioloso intinctum, imponunt. Alii et recentiores inprimis saltem vulnusculum cuti infigunt lanceola recenter pure benigno infecta, nulla fere praeparatione praegressa, atque vt aeger in aere frigidiore semper versetur, iubent. Quocunque modo fiat insitio, vulnuscula plerumque primum consolidari visa, sensim sponte mirum ampliantur, et ingentem copiam puris fundunt. Paucis post incisionem diebus variolae efflorescunt, quas fere semper distinctas et mites esse auctores notant; ita vt aegri, modo aere frigidiore et diaeta anti-phlogistica vtantur, sine grauioribus symptomatibus, hunc morbum ferant. G. *Einsprossung der Pocken*. G. A. *Inoculation*.

VARIOLAE SPURIAE, vel NOTHAE, sunt efflorescentiae variolis veris sat saepe similes, et interdum cicatrices relinquentes, verum in eo a *veris* differentes, quod vix vlla, aut lenissima, febre, stipatae, neque materia purulenta, sed sero pellucido, sensim exhalante repletac sint, et longe breuiori periodo, plerumque intra octiduum, absoluant, nec ab inuasionem verarum variolarum, aut spuriarum iterata, aegrum securum praestent. G. *Epispocken*, *Windpocken*, *Steinpocken*, *Schaafpocken*. G. *Vérole volante*. A. *Swine-pox*, *Chicken-pox*.

VARIX, vide *Cirrus*.

VARUS, vide *Ionchus*. *Varus* quoque sumitur pro *Arthride vaga*; vide suo loco; item pro eo, cui pedes introrsum flexi sunt, et valgis oppositi.

VASA, sunt canales caui, ex conuolutis in se membranis compositi, conici, vel cylindrici, per quos liquores transcurrunt in nostro corpore ad omnes partes; vel etiam imbibentia, aut resorbentia, quae ex superficie, aut etiam cauis, corporis humores quosdam in se recipiunt; vt sunt venae, arteriae, vasa lymphatica, ductus chyliiferus, ductus saliuales, etc. *Vas* Gr. Ἄγγος, Ἄγγειον. G. Gefäße. G. *Vaisseaux*, *Canaux*. A. *Vessels*. B. *Vaten*.

VASA CAPILLARIA, vide *Capillaria vasa*.

VASA DEFERENTIA, dicuntur bina vasa, substantiae admodum densae et firmae, cavitatis exiguae, quae semen ex testiculis, et quidem epididymidibus, in vesiculas seminales deferunt. Ex teste singulo emittitur vnum, quod coloris albi, instar nerui crassioris, sursum fertur pone peritonaeum cum vasis spermaticis, quae deserit circa abdominis introitum, et reflectitur ad posteriora vesicae vrinariae, tandemque vesiculis seminalibus inseritur. Ge. *Saamenabführende Gefäße*. G. *Les Vaisseaux déférens*. B. *Zaadaanbrengende Vaten*.

VASA LACTEA, sunt vasa lymphatica mesenterii, scilicet vasa tenuia in mesenterio; ab intestinis praesertim tenuibus, eorumque tunica villosa, non tantum in parte mesenterio proxima, sed etiam in opposita, principio minimo orta. Plura minora coeunt ad angulos acutos, creant maiorem fluuium, iterum a se mutuo recedunt, iterumque, facta insula, coeunt in canalem vnum, qui mox cum similibus eadem patitur, vt inde fiant maiores fistulae, quae omnes valuulis plurimis vbique fere interstinctae, deinde recta, obliqua, decussata, diuisa via tendunt ad glandulas vagas, in mesenterio sparsas, valde molles, eo concurrunt, has intrant, velant, cingunt, sed iterum exeunt, minus ramosae, quae sunt *primi generis*. Eae autem quae *secundi generis* vocantur, ab istis glandulis ad *sacculum chyliiferum* deducuntur. Vfus est chylum et lympham ab intestinis ad sacculum chyliiferum et ductum thoracicum vehere. Valuulae in his vasis sunt vtriculares, geminatae semper, in mesenterio parte conuexa versus originem et intestina, parte concava versus receptaculum chyli conuersa, in trunco vero, vel ductu thoracico, sua parte conuexa receptaculum chyli, parte concava venam subclauiam respicientes. Praeter has valuulas etiam *semilunaris* adest, aperturae ductus thoracici in venam subclauiam apposita, ita vt cornua eius venam subclauiam respiciant, admittens liquidum ex ductu in venam subclauiam, sed regressum ipsi negans. Ge. *Die Milchadern*,

Milchgefäße. G. Les Veines lactées. A. Milk-vessels. B. De Melk-aderen, Melk-vaten, Chyl vaten.

VASA LYMPHATICA, vide *Venae lymphaticae*.

VASA PRAEPARANTIA, vide *Praeparantia vasa*.

VASA SEMINALIA, dicuntur venae et arteriae ad testiculos euntes. Vulgo *Praeparantia*. Ge. Samengefäße. G. Vaisseaux spermatisques. A. The preparing vessels, Seed vessels. B. Zaad-vaten.

VASA SPERMATICA, i. q. *Vasa feminalia*.

VASA VMBILICALIA, sunt in homine duae arteriae et vna vena: arteriae oriuntur ab hypogastricis, quarum primi rami, vel in foetu potius trunci continuati, sunt; decurrunt primo per latera pelvis; post a lateribus vesicae urinariae, supra peritonaeum: dein oblique umbilicum versus, inter peritonaeum et abdominis musculos. Toto hoc decursu inhaerent substantiae cellulosae, quae exteriori parti peritonaei adhaeret; cuiusque interuentu cum peritonaeo partibusque vicinis cohaerent. Procedunt ad umbilicum, et ibi cum vena umbilicali coeunt, et substantia cellulosa connectuntur inter se. Vna dein exeunt umbilico; et primo lineam albam quasi perforant. Linea alba, quae ex coniunctione tendinum transuersorum et obliquorum abdominis musculorum fit, in umbilico foramen habet rotundum, tendinei marginis, quo vasa exeunt; hoc foramen tam magnum est, vt non stringat vasa, nec tam facile elabi sinat intestina. Cum perforarunt lineam albam, immergunt se funiculo umbilicali, is inuolucrum proprium firmissimum habet, elasticum, subcartilagineum, non a peritonaeo natum, quod integrum et imperforatum funiculo subest, neque a cute abdominis, quae, et cum ea epidermis, notabili annulo ad funiculum totum distinctum adnascatur; funiculus totus factus substantia cellulosa, ex peritonaei exteriori celluloso inuolucro nata, laminosa, fibrosa, spongiosa, muco-gelatinoso repleta, cuius firmiores particulae septa constituunt funiculi, versus placentam firmiora, vt sic tres loculi fiant, quorum quisque suum magnum vas continet. Per hanc substantiam decurrunt vasa ad placentam vsque, sic, vt eam sibi circumfusam habeant, et vndique adnexant: vnde vasa toto tam longo decursu, et coniuncta sunt in vnum funiculum, et sustinentur, ne facile collabantur, aut comprimantur: inde et firmior ille funiculus, e quo pender embryo primis temporibus, quem diuersimode premit grandior foetus. Non recta autem per funiculum decurrunt haec vasa, sed se quasi in spirae modum contorquent, tanquam si triplex filum

contorqueretur; unde per totum hunc decursum arteriæ venam contingunt, pulsque iuuant sanguinis per venam fluxum. Vbi funiculus ad membranas oui, Amnion et Chorion desinit, arteriæ penetrant ad superficiem externam Chorion, et statim in ramos abeunt, qui in ramos minores minoresque paulatim se spargunt specie radicularum. In Chorion autem superficie arteriarum venarumque ramuli mutua implicacione quadam, laxaque cohaesione placenta efficiunt, quæ adnexa vtero, cuiusque interuentu ouum foetus, atque adeo ipse foetus coherens cum matre; et quo vasa hæc propiora illi superficie placenta, quæ vtero adnexa, eo ramifiora et subtiliora, vltimoque ad totam illam superficiem in myriades vasorum subtilium desinunt, quæ infixa vtero. Videntur autem vltimi arteriarum venæque vmbilici ramuli se cum vasis et arteriis vterinis, ad superficiem internam vteri desinentibus, coniungere, et mutua immergere, ita quidem, vt ex arteriis placenta humores penetrare in venas vteri possint; ex arteriis vteri in venulas placenta. Sed notandum, quod, vbi vasa vmbilicalia ad placenta peruenerint, primum ab externa superficie funiculi abscedit Amnion, post ipsa funiculi substantia se explicat, efficitque Chorion, per eas deinde externam superficiem nudi vasorum rami decurrunt, sic vt minores rami ipsi Chorion substantia adhaerant, et quasi inhaereant; maiores autem, qui sensim fiunt ramifiores, efficiant placenta. Vide *Vena vmbilicalis*. G. Die Nabelgefäße. G. *Vaisseaux ombilicaux*. A. *Umbilical vessels*. R. *Navels Aderen, of Vaten*.

VAS BREVE, vide *Breve vas*.

VASA VORTICOSA, vide *Vorticosa vasa*.

VASTI MUSCULI, ita dicti, quoniam crassi sunt, et femur fere longitudine aequant. Duo sunt: *externus* oritur a radice tota trochanteris magni, et cruris osse subiecto, *internus* a trochantere paruo et tota superficie interna ossis femoris ad condylum vsque internum. Hi musculi aponeurosin validam tendinibus musculi recti et cruralis adiungunt, tumque spinæ tibiae, et lateri patellæ inseruntur, suaque actione tibiam extendunt. Ge. Die großen Muskeln des Schienbeins. G. *Muscles vastes externes & internes*. A. *The great Muscles*. B. *De vaste Spieren*.

VECTIS, est instrumentum chirurgicum, quo in sine perforationis cranii vtimur: nam labiis incisi ossis immittitur, ad officulum hinc inde mouendum, vt vacillet, et vossellae parte dentata auferri possit. — Item sic vocatur instrumentum, quod in depressionibus cranii eleuandis vsurpatur. Ge. *Bein*

heber: *G. Levier*. *B. Hef-boom*, *Been-lichter*. — *Vectis Roombuyssi*, instrumentum ferreum est, quod vectem satis simplicis fabricae refert, quo caput infantis inclauatum et potissimum ossibus pubis inhaerens soluitur. *Ge. Der Ronbunssische Hebel*. *G. Le Levier de Ronbuyse*.

VEGETABILE, aut VEGETANS, dicitur omne *Corpus*, quod viuendo crescit. Distinguitur a fossili, structura organica, per quam eius vita exercetur; ab animali, quod facilitate sensationis et motuum voluntariorum destituatur. Omnia haec corpora iunctim sumta *Regnum vegetabile* constituunt. *Ge. Pflanze*. *G. Végétal*. *A. Végérable*.

VEGETATIO, est actio vitae plantarum, quae incrementum earum spectat, cum fructificatio propagationem earum faciat. Fit vero *Vegetatio* radiculis surgentibus tincturam aquosam ambientem, quae calore quotidie addito pellitur per *corticem*, vnde nutritio plantae, exhalante superfluo, deponente interiori pariete *librum*, quotannis secedentem in substantiam *ligneam*, sustentaturam *caudicem* ascendentem, intra quam *medulla* multiplicatiua, basi deliquescente, apice infinita, quam concipio fasciculum fibrarum isoscelem accrescentem, in quo vis fortior rumpit extimas fibras, extrorsum diuergentes, penetrantes in *corticem*, terminatas gemma similiter multiplicatiua; ex obstaculo corticis oritur *folium* expansum, aerem respirans, solem respiciens, motibus venti excitandum, nunquam renasciturum; vbi vero vis minus pellens, medullares fibrae conuergunt, protrahendo aperiuunt substantiam corticis in *calycem*, libri in *cauollam*, ligni in *stamina*, medullae in *pistillum*, terminante vegetationem nouam vitam, collectis filis in *semina* vltima medullae. *Linn.* *Ge. Wachsthum*. *G. A. Végétation*.

VEGETO MINERALIS LIQVOR GOVLARDI, est extractum Saturni, vel acetum cum lithargyrio coctum et addito paucissimo spiritu vini, plurima aqua dilutum: frequentissimi hodie et praestantissimi in chirurgia vsus. *Ge. Goularisches Wasser*. *G. Eau végeto-minéral*.

VEHICVLVM, vide *Ochema*.

VELAMENTVM BOMBICINVM, est lanuginosa quaedam substantia, interiorum ventriculi, oesophagi, intestinorum partem, crustae instar, aut musci villosi, succingens. Alii *Vermicularem crustam*, frequentius vero *nunicam villosam*, vocant. In intestinis si membrana villosa leuiter in aqua tepida maceretur, et crebro abluatur, et lubrica visciditas concauae intestinorum parti adhaerens detergetur, atque tunc intestinum inuertatur, et in liquore limpido suspendatur,

tota interior intimae tunicae facies nitidum quasi holofericum mentitur; dum scilicet microscopio in sole examinata, innumera quasi filamenta pendula totam illam superficiem obsidere videntur. Ex iniectionibus et variis praeparationibus liquet, maximam partem horum villorum esse tantum arteriolas et venulas minimas, ex vasculis, quae per cellulosam internam, siue iuxta alios tendineam, vel nerueam, membranam decurrunt, et ad internam tunicam copiose accedunt, oriundas, accepta ab illa vagina, productas intra cauum intestini, ibidemque pendulas; omnibus simul ad extremum finem abscissis quasi et patulis, sicque vel exhalationi, vel resorptioni tenuissimorum humorum inferuentibus. Ge. Das sammtgleiche Darmhäutlein. G. *Tunique, ou membrane veloutée.* A. *Velvet Membrane of the Guts.* B. *De flusweale Darmrok.*

VELVM PALATINVM, vide *Palatum.*

VENA ARTERIOSA, est veteribus arteria pulmonalis, cuius ope sanguis ex dextro cordis thalamo in pulmones ducitur; tres obtinuit valvulas semilunares, ne sanguis regurgitet, e dextro cordis ventriculo oritur, fere directe sursum ascendit, et ad curvaturam aortae in duos ramos laterales diuiditur, quorum vnus dexter, vocatur arteria pulmonalis dextra, alter vero sinistra. Dextra sub curvatura aortae procedit, hinc maior est sinistra. Ambae toti pulmoni impenduntur, et mire se diuidunt. Vide *Pulmo.* Ge. Die Lungenpulsader. G. *La Veine arterielle, ou l'Artere pulmonaire.* B. *De Long-slagader.*

VENA AZYGOS, velsINE PARI, aut IVGO, vide *Azygos.*

VENA CAVA, Gr. Φλῆψ, Ἐκωνδιεμὸς *Eudoxo*, Διζευδὴν *Hesychio*, est truncus ille magnus venosus, in quem omnes venae se exonerant ab iliis vsque ad sinum venosum cordis dextri, dein a venis iugularibus vsque ad locum eundem; eius rami superiores vocantur *Venae iugulares*; quae ad brachia tendunt *axillares*; in cor, vasa *coronaria*, in pulmones, *pulmonaria*; *phrenica* in diaphragmate; in cruribus *cruralis*; in renibus *emulgentes*, seu *renales*, et sic a varia ramificatione variam denominationem accipit. Haec format amplum, atque membrana arteriosae simili obductum sinum, qui in caua auri dextrae cordis, et in thalamum dextrum partim, desinit, eoque sanguinem e toto corpore reuehit. Ge. Die Höhlader. G. *La Veine Cave.* A. *The great Vein.* B. *De Holle-ader.*

VENA HAEMORRHOIDALIS, dicitur, quae per intestinum rectum et vicinas partes distribuitur. Ratione sirus

distinguitur in externam, Venae hypogastricae propaginem, et internam, quae etiam Vena mesenterica minor dicitur, et a Vena splenica oritur. Ge. *Goldader*. B. *Speen-ader*.

VENA IUGULARIS, vide *Iugularis vena*.

VENA MEDINENSIS, vide *Dracunculus*.

VENA PORTAE, est vena ex venis lienis, ventriculi, mesenterii, intestinorum, pancreatis, et omenti composita, quae scilicet posteriores in vnam venam, nempe Mesentericam, coeunt, quae tandem cum Vena splenica coniunctim truncum Venae portae constituunt. Hic truncus inter duas hepatis eminentias, *Porta*, vel *πύλαι*, dictas, heparingreditur, et in duos ramos transuersos, qui *Sinus venae portae* vocantur, abiens, in innumerabiles per hepar distributos ramos, cum extremitatibus Venae cauae communicantibus funditur, et sanguinem ad secretionem bilis in hepar desert. Ge. *Die Wfortader*. G. *La Veine Porte*. A. *The Port Vein*. B. *Poort-ader*.

VENA UMBILICALIS, oritur ab vno trium magnorum ramorum, in quos se vena portarum hepar ingressura diuidit; decurrit ad umbilicum, exit eo cum arteriis, cum quibus et per umbilicalem funiculum pergit, penetratque ad superficiem Chorii externam, inque ramos, earum ad exemplum, ipsis etiam in vniuersum comites, abit. Vena valvulis caret, quibus hic non opus erat, quum a pressione libera est; multo maior est arteriis, vnitatemque eius natura compensauit magnitudine; imo maior est vtriusque arteriis simul sumtis. Descendit, recta petens umbilicum. Cum itaque ramus venae portarum, a quo oritur, in dextra parte abdominis situs sit, umbilicus autem in medio; a dextris descendit oblique sinistrorsum. Primum autem decurrit sub hepate, vt pote sub quo oritur; ibique in hepate sinus primum oblongus, per quem decurrit, factus, ne hepatis moles eam comprimeret. Dein pergit per fissuram, quam vnam habet hepar hominis, in imo tenui margine suo; atque hoc etiam factum est, vt liberior sit ab omni pressione; post procedit ad umbilicum supra peritonaeum; cum enim, vbi ab hepate recedit, distet aliquantum a partibus continentibus abdominis, ne inde ad umbilicum vsque quasi vasa esset, produxit natura substantiam cellulosam peritonaei, eaque ac ipso quoque peritonaeo circumdedit venam, per quam incedit. Ad umbilicum perueniens, vna cum arteriis umbilicalibus in funiculo umbilicali decurrit. Vide *Vasa umbilicalia*. Vsus huius Venae est sanguinem foetus in vtero e placenta in corpus foetus reuocare. Hinc in homine in lucem edito sensim coalescat, et

Ligamentum hepatis teres, vel rotundum, constituit. Ge. Nabelsolutader. G. Veine umbilicale. B. Navel-ader.

VENAE, *Vegetabilium* sunt costae, quae in plantarum foliis, imo et fructibus, apparent, et ramulos et humorem habentes.

VENAE, in *Animalibus*, sunt canales similes fere arteriis figura et distributione. Sunt amplitudine maiores, membranis omnibus longe tenuiores, inertiores, raris in locis fibris muscularibus, iisque tantum longitudinalibus, praeditae. Valvulas habent, solitarias, fere oblongas, digitabuli forma utcumque, ad loca insertorum in truncum maiorem ramorum, et binas ut plurimum iunctas, et minori interuallo a se invicem segregatas, in venarum maiorum truncis rectis, a corde remotioribus; atque perpendiculariter sursum vehementibus cruorem, quae sic factae sunt, et cauis canalium applicatae, ut humorem ex minori ramo in maiorem truncum admittant; retrogressum caueant corde contracto, molemque ferant. Eae tamen valvulae in systemate venae portae et venis capitis absunt. Haec vero vasa ipsa vitae actione non micant, neque saliant, sed columnas sanguinis per arterias pressas promouent. Habent extrema sua varia, ut in arteriis obseruatur; initia radicum venularum vel ex bibulis cuticulae osculis, vel a resorbentibus in membrana omni interiore positis, vel ex arteriae sine in venulam porrecto, vel ex similibus quibusdam singularibus, ut in pene, clitoride, liene, vel ex pulpa forte glandulosa. Vfus ergo venarum in genere is est, ut sanguinem per arterias ad omnes corporis partes adlatum ex iis ad cor reuehant. Ge. Aderen, Blutaderen, zurückführende Aderen. G. Veines. A. Vein. B. Aderen.

VENAE LACTEAE, vide *Vasa lactea*.

VENAE LYMPHATICAE, vascula sunt parua, pellucida, alba, nodosa ubique ob binas valvulas eleuatiles, cauitatem exacte claudentes, quae suam lympham a vasculis arteriosis lymphaticis, vel a glandulis conglobatis accipiunt, aut, ut recentiorum experimenta ostendunt, ex tela cellulosa totius corporis resorbent, hanc in venas sanguineas, vel in chyli cisternam exonerant. Cum ductibus etiam excretoriis passim communicant. Ge. Wassergefäße, lymphatische Gefäße. G. Veines lymphatiques. A. Lymphatic vessels, Lymphatic ducts. B. Water-vaaten.

VENAE SECTIO, est sanguinis, qui in vasis continetur, per venam arte sectam, euacuatio, quae ad abundantiam sanguinis imminuendam, vel impetum eius auerendum, aut in alias partes deducendum commodo loco instituitur, hocque respectu, vel *Depletoria*, vel *Reuulsoria*, vel *Deriuatoria* dicitur.

dicitur. Ge. Das Ueberlassen G. Saignée. A. Opening of a Vein, Bloodletting. B. Aderlaating.

VENENVM, Gr. Φάγουρον, est omne illud, quod corpori nostro applicatum, illud destruendo, siue solida erodendo, siue fluida circulationi inepta reddendo, mortem adfert; vel etiam, quod parua dosi ingestum omnes actiones turbat, et licet non semper, saepe tamen, letale est. Talia quoduis naturae regnum suppeditat, vti sunt Cicuta, Napellus, Solanum, etc. ex vegetabilibus; morsus animalium rabie furentium, etc. ex regno animali; arsenicum, et pleraque praeparata ex mercurio, antimonio, etc. ex regno minerali. Ge. Gift. G. Poison, Venin. A. Poison. B. Fenyu, Vergift.

VENEREA LVES, vide Lues venerea.

VENERIS OESTRVM, i. q. Clitoris, it. Coitus.

VENOSA ARTERIA, vide Arteria venosa.

VENOSVS CANALIS, est continuatus truncus Venae umbilicalis a sinu Venae portae ad Venam cauam patens in foetu, in adultis vero sensim coalescens. Ge. Der zurückführende Ubergang.

VENTER, dicitur triplex; *infimus* sumitur pro abdomine et in specie hypogastrio, *medius* pro thorace, et *supremus* pro capite. Vide *Cavitates*. Sed stricte sumitur pro abdomine. Ge. Bauch. G. Ventre. A. The Belly. B. Baük.

VENTER EQVINVS, chemicis dicitur fimus equinus, in quo, ob lenem calorem, suas tincturas et essentias, vel alia digerenda, olim frequenter collocabant. Ge. Ross- oder Pferdemit. G. Fumier de Cheval. A. Horse dung. B. Paarde-mist.

VENTER INFIMVS, vide *Hypogastrium*.

VENTILATOR, est machina a Cl. Suzzon et Hales excogitata, quae aëris renouationi et mutationi inferuit, et hinc in nosocomiis, nauibus, carceribus, aliisque eiusmodi locis, maximam vtilitatem adfert. Ge. Ventilator.

VENTOSA, vide *Cucurbitula*.

VENTRES, vide *Cavitates*.

VENTRICOSA, botanicis dicitur *spica* a lateribus gibba.

VENTRICVLI CEREBRI, sunt quatuor caua in cerebri medulla; vix sine distractione multum conspicua. Duo *anteriores*, vel *laterales*, seu *tricornes* siti sunt in medio fere cerebri sub corpore calloso; suntque cauitates satis insignes, figurae fere falciformis curuatae, et a se inuicem ope septi lucidi et fornici distinctae. Tertius sub fornice intra medullae oblongatae crura decumbit. Quartus autem sub cerebello medullae oblongatae insculpitur. In his cauis colligitur continuo lymphæ, ea humectans, quae forte per infundibulum

deducitur partim ad glandulam pituitariam, partim per venas plexus choroidei resorbetur. Ge. Die Höhlen im Gehirn. G. *Ventricules du Cerveau*. A. *The Ventricles of the Brain*. B. *Holligheden der Herffenen, Herffsen-groefjes*.

VENTRICULI CORDIS, duo sunt caua magna, connata quidem inter se, tamen mediante septo a se inuicem separata, propter columnas carneas, et foueas his interceptas, multis veluti cauernulis referta, insignem copiam liquidi capientia, in medio corde reperiunda. Ventriculus primus, siue *dexter*, vel, ob situm, *anterior* et *inferior* dictus sanguinem e vena caua et auricula sua dextra, dum haec contrahitur, recipit et pulmonibus tradit. Alter, siue *sinister*, vel *posterior* et *superior*, a pulmonibus sanguinem resluentem in saccum venosum et auriculam sinistram recipit, et per arteriam magnam in totum corpus propellit. In contractione ventriculorum, siue *Systole*, apex cordis attollitur, et accedit ad basin eius latiore, costasque ferit, cor breuius fit et durius, fibrae musculares ventriculorum caua ambientes spiritaliter in se recedunt, caua imminuunt, et sic in iis contentus sanguis exprimitur. In *Diastole* vero, seu expansione et dilatatione, sanguis recipitur et admittitur. Ge. Die Herzammern. G. *Ventricules du Coeur*. A. *Ventricles of the Heart*. B. *De Holligheden des Herfs*.

VENTRICULVS, est viscus membranofum, situm in abdominis regione superiore, epigastrium dicto, statim sub diaphragmate, inter hepar et lienem. Hepar quidem a dextris ipsum ad vnguem complectitur, lien vero a sinistris sima sua parte adiacet. Os superius connectitur diaphragmati, mediante gula: quae foramine facto superiorem partem muscoli inferioris et sinistri diaphragmatis penetrans ventriculo continuatur, tunicae nerueae suos infigens terminos: Os inferius duodeno. Fundo eius adhaeret ala anterior omenti. Posterior est aorta. Subiacet antrosum colon, et retrosum pancreas, cui tanquam molli puluinari incumbit. Tibiam vtricularem figura eleganter exprimit, praesertim oesophago intestinoque adhuc connexus; ab angusto enim ore in latam capedinem sinuatus, rursus in angustum desinit; in sinistro tamen latere multo amplior, quam in dextro; vt et inferne, quam superne. Diuiditur in dorsum, fundum, et officia. Dorsum, vel *Arcus minor*, vocatur illa pars inter officia superior. Fundus, vel *Arcus maior*, opposita illa inferior pars multo amplior et sinuosa. Orificiorum quidem alterum superius, alterum inferius nuncupatur. Superius in sinistro latere, non quod elatius situm, cum ambo sint in ventriculi

superiore regione, sed eo, quod cibum et potum prius admittat; vocatur et *Stomachus*, nec non *Cardia*; inferius alterum, in dextro latere situm, ratione officii *πυλωρδς*, siue *ianitor*, quoniam portae in modum ea, quae excreturi fumus, emittit. Situs tamen ventriculi in homine viuo alius est, quam in cadauere, in quo pendula omnia sunt. Fundus enim, vel pars inferior, antrorsum, arcus minor retrorsum in homine viuo vergit.—Ventriculus constat e pluribus tunicis; interiecta cellulosa sibi iunctis, scilicet prima, quae est illa externe lacuis membrana, quae totum ambit ventriculum, et soboles peritonaei est. Secunda est carnosa, siue musculosa, plurimis fibris triplici serie distinctis constans. Prima series transuersarum statim, auulso peritoneo, se prodat; hae satis numerosae ac inuicem contextae a summo orificio incipiunt, et in pylorum terminantur. Altera series est orbicularium, quae interruptae tamen vt segmenta circuli itidem ab ore summo incipientes ad pylorum progressae, orbiculariter, vel spiraler, ventriculi cauum ambiunt; tertia constat ex duplici fibrarum ordine, oriuntur iuxta superius orificium, idque ambiunt, et a sinistra parte dorsi ipsius ventriculi, vnde aliquae per idem dorsum recta feruntur ad inferius ostium, quod et ambiunt, sed pleraeque ad fundum versus idem ostium inferius. Haec cingitur et tegitur cellulosa Ruyfchiana, quae oleum suppeditat, fibris musculosis laxandis, lubricandis, necessarium. Tunc sequitur neruea dicta a *Willisio*, vel tendinea, siue potius vasculosa, et in non admodum distento ventriculo rugosa, quae amplior, quam exteriores, plicas format pro varia ventriculi parte mire conuolutas. Haec in conuexa parte donatur mira textura vasorum, cui adhaerent glandulae, siue potius cryptulae, quam plurimae, quarum excretoria in concaua parte ceu tot punctula atque meatus se produnt, ex quibus humor quidam, tum aquosus, tum mucosus, in ventriculi cauum exoneratur. Huius concauae parti firmissime adhaeret tunica, villosa dicta, in qua conspiciuntur (praesertim si in aqua calida aliquantisper demersus fuerit ventriculus) innumeri villi penduli, qui videntur tantum esse extremitates articularum, venarum, et neruorum, qui vltimi forte famis sensum vacuo ventriculo excitant. Officium in genere est cibos accipere, digerere et ad duodenum promouere. Vocatur item *Stomachus*, *Aqualiculus*. Gr. Γαστήρ ἢ Ἄνω κοιλία, Στήμα κοιλίας. Ge. Der Magen. Ga. Le Ventricule, l'Estomac. A. The Stomack. B. De Maag. — Ruminantium animalium

ventriculus in quatuor quasi alios diuisus est, seu quatuor ii sunt ventriculi. *Conf. Abomasus.*

VENVS, vide *Cuprum, Aes.* Idem etiam, quod *Coiras.*

VERATRVM, est Helleborus albus. Ita diuini volunt, quod mentem motam in sanitatem conuertat. Vide *Elleborus albus.*

VERBASCVM, siue *Tapsus barbaras*, est plantae genus flore monopetalo, (Pent. Monogyn.) cuius species maxime vulgaris habet caulem satis altum, ramosum, durum, lignosum, crassum, lanuginosum, rotundum. Folia sunt magna, longa, ampla, mollia, villosa, lanuginosa, alba, quaedam repentia, alia caulibus alterne adhaerentia, latiora, et hirsutiora sunt Blattariae foliis. Flores monopetali, multifidi, rotati, et tamen profunde incisi, vt ex quinque petalis constare videantur, in arctiores spicas, quam Blattariae. flores, congesti. Post florem succedit capsula ouato-acuminata, lanuginosa, septo intermedio in duo loculamenta diuisa, femina exigua, nigra, et angulosa continentia. Radix est oblonga, sat crassa, alba, lignosa. Species huius generis duae in vsum medicum adhibentur, scilicet *Verbascum mas latifolium luteum Baub.* *Verbascum thapsus* foliis decurrentibus, vtrinque tomentosis, caule simplici L. quod iam descripsimus, et *Verbascum nigrum*, flore ex luteo purpurascente *Baub.* *Verbascum nigrum* foliis cordatis, oblongis, periolatis *Linu.* Crescunt in Europae ruderalis et syluis arenosis. Qualitatis vtraque est fatuo amaricantis, viribusque anodynis, emollientibus et repellentibus pollet. Prostat oleum infusum florum, in pleuritide adhiberi solitum. Herbae cum floribus contusae et cum terebinthina in trochiscos subactae, prunisque candentibus iniectae, fumus ano admissus tenefmo, proctalgiae aliisque huius generis morbis summopere mederi creditur. Dicitur quasi *Herba barbaras* Sunt, qui *Candelam regis, Candelariam, Lanariamque* nomenent, quia caulibus eius, adipe, seuo, vel aliquo pingui, illitis, nonnulli pro lucernis vtiuntur. *Ge. Boffraut, Rönigskerzen, Himmelbrand.* Ga. *Bozillon, Mollaine, Bonhomme.* A. *Mallein, Highraper.* B. *Wolle huid.*

VERBENA, est plantae genus flore monopetalo, cuius quaedam species duo, quaedam quatuor stamina habent (Diandr. et Tetr. Mon.). Species maxime vulgaris habet caules angulosos, duos, aliquantulum villosos, interdum rubicundos, ramosos. Folia profunde incisa, oblonga, rugosa, saporis ingrati et amari sunt. Calyx est monophyllus, tubulatus, linearis, persistens. Flos monopetalus, labiatus, cuius labium superius surrectum et plerumque bifidum est, inferius vero tripartitum, sic tamen secantur ambo, vt flos quinquepartitus

primo adfpectu videatur. Ex calyce fit tenuiffimâ vixque manifefta capsula, continens femina tenuia, oblonga, fibi inuicem iuncta. Radix eft fibrofa, oblonga, craffiufcula, faporis amaricantis. Crescit in locis incultis. Species, quae in vsum medicum adhibetur, eft Verberna communis flore caeruleo *Baub.* *Verberna officinalis* tetrandra, fpicis filiformibus paniculatis, foliis multifido-laciniatis, caule folitario *Linn.* Qualitatis quidem eft subinfipidae et inodorae, viribus tamen adstringentibus et vulnerariis pollet; hinc in infufis interdum adhibetur. Aqua deftillata in ophthalmia commendatur. Ipfâ herba capiti impofita cephalaeae medetur, aut cam faltem mitigat. *Verberna*, *Columbaris*, *Columbina*: dicitur quafi *Herberna*, ab herba, quia antiqui proprie non Verbernam intellexerunt, fed quaslibet herbas, in facrum vsum deftinatas, hinc etiam vifti terram ac Verbernam fe porrigere dicebant. Vide *Periferon*. *Ge. Eisenkraut*, *Eisenberg*, *Eisenhort*, *Zaubenkraut*. *G. Kervene*. *A. Vervain*. *B. Yzer-kruid*, *Yzer-bard*.

VERETRUM, i. q. *Penis*, feu *Membrum virile*.

VERMES, peculiarem classem animalium apud *Linn.* conftituunt. Sunt fcilicet animalia mollia, pudentia, viuaciffima, redintegranda, acephala, apoda, androgyna, tentaculis dignoscenda, exanguia, nulli metamorphofi, vt larvâ insectorum, obnoxia. Plurima dantur genera et fpecies, quarum etiam variae in intestinis animalium habitant. Vide *Ascarides*, *Lumbrici*, *Taenia*, *Trichuris*. *Ge. Würmer*. *G. Vers*. *A. Worms*.

VERMICULARIS, etiam epitheton *Pulsus* eft, qui inftar vermium reperere videtur.

VERMICULARIS, eft *Sedum minus*, teretifolium album *Baub.* *Sedum album* foliis oblongis, obtufis, teretibus, fessilibus patentibus, cyma ramosa *Linn.* (*Decandr. Pentag.*). A fimilitudine nempe foliorum, quae rotunda funt, et figurae ovalis, vt vermiculos putes, vnde et *Craffula minor* appellatur. *Ge. Kleine Hauswurzel*, *kleiner Donnerbart*. *Ga. Petite joubarbe*. *A. Tripe-madam*. *B. Kleine Danderbaart*. *Conf. Sedum*.

VERMICULARIS CRUSTA, eft interior tunica intestinorum villosa et gyrofa, feu rugosa, reliquis longior. Vide *Velamentum bowbycinum*, et *Ventriculus*.

VERMICULATUM, in plantis eft, quod rosae modo, quasi purpuriffo, rutilat.

VERMIFORMIS APPENDICULA, eft canalis parvus craffitiei inftar vermis oblongi, qui hiat et accreuit in intes-

coeci fundo. Substantia tunicarum est eadem fere, ac intesti-
norum; supra colon se contorquet, veluti vermīs, et perito-
naei membranae annectitur, extremitate vero sua reni dextro;
proprio mesenterio gaudet: longitudinis est quatuor
digitorum, latitudinis digiti vnus, intus angustissimae ca-
pacitatis, secernens copiosissimam lympham et mucum ex
suis glandulis, qui oblinendis faecibus inferuit. In foetu
sine dubio maior huius partis vtilitas est, quippe quae et pro
ratione maior, multoque capacior et magis caua sit, ac ipsi me-
dio extremitatis intestini coeci adhaereat. Ge. *Wurmför-
miger Fortsatz.* G. *Appendice vermiculaire.* B. *Wormgelyke
Aanhangsel.*

VERMIFORMIS PROCESSVS CEREBELLI, est proces-
sus, in quem ducit sulci hemisphaeria cerebelli diuidentis
finis, et qui perinde, vt corpus callosum cerebri, dextrum
cerebelli lobum cum sinistro coniungit, valleculamque re-
plet, quae inter cerebelli lobos interiacet, ab anteriori sine
per posteriorem circumductus ad superiorem. Non tamen
is perinde medullaris est, corticeque multo miscetur, et
perinde per piam membranam in sulcos fere transuersos
sibi que parallelos diuiditur, inque angulum planum faciei
similem medius adsurgit. Eius processus duo potissimum
fines, nusquam tamen interuallo aliquo separati, a nuperis
separantur. Superior tangit totam valuulam cerebelli, et
adplicatur ad glandulam pinealem; cumque ea superiorem
terminum ventriculi quarti ex calamo nascentis sub natibus
perficit. Inferior inferiorem et latiore finem ventriculi
quarti claudit. *Vermiformis* dicitur processus, quod annulos
erucae imiteretur. Hall. Ge. *Wurmförmige Fortsätze des klei-
nen Gehirns.* G. *Appendices vermiformes.* A. *Wormlike
Processes.* B. *Wormwyze Uissteeksel.*

VERMIFUGA, a *Verme* et *Fuga*, idem, quod *Anselminthica.*

VERMIS CEREBELLI, idem quod *Vermiformis processus
cerebelli.*

VERMIS CEREBRI, vide *Febris Vngarica.*

VERMIS DIGITORVM, i. q. *Paronychia.*

VERMIS TERRESTRIS, vide *Lumbricus terrestris.*

VERNACVLVS MORBVS, i. q. *Endemius.*

VERNATIO, botanicis dicitur foliorum dispositio intra
gemmam.

VERNIX, seu *Vernisum*, a nonnullis *Sandarache*, siue *Gummi
iuniperinum*, vocatur. Proprie vero est *Vernix* refina quaedam
venenatae qualitatis, arboris in laponiae et Virginiae paludo-
sis habitantis, quae est *Sits*, vel *Sitz Kaempf.* *Rbus vernix*

foliis pinnatis integerrimis; petiolo integro aequali Linn. (Pentandr. Trigyn). Sed plerumque *Vernix* vocatur compositio quaedam liquida, sensim durefcens, inferuiens obducendae crustae aliis rebus, ne corrumpantur. Sic ex lacca, mastiche, copal, succino, simplicibus, vel mixtis, in alcohole vini, spiritu acido dulcificato, oleo terebinthinae, aut lini, coctis et solutis fit proprie *Vernix*. Ge. *Berniß*, *Sitniß*. G. *Vernis*. A. *Varnish*. B. *Vernis*.

VERONICA, est plantae genus flore monoperalo, (Diandr. Monogyn.) plurimas sub se comprehendens species. Quae in vsum medicum adhibetur, est Veronica mas lupina et vulgatissima *Baub*. *Veronica officinalis* spicis lateralibus pedunculatis, foliis oppositis, caule procumbente Linn. Habet haec caules exiguos, longos, nodosos, repentes, lanuginosos, rotundos. Folia, sibi inuicem opposita, iuxta caulis longitudinem nascuntur, Pruni foliis similia, villosa, in margine incisa, saporis amari et acris. Calyx est quadripartitus, persistens. Flores sunt monopetali, rotati, multifidi, ex quorum calyce fit fructus membranaceus, obcordatus, apice compressus, quadriualvis, in duo locula menta diuisus, plurima semina exigua, rotunda, et nigricantia continens. Radix est fibrosa, hinc inde in terra sparsa et repens. Haec planta crescit in locis petrosis et arenosis. Quamuis haec herba qualitatis saltem amaricantis et subadstringentis videatur, summis tamen in medicina laudibus a plerisque celebratur, eiusque infuso eximiae virtutes pectorales, diureticae, aperientes et roborantes tribuuntur. Prostat conferua, syrupus et aqua, cum, vel sine vino destillata, vsus frequentissimi. — *Veronica aquatica*, vide *Beccabunga*. Conf. quoque *Teucrium*. Ge. *Ehrenpreis*, *Grundheil*. G. *Veronique*. A. *Luellin*, *Fluellin*. B. *Eeren prys*.

VERRUCULARIS TVNICA, idem quod *Amphiblestroides tunica*.

VERRUCAE, sunt species tuberculorum, Gr. *Ἀγκυροειδῆς* *ἄγκυρα*, *ἄγκυρα*, *ἄγκυρα*, dicuntur, eo quod, si vertices horum tuberculorum inspiciantur, similes sunt resectae chordae. *Celsus* huius appellationis eam causam videretur attulisse, quod in fundo sint angustiores, in summo latiores; adeo ut pendere videantur, ideoque a plerisque etiam *Verrucae penfiles* appellantur. Dicuntur *porri*, eo quod, si inspiciantur summitates ipsorum, videntur aemulari breuis illa capillamenta porrorum. Est vero *Verruca tuberculum durum*, eminens, e cute erumpens, callosum, paruum, pisi magnitudine vix unquam excedens, et in omnibus corporis partibus nascens,

inprimis vbi inaequalis pressio et attritus fieri solet. Ortum habet ab excreſcentia papillarum nervosarum, aut harum vaginalium, sub cute haerentium, quae degeneraſcentes cutem eleuant et dilatant, ſed epidermide adhuc tectae manent. Ge. *Warte*. G. *Verrue*. A. *A Wart*. B. *Een Wraat*.

VERRUCARIA, dicitur *Heliotropium*, quia creditur eius ſoliis contuſis verrucas abigi. Sic etiam vocatur *Tirbymali* ſpecies, cuius ſucco lacteo verrucae decidunt.

VERV MONTANVM, vide *Caput gallinaginis*.

VERTEBRA, i. q. *Spondylus*.

VERTEBRALIS ARTERIA, oritur vtrinque ex arteria ſubclauia, raro alterutra, ex ipſo arcu aortae, tum per foramina proceſſuum tranſuerſalium vertebrarum cervicalium aſcendens, per foramen magnum oſſis occipitis cranium intrat, et ad latera medullae oblongatae decurrens, tum cum ſua pari, tum cum ramis arteriae carotidis coniungitur, et ſingularem arteriam, quae *Baſilaris* dicitur, conſtituit. Uſus pariter eſt ſanguinem pro ſecretione fluidi nervei in cerebrum deſerre. Ga. *Artère vertébrale*. B. *Wervel-ſlag-ader*.

VERTEX, eſt pars capitis inter ſynciput et occiput media, altiſſima omnium et gibboſa. Gr. *Κορυφή*. Ge. *Der Wirbel auf dem Haupte*. G. *Le Sommet de la tête*. A. *The Top of the Head*. B. *De Kruin*.

VERTIBVLVM, vocatur globolum caput oſſis, quod in articulatione cauum alterius oſſis ingreditur. — *Vertibulum* eſt quoque idem, quod *Trepanum*.

VERTICALE, botanicis eſt *folium* paginam ſuperiorem meridiei obuertens.

VERTICILLI, i. q. *Coryledones*.

VERTICILLVM, VERTICILLVS, in plantis ſorum, vel foliorum, ambitus annularis, qui cauliculos, aut ramulos, herbarum coronat, exiſtit, ab inſtrumenti muliebriſ ſimilitudine dictum, quod fuſo vertendi gratia ſolitum eſt adhiberi. Hinc *Verticillati* dicuntur *rami*, *pedunculi*, *folia*, vel *ſtores* plures truncum ad genicula circumdantia.

VERTICILLVM, in chirurgia idem, quod *Torcular*, ſ. *Faſcia torſilis*. Ga. *Tourniquet*.

VERTIGO, vide *Scotomia*.

VESANIA, eſt furoris ſpecies, vel delirium ex nimio amore. — *Vesania* aliis, v. c. *Sauuagio*, ſignificat claſſem morborum, omnes illos comprehendentem quorum cha-

racter est imaginationis, iudicii, voluntatis, etc. depravatio.

VESICA, est pars membranacea caua, in qua liquor excernendus colligitur et continetur; vt Vesica vrinaria, biliaria, feminaria. Gr. *Κύστις*, *Ουροδόχος κύστις*. Ge. *Die Blase*: G. *Vessie*. A. *A Bladder*. B. *Een Blaas*.

VESICA BILARIA, CYSTIS FELLEA, FOLLICVLVS BILIS, VESICVLA FELLEA, est Vesicula ad figuram pyri accedens, sita ad marginem anteriorem in parte hepatis concava, paruo ovo gallinaceo vt plurimum similis. Fundus nobis erectis deorsum, collum vero inflexum et tortuosum sursum spectat. Incumbit vesicula colo, illudque suo colore tingit. Constat, vt vulgo adsumunt, ex quatuor membranis. 1) Communi. 2) Vasculosa. 3) Musculari, ex fibris rectis, obliquis et transuersalibus. 4) Neruea, vel tendinea, intus rugosa, seu reticulata, humore vnguoso imbuta, in qua subinde minimae glandulae apparent, quae fabrica ductibus biliariis communis esse videtur. Exit in *ductum*, qui *cysticus* vocatur, et cum *ductu hepatico* ad angulum acutum iungitur, et sic vniti faciunt ductum communem, maiorem prioribus, *choledochum* dictum, oblique descendente, qui ad angulos acutos appositus duodeno, penetrat anteriorem eius tunicam, dein inter hanc et alteram descendens, mox perforata et hac, inter secundam et tertiam longo itinere progressus, foramine rotundo in cauum intestini libere exit. Instructa est arteriis duabus, arteriae hepaticae propaginibus, quae *Arteriae cysticae*, vel *gemellae*, vocantur. Vfus Vesiculae felleae est, bilem, in hepate secretam, vacuis ventriculo et intestinis per ductum cysticum recipere, cum vix adhuc satis de ductibus hepatico-cysticis constet, afferuare, et debito tempore, pressione ventriculi et intestinorum repletorum, in duodenum effundere. Plura sunt animalia, ex omnibus classibus, hac vesicula carentia, vt elephas, camelus, equus, asinus, ceruus, caprea, dama, pavo, psittacus, columba, etc. in quibus ductus biliarii ampliati vicem subeunt. Et homines vesica fellea destitutos, aut plures vna adfuisse, legitur. Ge. *Gallenblase*. G. *Vésicule du fel*. A. *Gallbladder*. B. *De Gal-blaas*.

VESICA DESTILLATORIA, est vas aeneum, siue ahenum cupreum, superius capitello cum tubo donatum, qui inferitur tubo serpentinis ductibus incuruato, per quem humores ascendentes in recipiens vas destillant. Inseruit destillationibus plantarum aquosis, spirituosis, etc. Germ.

Distillirblase, Brennhafen. Ga. Vessie à distiler. B. De stilleet blaas.

VESICA VRINARIA, Gr. *Kérē*, est pars membranacea, caua, pyri fere, vel lagenulae forma, cuius pars angusta deorsum vergens *collum*, media *corpus*, et pars sursum vergens, *fundus* dicitur. In viris posterius intestinum rectum habet; in foeminis vero uterum, cuius vaginae alligatur. Semper extra abdomen et cauum peritonaei in loco tutissimo a concursu ossium, sacri, ileon, ischion, et pubis formato, et mediante supra expansa peritonaei lamella, cui fundus vesicae accretus, a contentis abdominis separato, haeret, qui *Peluis* dicitur. Habet haec vesica quatuor membranas, externa in superiori parte, vel fundo peritonaeo ortum debet, huius officium est vesicam partim inuestire. Secunda est cellulosa, in qua plerumque subtilis quaedam pinguedo est. Tertia membrana est muscularis, fibris longitudinalibus et spirabilibus praedita, quae tenuiores et parciore in ipso corpore vesicae, copiosiores vero et robustiores in collo apparent: huic in toto corpore similis non reperitur, valde explicabilis, et magna vi elastica praedita. Intima membrana tendineo membranacea et glandulosa est, valdeque sensibilis. Si microscopii ope conspicitur, deteguntur infiniti exigui folliculi, rotundi, humore mucoso pleni; unde haec membrana tam lubrica est, ut attractiones digitorum eludat; quo vesica contractior, et minus stimulat, eo dicti folliculi magis clauduntur, humorem mucosum colligunt, et ad usum reseruant; quo vero magis dilatatur et stimulat, eo oscula folliculorum patentiora redduntur, et humor ille maiori copia fluens vesicam ab irritante quocunque acri, vel stimulaute, defendit. Tandem, ne vrina continuo efflueret ex vesica, appositus est cervici vesicae *Sphincter*, qui proprie non est distinctus musculus, sed tunicae muscularis condensata pars, quae hic fibras rotundas habet, collum vesicae arcus specie ambientes et claudentes. Accipit urinam ex renibus per *Vreteres*, eam asseruat, tandemque per *Vrethram*, quae in viris, quam foeminis, longior est, excernit. *Ge. Harnblase, die Blase. G. La Vessie. A. The Urine-bladder. B. De Pis blaas.*

VESICARIA, vocatur *Alcea veneta*, ut et *Alkekengi*, quia eius fructus in vesiculis continetur: vel quoniam vesicae et calculis prodest. Vide *Alcea*, *Alkekengi*, *Alyssum*.

VESICATORIA, sunt medicamenta, quae externe cuti applicata, acrimonia sua irritante in loco determinato tumorem quendam, ex liquido ibi ante non haerente, exci-

tant: illud liquidum nempe eo hac vi deriuando, vt per vltima vascula nimis distenta exeat; communique cauitate sub eleuata cuticula colligatur. Plerumque hoc fit per cantharides. Vocantur quoque *Attrahentia*, *Deriuantia*. Gr. *Επιουσιὰ*. Ge. Blasenziehende Mittel, Blasenpflaster. G. *Vésicatoire*. A. *Vesicatory*, *Blister*. B. *Blein*, of *Blaartrekkende Dingen*, *Spaanse Vliegpleister*.

VESICULAE ADIPOSAE, vide *Sacculi adiposi*.

VESICULA FELLIS, i. q. *Vesica biliaria*.

VESICULAE SEMINALES, sunt receptacula quaedam, seu intestinulorum, in gyros, cryptas, recessus, complicata, quae in viris collo vesicae a parte posteriori nectuntur per cellulosam telam. Sedem habent inter vesicam vrinariam et intestinum rectum. Duae sunt, et constant ex membrana satis tenui, et auium minorum intestinorum instar varis modis contortae sunt, nisi quod hinc inde varicum adinstar mirum in modum dilatatae et interna cauitate magis contractae conspiciuntur. In has definit *Vas* eiaculatorium, vel *deferens*, e testiculis vtrinque ascendens, sensim latius et sinuosum, rursus angustius, vbi incuruatum ingreditur fere recto itinere in haec intestinula versus horum fundum capacissimum. Quaeque vesicula praedita est alio canale emissorio cum priori ad angulos acutos iuncto, qui bini emissorii per orificia minima ad latera Verumontani in vrethram patentem desinunt, vt ita per distincta oscula feminalis humor huc expellatur. Interim ambae haec vesiculae membranis atque fibris colligatae sunt, semen asseruant, et tempore orgasmis venerei excernunt. Ge. *Saamenbläslein*. G. *Vesicules seminales*. B. *Zaad-blaasjes*.

VESPERTILIONVM ALAE, sunt ligamenta duo lata et membranosa, vtrinque vnum, quibus vteri fundus ossibus Ilii laxè connectitur. Rectius tamen hoc sub nomine eae tantum partes membranaceae intelliguntur, quae tubis Fallopianis et vuariis interiectae, et, si distendantur, tenuitate et vasis decurrentibus alis vespertilionum similes sunt. Ge. *Die Fledermaußflügelförmigen Bänder der Mutter, die breiten Mutterbänder*. Ga. *Ailes de Chauve souris*. A. *Bats-wings*. B. *De Vleer-muis gelyke Banden*.

VESTIBVLVM, in aure dicitur pars media labyrinthi inter cochleam et canales semicirculares. Est vero cauitas ossis, superficie inaequalis; huius pars anterior obducitur membrana fenestrae ovalis, opposita pars spectat membranam Tympani, in id cauum hiant nouem foramina.

1) Fenestra ovalis. 2) Duo foramina neruorum. 3) Quinque foramina canalium trium semicircularium. 4) Superior pars cochleae a parte faciei huc aperitur. Ge. Vorhof des Irregang. G. *Le Vestibule*. B. *Het Porraal van 't Doolhof*.

VETERINARIA MEDICINA, est ea ars, quae de medicatione circa iumenta et pecudes agit, vulgo *Mulo medicina*. Ge. *Dieharzneykunst*. G. *Art vétérinaire*.

VETERIVS, vide *Letbargus*, *Coma*.

VETONICA, *Vetronica*, *Vetronicum*, est planta, sic ab *Vetonijs*, Hispaniae populis, nominata. Creditur quidem *Betonica* nostra, vix tamen recte, cum, quae *Antonius Musa*, Augusti Archiater, peculiari carmine de *Veronica* herba depraediceret, vix in *Betonica* nostram subinspidam et subinodoram quadrent. Gr. *Κέτρον*, idque a varietate et copia remediorum dicta est. Vide *Betonica*.

VEXILLVM, botanicis dicitur in floribus papilionaceis petalum superius, plerumque maximum et concavum.

VIREX, vide *Enchymoma*.

VIBRANS, vel VIBRATUS PULSUS, est pulsus cum durtie et celeritate tremens; in aegrotis, qui magnas inflammationes, vel tenacissimas patiuntur obstructions, itemque neruorum distentionem, naturae cum morbo pugnam ostendit. *Lom*.

VIBRATIO, est agitatio et motio corporis et membrorum inuoluntaria, vt conuiescere non liceat, etiam si strenue renitaris. Ge. *Das Erschüttern*. G. *Branlement*, *Agitation*, *Secousse*. A. *Shaking*, *Quaking*. B. *Shudding*.

VIBRISSAE, dicuntur pili, qui e naribus excrescunt, mucosque, ne iugiter effluat, nec non volitantibus per aërem insectis, ne vna cum spiritu intrent, obicem ponere creduntur. Ge. *Die Nasenbärlein*. Ga. *Le Poil des Narines*. A. *The Hairs in the Nose*. B. *De Neusbären*.

VIBURNVM, est arbuscula, *Viburnum lantana*, L. (Pent. Trigyn.) cuius rami longi, digitum crassi, valde flexiles, corticem albescentem habent. Folia ad Alnum, vel potius Sorbum Alpinam, accedunt, lata, sublonga, crassiuscula, in ambitu crenata, hirsuta, et puluisculo albo, maxime inferna parte, quae ob id etiam magis candidat, conspersa, gustu adstringente. Flos est monopetalus, rotatus, quinquefidus, umbellae in formam digestus, staminibus quinque praeditus. Ouarium in ora superiore coronatum calyculo quinquefido, instructum tuba erecta veluti triglobosa, abito in fructum, seu baccam mollem, unilocularem, succi plenam, unico semine osseo, compresso, strato, foetam. Haec ar-

buscula crescit in calidioribus, in locis incultis, saxosis, et montibus, apud nos in hortis colitur. Foliorum et fructuum decoctum in affectibus faucium commendatur: rarioris tamen in medicina vsus. A *Viendo*, id est, *Ligando*, dictum, quo rustici vtuntur ad colligendos fasciculos. Vulgo *Viornei*. Ge. *Weidenbaum*, *Schlingbaum*. G. *Le Coude mainserine*; *Manfenne*. A. *The wayfaring Tree*, *pliant Meally Tree*. B. *Meel-boom*. — In America *Viburni* species, quae *Cassinoides* dicitur, atque in Carolina potissimum crescit, Theae loco adhibetur. Ge. *Der Carolinische Theebaum*. G. *Thé de Caroline*. A. *The Hysson-Tea*.

VICIA, est plantae genus flore papilionaceo, (Diad. Déc.) plurimas species comprehendens. *Vicia sativa* L. habet caules angulosos, villosos, excavatos. Folia oblonga, angusta, villosa, bina, quasi contugata, costae minuscantia, in cincinnulis adenti. Calyx est monophyllus, furculatus, semiquinquefidus. Flores in pluribus sunt leguminosi, purpurei, aut caerulei. Flori succedit siliqua villosa, foeta seminibus subrotundis, aut angulatis, nigris. Seritur passim in vsum oeconomicum, columbis pabulum gratissimam, gallinis vix conueniens. Panis e farina seminis, pravae digestionis est; haec vero ob vires roborantes in epithematibus interdum adhibetur. Secundum veri similitudinem a Gr. *Buia*, vel *Buiba*, nomen habet. Dicitur videtur a vinciendo, quod item, vt *Vitis*, capreolos habeat, quibus sursum versus serpit, vel quod inter frumenta vitium sit. Ge. *Wicken*. Ga. *Vesse*. A. *Verch*. R. *Wicken*.

VICTORIALIS, dicitur *Gladiolus*, vt et *Allium montanum*, est *Allium* foliis caulibus lanceolatis, floribus umbellatis Roy. *Allium* radice oblonga, reticulo obducta Hall. *Allium* montanum latifolium maculatum Baub. *Allium victorialis*, caule planifolio umbellifero, umbella rotundata, staminibus lanceolatis corolla longioribus, foliis ellipticis Linn. (Hexand. Monogyn.) Hinc folia in toto genere latissima Colchici. Habitat in Alpibus Helvetiae et Italiae. Viribus et qualitate cum *Allio* conuenit. Multa tamen de singulari contra fascinum virtute fabulatur credula superstitione. Ge. *Giegrouyet*. G. *Ail serpentin*. A. *Victory root*, *wild or broad Garlic*, *Spotted Ramsons*. B. *Victori wortel*, *Das lobb*, *Veldlook*.

VICTORIOLA, vide *Laurus Alexandrina*.

VICTVS RATIO, est modus viuendi, quo sanitas per conuenientia alimenta, quibus in humano vsu vulgo vtitur, conseruatur et morbus propellitur. Consistit in recto vsu

rerum non naturalium. Veteribus, fuit in morbis triplex, crassa, mediocris, tenuis. Item tenuis simpliciter, tenuior et tenuissima. Vide *Diaeta*.

VIGILIA, est status corporis somno oppositus, in quo spirituum animalium in cerebro et per nervos facili agitatione, per organa sensuum nostrorum motus obiectorum sensorio communi, facili negotio, offeruntur. Si nimis ex quacunque causa hi spiritus agitantur, ideaeque menti impressae sensibus internis quietem non permittunt, vigiliam peruicacem inducunt. G. Das Wachen. G. Veille. A. Wachung. B. Het Waaken.

VIGILIA NIMIA, i. q. *Agrypnia*.

VIGOR MORBI, vide *Acme*.

VILLI, sunt proprie parui pili in holoferico. Anatomicis autem denotantur minimae illae et fluctuantes eminentiae, quae in interiori intestinorum, cavitata, aliisque corporis humani partibus, reperiuntur. Ge. Zoten, Flecken. G. *Tunique veloutée*. B. *Vlokjes*.

VILLOSUS, botanicis dicitur *caulis*, aut *folium* pilis mollibus tectum.

VILTRUM, i. q. *Filicium*.

VINACEI, grana sunt acinorum, *Tyagra* Gr. nominantur, quae, pressis vis, cum folliculo abiciuntur.

VINCA PERVINCA, vide *Clematis daphnoides*.

VINCETOXICUM, est Hirundinaria, seu *Asclepias*: quidam dici putant *Νικητοξικόν*, quod illi aduersus venena insignis vis insit. Deriuatur a *Vincere*, vel *Νικάν*, quod idem est, et *τοξικόν*, venenum. Vide *Hirundinaria*.

VINCTURA, i. q. *Fascia*.

VINUM, est liquor, ex fructibus horaeis maturis, inprimis vis, seu fructibus *Vitis viniferae*, (Pentandr. Monog.) expressus, fermentatus, depuratus, cuius multae habentur species et varietates, nomine et viribus diuersae. In genere tamen vina in eo conueniant, quod spiritum inebriantem fermentatione euolutum in se contineant, qui in aliis magis, in aliis minus, dilutus est, vna cum principio acido et partibus aquosis. Principem inter nobilissima medicamenta locum obtinet, si moderate vsurpetur. Etenim grato suo stimulo in fibras partium nervosarum agens, earum contractionem auget, sanguinis circuitum promouet, omnesque vniuersi corporis functiones instaurat. Quodsi vero ultra modum ingeratur, miras in toto corpore facit mutationes, taciturnis loquacitatem, timidis audaciam concilians; cerebrum tamen etiam grauans, intellectum hebetat, et somnum profundum inducit. Adfertur ex variis regionibus, vnde

dicitur Gallicum, Rhenanum, Mosellanum, Hispanicum, etc. quae omnia inter se pro diuersa ratione principii spirituosi et acidi differunt. Gr. *Oivos*. Ge. *Wein*. Ga. *Vin*. A. *Wine*. B. *Wyn*.

VINVM COS, est vinum colore, odore et sapore pollens. Schola Salernitana nitorem addit hoc versiculo:

Vina probantur, odore, sapore, nitore, colore.

VINVM HIPPOCRATICVM, est, cui saccharum et aromata infusa fuerint, quae post per manicam Hippocratis colantur. Vide *Hippocraticum vinum*. Ge. *Hippocras*. G. *Hippocras*, *Vin d'Hippocrate*. A. *Wine of Hippocrates*. B. *Hippocras-wyn*, *Specery wyn*.

VINVM MEDICATVM, est vinum, cui medicamenta, praecipue vegetabilia, infusa sunt in vsum aegrotantium. Praesertim quando cum musto ad fermentandum reponuntur. Ge. *Stäuterwein*. G. *Vin Medicinal*. B. *Genes-wyn*.

VIOLA, est plantae genus flore polypetalò anomalo, (Syn-genes. Monogam.) cuius folia ex radice erumpentia, sunt obrotunda, ampla, in margine incisa, viridia, caulibus longis adhaerentia. Calyx est pentaphyllus, brevis, persistens. Flos est pentapetalus, anomalus, papilionacei floris aemulus: huius enim duo petala superiora vexillum, duo lateralia alas, inferius vero, quod in caudam desinit, carinam quodammodo repraesentant, coloris purpurei, aut caerulei, odoris suavis et grati. Post florem apparet capsula, per maturitatem in tres partes diuisa, continens semina exigua, obrotunda, albescentia. Radix est fibrosa. Species, quae frequentissime in vsum medicum adhibetur, est *Viola martia purpurea*, flore simplici odore *Baub: Viola odorata*, foliis cordatis, stolonibus reptantibus *Linn*. Habitat in Europa australiori in primis. Floribus est qualitas fragrans, virtusque cordialis, neruina, anodyna, sed per abusum noxia et stupefaciua. Referuntur inter quatuor flores cordiales. Prostat syrupus, conferua, iulepus, saccharum, mel, tinctura. Vfus praecipuus in tussi, raucedine, stranguria. Radix purgans et emetica creditur. Herbae vix alia, quam virtus emolliens, hinc in enematibus adhiberi solitae. Semina vi diureticae pollent. Color florum Violarum, addito sale acido, in rubrum, alcalino, in viridem mutatur, hinc tinctura et syrupus violarum examini chymico saepe inferuiunt.—*Viola* putatur dici ab Ion, quod *Nymphae* quaedam *Ioniae*, florem illum Ioui primum dederit muneri. Sed alii, quod, cum Io in vaccam a Ioue conuersa esset, terra florem illum pabulo

bouis eius fuderit. Latini quoque, detrita t litera, violam quasi vitulam imitatione Gr. videri possunt appellasse, alii dici volunt *ἀνδρὸν τῆς θύρας*; quoniam prius caereris floribus veris tempore proveniat. Hinc eius folia *Violaria* vocantur. **Ge. Bioten. G. Violette. A. Viole. B. Virole.**

VIOLA MATRONALIS, vide *Matronalis flos*.

VIOLARIA, i. q. *Viola*.

VIORNA, seu *Vitis alba*, seu *Fuchsio* *Vitis nigra*, videtur corrupta vox a *Viburno*. Forte sic dicta, quod propter flexibilitatem, Clematis in modum, omnes adstantes plantas circumliget, vinciatque. Est *Clematis viorna*, foliis compositis, decompositisque, foliolis quibusdam trifidis *Linn.* (Polyand. Polygyn.). Flammula scandens, flore violaceo clauso *Dill.* Clematis purpurea repens, petalis florum coriaceis *Raii*.

VIPERA, quasi *Viuipara*, in regionibus calidioribus, imprimis Italia, reperitur: est in nostris et Europaeis officinis *Coluber berus*, scutis abdominalibus **CXLVI**. Squamis subcaudalibus **XXXIX**. *Linn.* (Amphib. Serpent.) longitudine pollices viginti, vel triginta, medio suo corpore crassitiem pollicis adaequans, caput habens pollicaris longitudinis, pellem variegatam, squamis tectam, quam bis in anno exuere solet. Integram non esse venenatam, facile probatur, quia iuscula inde parantur et medicamenta. Trochisci viperini alexipharmaci habentur, et theriacam Andromachi ingrediuntur. Habet tamen binas vesiculas, in ore circa dentes sitas, liquorem continentes, instar olei amygdalini dulcem, qui per se, vel ori assumtus etiam, non est noxius; sed per morsum huius animalis, mediantibus *Telis*, seu dentibus in medio cauis, vel per vascula laesa, communicatus, noxios valde et letales producit effectus. Carni singulares virtutes alexipharmacae, purificantes, nutrientes et restaurantes tribuuntur, hinc tum in iusculo viperino, tum in puluere, contra lepram, scabiem ferinam, vicera maligna, tabem, marasimum, a quibusdam summopere commendatur. Axungia, vel pinguedo, contra ophthalmiam laudatur. Prostat quoque sal volatile Viperarum, vix forte ab aliis salibus huius profapiae diuersum. In Aegypto in usum medicum adhibetur *Coluber vipera*, scutis abdominalibus **CXVIII**. Squamis subcaudalibus **XXII**. **L. G. Viper, Otter. G. Vipère. A. Viper. B. Adder, Adderslang.**

VIPERARIA, vide *Scorzonera*.

VIPERINA, vide *Echium*.

VIRGA, vide *Penis*.

VIRGA, in vegetabilibus est, quae ex radicibus, aut caudicis lateribus, exit: a nonnullis virgae appellatae sunt sphales.

Hinc

Hinc *virgatus* dicitur botanicis *caulis* plantarum ramusculis debilibus inaequalibus constans.

VIRGA AUREA, *Solidago virga aurea*, caule subflexuoso angulato, racemis paniculatis erectis confertis Linn. (Syn- genes. Polygam. Superfl.) est planta, quae habet caules rectos, rotundos, striatos, firmos, et medulla alba repletos. Folia sunt oblonga, acuta, in margine incisa. Calyx oblongus, imbricatus. Flos est compositus, radiatus. Caulium suprema fastigia floribus abundant, qui in spicas colliguntur, quae rursus in adunatam quasi virgam coniici solent. Sunt flores coloris flauo auri, calyce tubiformi et multifido comprehensis. His succedunt semina ovato oblonga, pappo capillari instructa. Radix fibrosa, saporis aromatici. Habitat haec planta in Europae pratis sylvaticis. Qualitatis est sub-balsamicae, eximisque viribus vulnerariis et diureticis gaudet. Hinc infusum eius in calculo atque laesionibus inter- nis summopere laudatur. Ge. Gölben Wundkraut, Hei- den Wundkraut. G. Verge dorée, Consolide Sarasine. A. Golden Rod, Saracens Consonud. B. Heidens Wond-kraud, Gulde Roede.

VIRGA PASTORIS, vide *Dipsacus*.

VIRGINALE CLAVSTRUM, vide *Hymen*.

VIRGINEVS MORBUS, vide *Chlorosis*.

VIRIDE AERIS, vide *Aerugo*.

VIRIDE MONTANVM, vide *Cuprum*, *Ochra*.

VIRGULTVM, surculus is est, qui terrae committitur, vt in arborem insurgat.

VIROSVS, est, in quo *Virus*, siue *Venenum*; saepe etiam pro terribimo et graueolente sapore, aut odore, sumitur.

VIRES, est humor fluens, et accipitur quoque pro semi- ne. Venenum etiam significat, saepe *Miasma*, hocque sensu dicitur *Virus venereum*, *variolosum*, etc. nec non ichores ex viceribus manantes.

VISCARIA, est *Lychnidis* species, et quidem *Lychnis (viscaria)* petalis integris Linn. (Decandr. Pentag.). *Lychnis sylvestris viscosa* rubra angustifolia *Baob*. Habitat in Euro- pae septentrionalis pratis fectis. Eius vix in medicina vsus est. Ge. Pechnelke, Kleblychnis. Ga. *Atrape mouches*. A. Red Catchfly. B. *Piegenes*, *Ketkens*. — Etiam *Muscipula* vbeatur, muscas ob foliorum viscositatem irretiens.

VISCERA, sunt organa, in cauitatibus maioribus contenta, quae elaborant aliquem humorem in vsum publicum et toti corpori inseruientem; sic ventriculus et intestina elabo- rant cibos nutrituros vniuersum corpus; sic cor compingit,

comminuit, mouet sanguinem, vnde postea omnes liquores sunt et discernuntur, etc. Vocantur item *Exta*, *Interanea*. Gr. Σπλάγχνα, Ἐγκαια, Ἐγκοιλια. Ge. Eingeweide. Ga. *Viscères*, *Entrailles*. A. *Bowels*, *Entrails*. B. *Ingewanden*.

VISCERALIA, vocantur medicamenta, quae visceribus roborandis, vt officio suo expeditius fungantur, dicata sunt.

VISCIDA, botanicis dicuntur *folia*, oblinita humore tenaci.

VISCIDVM, vocatur humor tenax, concretus, solidis adhaerens, aut difficulter mobilis, per minorem actionem vitalem, spontanea corruptione natus. Ge. Zähne Feuchtigkeit. G. *Viscide*.

VISCVM, vel VISCVS, est plantae genus parasiticum, fruticosum, non nisi aliis variis arboribus innascens, (Dioec. Terrandr.) cuius variae dantur species. Quae apud nos frequentissime in quercubus et plurimis aliis arboribus prouenit, est *Viscus quernus Pharm.* Viscum baccis albis *Baub. Viscum album*, foliis lanceolatis, obtusis, caule dichotomo, spicis axillaribus *Linu.* Crescit ad altitudinem duorum circiter pedum. Caules habet vt plurimum digiti crassitie, duos, lignosos, compactos, graues, extus coloris fusci, rubri, intus albi, flauescens. Plurimos germinat ramos lignosos, flexiles, intricatos, cortice viridi obrectos. Folia sunt bina opposita, oblonga, crassa, dura, Buxi foliis satis similia, sed aliquantulum longiora, venosa, coloris viridis flauescens. Flos, seu potius calyx, est monopetalus, pelviformis, quadrifidus, verrucis conspersus, tanquam apicibus puluerem effundentibus. Ouarium alio a flore loco natum, tenerum, quatuor foliolis succinctum, fit bacca subrotunda, glutine plena, mollis, alba, splendens, foeta semine plano et cordiformi. Per totam hyemem viret haec planta. Nascitur et propagatur ad modum aliarum plantarum parasiticarum e semine quocunque modo in ramos variarum arborum delato; in earumque cortice radices, vix tamen satis conspicuas, ad vegetationem tamen sufficientes, agente. Ligno Visci querni, licet qualitatis tantum sit graueolentis et mucilaginosae, nec nisi viribus inuisantibus pollere videatur, singulares a remotissimis temporibus virtutes neruinæ et anti-epilepticae tributæ sunt, et ad hucdum a quibusdam tribuuntur. Datur vel in puluere, vel in decocto. Sunt, qui Viscum corylinum, vel tiliaceum, querno praeferebant, vix solidis suffulti rationibus. Baccæ drasticae dicuntur. E baccis, vel etiam corticibus, aqua maceratis atque contusis extrahitur substantia glutinosa, *Viscum aucuparium* dicta. Ge. *Bogelstein*, quae externe

applicata viribus resolventibus et emollientibus pollet, doloresque podagricos mitigare dicitur. Gr. *ἰξίς*, et *ἰξία*. Ge. *Mistel*, *Doqelleim*, *Ginster*. G. *Guy*. A. *Mistel*, or *Mistelzoe*. B. *Mistelboomsje*.

VISITATIO, vocatur medici ad aegros ingressus, ut morbos eorum inquirat, iisque dietam et remedia praescribat. Dicitur etiam de inspectione officinarum pharmaceuticarum, auctoritate magistratus, a physicis urbis instituta, ut bona medicamentorum, tam simplicium, quam compositorum, conditio exploraretur. Vocatur sic etiam exploratio grauidarum.

VISVS, est sensus, quo ex materiae lucis in retinam sani oculi impingentis motu lumen et colores ab anima percipiuntur, vel est mutatio facta in oculis nostris per radios lucis ab obiectis externis reflexos, propagata ad sensorium commune, cuius anima sibi conscia est. Concurreunt ergo ad visum integritas oculi, debita radiorum reflexio et illapsus in retinam, integritas nervi optici et sensorii communis. Gr. *ὄψις*. Ge. *Gesicht*. Ga. *Vue*. A. *Seeing*, *Sight*. B. *Gezigt*.

VITA, est in corpore naturali motus fluidorum per debitos suos canales, opé cuius id corpus euoluitur, nutritur atque conseruatur. Hoc sensu etiam plantae *vegetantium vitam* viuere dicuntur, quippe in quibus secundum leges adhaesionis fluida per tubulos mouentur, plantamque nutriunt. *Vita vero animalis* est is status corporis animalis, in quo fluida, a causâ interna, scilicet a corde propulsa, per vasa sua mouentur. Hinc *Actiones vitales* dicuntur, quae proxime ad hunc fluidorum motum progressiuum faciunt, ut pulsus, et in adultis simul respiratio; *Vitalia vero viscera*, quae his actionibus inseruiunt, ut cor et pulmones. Graec. *Βίος*, *Ζωή*. Ge. *Leben*. G. *La Vie*. A. *Life*. B. *Leven*.

VITALIA, i. q. *Cardiaca*.

VITALIS FACULTAS, est ea corporis animalis facultas, qua actiones vitales peraguntur, vel est actio in corpore excitata, qua mediante homo viuit, quaeque peragitur, ipso, vel inscio, vel inuoluntarie; qualis est motus cordis, articularum, respiratio, et actio systematis nervosi ex hac parte.

VITALIS INDICATIO, est cognitio conditionis morbi et virium vitalium, quae in homine, cui medicinam facit medicus, nunc praesens est, et conclusio inde facta, quae docet delectum opportunorum remediorum, quae vel augendis, minuendis, vel conseruandis, aut restituendis viribus vitalibus conducunt pro scopo praesenti requisito; habetur autem cognitio illius conditionis praesertim ex pulsu et respiratione.

VITALIS FOETVS, s. PARTVS, medicis dicitur infans, qui non tantum viuus editur, sed ob maiorem etiam integritatem virium, organorum membrorumque perfectionem et soliditatem in vita perfecte potest subsistere, vt septimestris, octimestris, etc. *Viuus* vero *parrus* dicitur, qui viuus excluditur, et exclusus per aliquot momenta in vita potest subsistere, ob immaturitatem tamen diu viuere, vitamque continuare non valet.

VITEALIS, vide *Helvine Cissampelos*.

VITELLINA BILIS, vide *Bilis*.

VITEX, s. *Agnus castus*, est arbuscula, quae habet ramos longos, flexiles, fractu difficiles, cortice cinereo tectos. Folia sunt longa, angusta, acuta, lanuginosa (Didynam. Angiosp.). Calyx monophyllus quinque-dentatus. Flores sunt monopetali, tubulosi, in spicas congesti. His succedit fructus sphaericus, in quatuor loculamenta diuisus, continens semina obrotunda, grisea, Coriandrinis fere paria magnitudine, coloris grisei, saporis acris aromatici. Gr. Ἄγνος, id est, castus, item Ἄγνος, vimen, propter inuictam fere ramorum exilitatem, vnde forte nomen *Viticia*, a vincio. Vide *Agnus castus*. Ge. Reuschbaum. G. *Agnus Castus*. A. *Cbaste-irra*. B. *Kuisch-boom*.

VITICELLA, vide *Bryonia*.

VITICVLAE, non palmites, aut sarmenta, sunt, sed flagella, quae vitis modo repentina longe lateque vagantur, ac vicinos frutices nacta sic intricant eos, vt iis perinde, quasi pedamentis, abutantur: vel scandentia suis irretiunt clauiculis, quibus quasi digitis adhaerent, quales in Nasturtio indico, Cucurbitis et plerisque aliis similibus inueniuntur.—Alii *Viticulae* sunt stolones proxime ad radicem erumpentes, quae in terram dehaerent rursus radices agunt, plantasque multiplicant. Ge. *Ubleger*. G. *Rejerron*.

VITILIGO, est macula corymbosa, seu ex minoribus maculis composita, cum depressione cutis, vbique corporis obvia, seu quasuis indiscriminatim corporis partes, non simul omnes, afficiens. Eius variae species sunt. Gr. Ἄλφος, vbi color est albus, subasper, et non continuus, vt quaedam quasi guttae dispersae esse videantur, Morphaea alba Arabum, Alguada Auicenn. Interdum etiam latius, et cum quibusdam intermissionibus, serpit. *Μέλας* colore ab hoc differt, quia niger est, et umbrae similis. Caetera eadem sunt. *Λευκός* habet quiddam simile Alphi, sed magis albida est, et alius descendit, in eaque albi pili sunt, et lanugini similes. Omnia haec serpunt, sed in aliis celerius, in aliis

tardius. Cutis vulnerata sanguinem non fundit. Refertur quoque huc *Vitiligo hepatica*, *Epbelis Celsi*, quae distinguitur maculis amplis flavo-nigrescentibus, quae non nudas, vt lentigines, sed rectas partes afficiunt, vt inguina, dorsum; suntque palmae magnitudine, non raro periodice reuertuntur, cuticulaeque leuem desquamationem asserunt. *Vitiligo* volunt dici, vel e vitio, vel a vitulo, *Festo* teste. Ge. *Weisse Räude*. G. *Gratelle blanche*, *Morphée*, *Chaleur du foye*. A. *White Leprosy*. B. *Quaad zeer*, *witte Schurftbeid*.

VITIS, est arbuscula, quae habet caulem tortuosum, obductum cortice fisso, rubicundo, sarmenta plurima longa fragilia, veluti brachia, dimittentem, quibus vicinas arbores et pedamenta apprehendit. Folia sunt ampla, varie laciniosa, vt Ficus, alia maiora profundius incisa, quandoque ad pediculum vsque in lacinias acutas diuisa; alia tenuiora, alia crassiora, alia viridia, alia rubentia, alia maculata, alia ad tactum duriora, alia molliora, alia laeuia, alia subhirsuta. Calyx quinque-dentatus, minimus. Flos est rosaceus, pentapetalus, staminibus quinque praeditus (Pentandr. Monog.). Ouarium in fundo floribus circumscriptum, tuba breui, pilosa, instructum, fit bacca mollis, pulposa, succulenta, rubra, aut alba, umbilicalis, seminibus plurimis, plerumque quatuor, foeta. Fructus et flores in racemos congeruntur. Prouenit in toto orbe temperato. Ex vis immaturis *Syrupus agrestae* conficitur, qualitatis adstringentis. Vuae maturae acido-dulces, simulque lubricantes et sublaxantes sunt. Vide *Passulae*, *Vinum*. Nomen forte a vinciendo, quod arbores, etc. claviculis vinciat, vel quod inuitetur ad vuas pariendas. Vel dicitur a vino ferendo. Gr. *ἄμπελος*, ab *ἄμα*, vna, et *πυλός*, ion. pro *ὄδος*, vinum, hinc *Οἰνοφύρος*, vinum gerens: ab *ὄδος*, vinum, et *φέρω*, fero. Ge. *Weinstock*, *Weinrebe*. G. *Vigne*. A. *Wine*, *Vine-tree*. B. *Wyn-stok*.

VITIS IDAEA, est species *Vaccinii* (Octandr. Monogyn.). *Vaccinium vitis idaea* racemis terminalibus nutantibus, foliis obouatis; reuolutis integerrimis, subtus punctatis *Linn.* *Vitis idaea* foliis subrotundis, non crenatis, baccis rubris *Baub.* Planta fruticosa, quae habet ramos tenues, cortice viridi obductos. Folia sunt oblonga, ampla, in margine nonnunquam leviter incisa; saporis adstringentis. Flores monopetali, campaniformes, globoso ovario innati, coloris albi, subrubicundi. Flori succedit fructus mollis, seu bacca umbilicata, succo plena, iuniperino fere similis, magnitudine Pisi, rubra, sapore adstringenti acido, cui grana immerguntur multa, parua, lutea. Radix lignosa, tenuis, repens. Baccis

qualitas refrigerans et attenuans est, hinc in febrilium aestu commendantur. Condita cibi loco adhibentur. Proueniunt abunde in syluis Europae. G. *Kronsbeeren, Preufelsbeeren, Grandenbeeren*. G. *Airelle rouge*. A. *Red Whorrs, or Whortleberries*. B. *Myrtzil, Kraakbessen boom*.

VITIS ALBA, seu VITI ALBA, contracta voce, dicitur non modo, quod Vitem satiuam foliis vtriculisque referat, verum etiam, quod fructum in exiguae vuae similitudinem, acinis licet raris confirmatum, producat. Vide *Bryonia* et *Clematis viorna*.

VITIS NIGRA, Gr *Ἄμπελος μέλαινα*, nigra dicitur vitis a radice nigra, et quod vitis similitudinem obtineat.

VITREA TABULA, vide *Diploe*.

VITREVS HUMOR, vide *Humores oculi*.

VITRIFICATIO, est operatio chymica, qua filices contrusi, metalla, vel cineres, ope vehementissimi ignis in substantiam vitream reducuntur. Ge. *Bergglasung*. G. A. *Vitrification*.

VITRIOLUM, est substantia mineralis salina, nata ex conubio *Acidi* grauissimi, quod vniuersale, catholicum, vel etiam *Vitriolicum*, dicitur, et quarundam partium metallicarum. formans crystallos rhomboidales, in igne cum spuma liquefcens, tum in substantiam siccam puluerulentam abiens, in sedem aquae partibus solubilis, saporis austeri, nauseosi. Varia sunt eius genera, pro indole minerae, quam in se continent, differentia; praecipua autem, quorum hoc tempore est existimatio, sunt primo *Caeruleum*, Sapphiri instar, compactum, vt saccharum candum, tactu siccum, *Hungaricum* vocant; vel *Cyprium*, aut *Gallicum* ex agro Lugdunensi. Est hoc *Vitriolum cupri caeruleum* natium *Wall*. *Vitriolum cyprium* cupri caeruleum dodecaedron *Linn*. Secundo *Subviride*, herbacei coloris, magis granulatum, grumosumque instar salis communis, paulum vinctuosum, manuique tangentis adhaerens, quale *Goslariense, Succicum*, etc. Scilicet *Vitriolum ferri viride* natium *Wall*. *Vitriolum maris* viride hexaedrum *Linn*. quod passim e pyritis et fodinis ferri extrahitur. Tertio *Album*, in formam paruulorum panum effictum, tactu siccum. Est hoc *Vitriolum zinci album* natium *Wall*. *Vitriolum album* dodecaedrum prismaticum *Linn*. *Caeruleum*, de cupro participat, *Viride* autem de ferro, *Album*, de zinco e plumbo. Vitriola sunt vel natina, siue fossilia; vel artificialia, siue factitia; natia varia reperiuntur, alia ex ferro, quae colore viridi praestant, ex aere alia, quae caerulea plerumque amoenitate commendantur; caetera metalla vix soluta in fodinis apparent, quia illorum soluentia, nitra

acida, vel marini salis spiritus, rarissime reperiuntur in fodinis; unde auri, argenti viui, plumbi, stanni, succi soluti, vel concreti, nunquam fere aut raro tantum inueniuntur. Omne ergo fossile vitriolum, quod erutum hactenus, ex solo ferro, aere, aut zinco, habetur. Soluens Martis et Veneris idem *acidum*, scilicet *vitriolicum*, igne violento inde separatur titulo *spiritus*, aut *olei vitrioli*, quod etiam ex alumine et sulphure obtineri potest. Factitia fiunt Vitriola, quoties sales acidi, inprimis vitriolicum, metallis, quae soluerunt, adhaerent, et in salinam formam cum iis concrefcunt. Vitriolorum vsus, praeter oeconomicum et tinctorium, in medicina amplissimus est. Praeter enim acidum contentum etiam pro diuersa indole metalli coniuncti viribus coagulantibus, vomitoriis, cathaereticis, adstringentibus et obtundentibus pollent, et pro varia praeparatione diuersos admodum effectus exserunt. Spiritus, vel acidum, vitrioli potentissime putredini sanguinis resistit. Adiecto spiritu inflammabili dulcificatum, vel in aethereum, naphram, vel aquam Rabelianam mutatum, carminativum, temperans et subadstringens euadit. *Colcothar*, seu terra post abactum acidum remanens, exsicans est, septica et subadstringens. Hinc plurima profant in officinis e vitriolis praeparata medicamenta. Gr. *Χάλυαυδov*. Arab. *Concausum*, *Calcant*, *Alcalcadis*. Ge. *Vitriol*, *Supferroth*, *Supferwasser*. G. *Vitriol*. A. *Copperas*. B. *Vitriool*, *Kopferrod*. — *Vitriolum* nomen accepisse videtur a vitro, quia vitrum aliquatenus, modo parum fuerit, refert.

VITRUM ANTIMONII, vide *Antimonium*.

VITRUM RUTHENICVM, vide *Selenites*.

VITRUM SATVRNI, est substantia vitro similis, quae nascitur, dum *Lithargyrium*, ad nimiam eius penetrabilitatem minuendam, cum subtriplo silicum, vel arenas, portione funditur. Vsus est docimasticus. Ge. *Weyglaß*.

VITTA, dicitur pars tunicae amnios, quae capiti infantis, cum in lucem prodeat, adhaeret, atque hoc locum habet in sexu foeminino, verum in masculis *Galea* appellatur. Vide *Galea*. Ge. *Hesli*.

VIVIPARA, vocantur animalia, quae foetus viuos parivnt, distinguunturque ab ouiparis, quorum foetus ex ovis, extra corpus depositis et fotis, prodeunt.

VLGERATIO, vide *Exulceratio*.

VLCVS, est solutio continui, successiue facta, a materia erodente ortum ducens, in mollibus corporis partibus, cum

imminuta magnitudine, vel iactura substantiae, et humoris cuiusdam corrupti effluxu, quo partes solidae vlceri iunctae roduntur. Differt igitur a vulnere, quod ibi sit solutio recens et cruenta, hic vero plerumque purulenta, ichorosa, ibi sit causa soluens illico, et externa, laedens; hic autem causa lentius soluat, interna, et erodens inueniatur; vulnus igitur antiquum et purulentum, erit vlcus. Plerumque autem oritur a causa interna, et confluentibus ad partem quandam acribus humoribus, quae cutis vasa corroduunt; unde plerumque ichor tenuis effluit, pro cuius maiori minorive acrimonia variae eius nascuntur differentiae, hinc diuersa etiam accepit epitheta. Gr. Έλκος. Ge. Ein Geschwür, Eiterstoff, Eiterbeule. G. Ulcère. A. Sore, Ulcer. B. Een Zweer, Zweeping.

VLMARIA, *Pharm.* Barba caprae floribus compactis *Baub.* *Spiraea vlmaria*, foliis pinnatis, impari maiore lobato, floribus cymosis *Linn.* (Icosandr. Pentagyn.) est planta, quae habet caulem, tres pedes circiter altum, rectum, angulolum, ramosum, excavatum, coloris rubicundi, purpurascens. Folia sunt oblonga, in margine incisa, rugosa, et superius viridia instar Vlmi, inferius alba. Calyx monophyllus, semiquinquesidus. Flores sunt parui, rosacei, pentaperali, in racemos congesti, odoris grati. Pistillum floris sit fractus, ex plurimis vaginulis membranaceis intortis, et in capitulum congestis, compositus, seminoque foetus vt plurimum singulari et exiguo. Radix digiti crassitie est, odora, extus nigra, rubro-fusca intus, plurimis fibris rubris instructa. Crescit locis vdis iuxta flumina et similia loca. Qualitatis est substipticae et fragrantis, viribusque adstringentibus et diaphoreticis gaudet. Datur in infuso: prostat etiam aqua destillata. Planta a pecoribus vix tangitur. Nomen habet ob Vlmi foliorum similitudinem: alias *Regina* vocatur *Prati*, idque quia ob folia explicata, vt et flosculos nitidos, caput inter prata extollit. Ge. Geißbart, Medefuß, Geißfuß. G. Reine des pres, Barbe de Chevre. A. Meadow-sweet. B. Keimette, Geiten-baad.

VLMVS, *Vlmus campestris* et *Theophrasti Baub.* *Vlmus campestris* foliis duplicato serratis, basi inaequalibus *Linn.* (Pentandr. Digyn.) est arbor valde proceras, valde ramosa, cuius truncus est crassus, cortice fesso, aspero, flexili, obductus, extus coloris cinerei, intus albidus; lignum durum, flauum. Folia sunt satis ampla, rugosa, venosa, oblonga, in margine incisa, acuta. Calyx est monophyllus, turbina-tus, quinquesidus, persistens; interne coloratus; corolla

nulla. Pistillum in centro floris fit fructus membranaceus, seu foliaceus, veluti cordiformis, in cuius medietullo capsula pyriformis posita est, membranacea pariter, semine foeta eiusdem formae. Haec arbor frequenter satis in pagis Europae crescit. Foliorum decoctum vi adstringente pollet et vulneraria. Cortex medius, qualitatis mucilaginosae, aqua salsa decoctus in doloribus arthriticis et ascite prodesse dicitur. Alia quoque *Vlmi* species apud nos vulgaris est, quae *Sariva* dicitur, foliis ovatis acuminatis, duplicato-ferratis, basi inaequalibus. Gr. Πτελάτα. Ge. Kleinblätterige Ulm, ober Ruster. Ga. Ypreau. A. The small leaved Elm. — Eius semen *Samera* vocatur. Putatur dici, quia si viminibus salicis, aut vlmi, ligaueris, increscens vitis se ipsam praecidit. Quidam dici putant ab vligine, quia, circa vliginosa loca crescit. Vel ab ὕλη materia, quia fabris lignariis materiem praebet. Ge. Ulmenbaum, Ulme, Ypern, breitblättrige Ruster, Rüstbaum, Essenbaum. Ga. Orme, Ormeau. A. Elm-tree. B. Olm boom, Ypen-boom.

VLNA, *Focile maius*. Gr. Πήχυς, Προπέχιον, est os cylindricum inter brachium et carpum, hinc in partem superiorem, inferiorem et mediam, vel corpus, diuiditur. Parte superiori cum humero per γυγκλιμον articulatur; ideo habet ibidem processus et sinus. Processus sunt duo oblongi, et quasi triangulares, asperi, vt ligamenta articulum valide ambiant. Anterior et superior minor, qui *Coronoides* appellatur, humeri sinum subit, posterior crassior, amplior, gibbus; inaequalis, in obrusum angulum desinit, et humeri sinum posteriorem subit. Vocat *Galenus* Ὠλέκρανον, *Hippocrates* Ἀγκώνια, Latini *Gibberum*. In medio horum est magnus sinus, seu cavitas, instar semicirculi, vnde dicitur Συμμοσθός; habet adhuc alium sinum lacuem externum, lateralem, pro radii capite. Parte inferiore abt in capitulum, in margine gibbum, laevi cartilagine obductum; connectitur cum carpo, tum per mediam cartilaginem, tum per processum acutum, ideoque styloidem dictum; vnde ligamentum oritur, cubitum carpi articulo firmans. Pars media, vel corpus, plures musculos extensores et flexores fulcit, et praeterea per ligamentum interosseum radio adnectitur. Ge. Kleine Köhre am Arm. G. l'Os du Coude. A. The Elbow. B. De Elle-pp.

VLNARIS MUSCULVS, vide *Cubisueus*.

VLTRAMARINVM, est pigmentum pretiosum caeruleum, quod praeparatur ex *Lapide lazuli*, aliquoties ignito et in spiritu vini extracto, tum in tenuissimum puluerem trito, et

maioris splendoris caussa, cum massa resinosa, tumque aqua subacto, et lixiuio alcalino, tumque rursus aqua abluto. Vfus est pictorius. Nomen habere creditur, vel quod primum ultra mare ex India ad nos adlatum sit, vel quod vndas maris colore superet. Eius mentionem primus fecit *Alexius Pedemontanus*. Ge. *Ultramarin*. G. *Ourremer*.

VLVA; est herba palustris habens fructificationes in membrana vesiculari, absque fronde, (Cryptogam Alg.) dicitur forte ab vlginis; seu aquosis locis, in quibus reperitur. Ge. *Wassermoos*. G. *Feuille de Mer*. A. *Sea grass*, *Sedge*. B. *Zee mos*, *Wier*.

VMBELLA, est floris, feminisue pedamentum, in plures digestum longiores pediculos, qui simul ex fastigio eodem orti, in latius continuo radiantur, singulique vel florem, vel semen, sustinent, in orbem circumactum. Graeci hunc floris habitum *ουμβέλιον*, Latini vero, quoniam umbellae, qua mulieres vultum vindicant a sole, et aestum arcent, circinatam effigiem gerit, umbellam dixerunt. Hinc plantae dicuntur *Umbellatae*, vel *Umbelliferae*, quae flores sic dispositos ferunt. Est vero *Umbella* vel *simplex*, pedunculis omnibus ex vno eodemque receptaculo ortis; *composita*, omnibus pedunculis apice umbellulas gerentibus; *uniuersalis*, ex pluribus simplicibus composita; *partialis*, umbellula, pars uniuersalis; *prolifera*, umbella plus quam decomposita. Alii tamen notas proprias plantarum umbellatarum ponunt tantum in ipso flore rosaceo; siue circinato, siue aliter disposito, modo calyx abeat in duo semina sibi inuicem adhaerescencia, dum viridia sunt, sed disiuncta, cum ad maturitatem peruenerint, vt in *Angolica*, *Aniso*, *Foeniculo*, etc. fieri solet. Ge. *Schirmtragende Pflanzen*, *Dolden*. G. *Fleurs en Parasol*.

VMBILICALIS FUNICULVS, continet praeter Vrachum, vix in hominibus apertum, tria notabilia vasa sanguinea; ductu tortuoso decurrentia, duas scilicet arterias, venarum instar tenues, atque vnam venam, cuius diameter ad minimum vnius cuiusque arteriae duplum est; insuper corpore spongioso, seu celluloso quod ipsis tutum transitum praebet, componitur. Hoc corpus spongiosum, subcartilagineum, satis mobile et non facile comprimendum, membrana cum amnio placenta continua succinctum est, sub qua infinitarum cellularum compages se prodit, in quibus humor pellucidus, viscosus, magna copia reperitur; quo continuo affluente, huius funiculi flexibilitas, quae foetus motui obsequi debet, conseruatur, et a cuius maiori minorue quantitate crassities, vel

tenuitas, huius partis dependet. In huius funiculi umbilicali longitudine, quae homini, quam vlli bestiae, maior est, a sedecim ad viginti quatuor pollices, conspiciuntur aliquot quasi varices, siue vesiculae sanguine plenae, nodorum similitudinem habentes; ex quorum numero et situ varia superstitiosa credulae obstetrices diuinare solent. Valuulis quidem hi nodi tribui non possunt, cum nullae adsint, omnisque materia his vasis injecta facile vtrumque iter percurrat, et in foetum, vel in placentam, subeat. Videntur ergo nodi, vt spirae, effectus esse sanguinis cum impetu impulsus, neque iter liberum reperientis. Huius funiculi crassities circumcirca digitalis est, aliquando tamen tenuior, vel crassior. Vide *Funiculus umbilicalis*, et *Vasa umbilicalia*. Ge. Nabelschnur, Nabelstrang. G. Cordon umbilical. A. Navelstring. B. Navelstreng.

VMBILICVS, *Vmbo*, Gr. ὀμφαλός, Πίζα γὰρ τοῦ Ἀριστοτέλι, est umbo in medio abdominis situs, cui in foetu funiculus umbilicalis coniungebatur, qui post parum abscinditur, vnde exsiccatum post quintum diem sponte decidit, et cum integumentis concrefeit. Regio ad manum transuersam, vndique circa umbilicum *Regio umbilicalis* dicitur. Ge. Der Nabel. G. Le Nombrii. A. The Navel. B. De Navel.

VMBILICVS, id in fructibus est, quod in iis medium vel prominet, vel conditur; et cui antea calyx deciduus insedit; hinc huiusmodi *Fructus umbilicati* dicuntur.

VMBILICVS MARINVS, s. VENERIS, est operculum, planum, ab vna parte rubrum, ab altera fuscum, formam umbilici habens, cochleae marinae umbilicatae striatae in mediterraneo mari habitantis. Qualitatis est terreo-calcareae, viribusque absorbentibus pollet. Rarioris in medicina hodie vsus est. G. Meerbohnen. Ga. Nombrii marin. A. Sea-navel. B. Zee-navel.

VMBILICVS TERRAE, vide *Cyclamen*.

VMBILICVS VENERIS, et caeterae herbae, quae *Vmbilici* nomen ferunt, dicuntur sic a foliorum similitudine cum umbilico humano. Plerumque vero hoc sub nomine intelligitur *Cotyledon foliis peltatis Roy.* *Cotyledon luteum, umbilicatum, spicatum, radice repente maius Moris.* *Cotyledon umbilicus veneris* foliis cucullato-peltatis, serrato-dentatis alternis, caule ramoso, floribus erectis *Lim.* (Decandri. Pentagyn.). Calyx est monophyllus, semiquinquefidus, minimus; corolla campanulato-tubulata, semiquinquefida, laciniis reuolutis; capsulae quinque, oblongae, ventricosae, acuminatae, vniuales, longitudinaliter introrsum dehiscen-

tes; femina plurima, parua. Folia sunt rotunda, peltata, concava, crassa, succulenta. Contusa et applicata viribus refrigerantibus et resolventibus gaudent. Ge. Nabelkraut. G. *Nombril de Venus*. A. *Navelwort*. B. *Venus Navelkruid*.

VNCIA, est duodecima pars librae medicinalis; continet vncia drachmas octo. Gr. *Ὀνυα*. Ge. *Eine Unze*, *zwey Loth*. G. *Ounce*. B. *Een Ounce*, *twee Loed*.

VNCVS, idem quod *Hamus* et *Hamulus*. Inprimis hamus, in arte obstetricia adhibendus, ita vocatur. Ge. *Hafe*. G. *Crochet*.

VNDEMIA, i. q. *Oedema*.

VNDOSVS PVLVSVS, est pulsus tardus, mollis et magnus, in quo tamen arteria tota simul non videtur attolli, sed inaequaliter, plus in vna, quam in alia parte, motu vero continuo instar aquae fluctuantis progrediens. Hic pulsus denotat morbos nimio humore corpus irrigantes, febres scilicet quotidianas, et continuas has, quae perpetuis sudoribus hominem labefactant, itemque leucophlegmatiam. Tum in hisce febribus, tum etiam in aliis, sudorem antecedit iudicialem, si quidem plures sunt istus alti et vehementes, notaeque concoctionis cernuntur. Ge. *Der wellensformige Puls*. G. *Pous ondoyant*. B. *Golfagtige Ader-slag*.

VNEDO, putatur esse *Mespilus*; quidam tamen illud nomen *Arbuzo* attribuunt. Gr. *Ἐπιμυα*, quae etiam ab Italis rusticis vocatur *Vnedo*, estque quasi *Malus sylvestris*, inde nomen habens, quod plures edi non possunt. Est *Arbutus* folio serrato *Bauh.* *Arbutus vnedo*, caule arboreo, foliis glabris serratis, baccis polyspermis, tuberculis feminum exasperatis *Lim.* (Decandr. Monogyn.). Calyx est quinquepartitus, obtusus, persistens; corolla monopetala, ovata, quinquefida; bacca subrotunda, quinquelocularis, polysperma. Habitat in sylvis Europae australioris. Folia et fructus viribus adstringentibus pollent. Ge. *Erdbeerbaum*. Ga. *Arboufser*. A. *Strawberry-tree*.

VNGARICVS MOREVS, siue HVNGARICVS, est species febris epidemicae malignae, plerumque cum nimio capitis dolore, delirio, aut angina periculosissima, inuadens; aliquando cum petechiis, siue maculis pulicariis. Vide *Febris Hungarica*.

VNGVENTVM, ab VNGVERE, est medicamentum externum, quod consistentiam linimento paulo crassiorum habet, et pro vario fine ex variis ingredientibus constat; cuius varia ad curandos morbos internos saepe admiscuntur.

Vocatur etiam *Vnguen* *Plin.* Gr. Ἀλετριμια, et Ἀλετριμια. Ge. Salbe. G. *Onguent.* A. *Ointment.* B. *Zalf.*

VNGVICVLI, i. q. *Alabastris.*

VNGVIS, Gr. ὄνυξ, est pars corporis animalis, epidermidi continua, flexilis, alba, dura, digitos ab externis iniuriis defendens, et quodammodo exornans, et attractum firmans, eorum extremitati dorsali imposita. Radix eius ligamentum quiddam iungitur, et ob vicinos aditosque ei nervos sensilis est. Constitui videtur ex collectione papillarum cutanearum, dense sibi inuicem adhaerentium et in longitudinem excurrentium. Omni sensu per se caret, qui tamen intrinsecum, et circa ipsius radicem est exquisitissimus; mollis est in parte cute tecta, sed ubi nudus aëri exponitur, firmior et solidior; abscissa ex similis materiae penu continuo renascitur et anteriùs protruditur. *Apices* vnguium sunt, qui ultra carnem exseruntur, Ἀκρωνυχιαί, siue extremitates; partes, quae praeceduntur, *Segmenta vnguium* dicuntur; partes sub vngue, Κρυπτή, pars alba et semilunaris radici proxima, *Lunula*, Ἀνατολή, siue exortus, et Ἀργυρεός, ab albedine: ipsa initia eorum cuti adnata, Πιζωνυχιαί, vnguium *radices* vocantur; latera Πῦγες καὶ Κορυφαί, rima et vertices; anguli, Γόμια, maculae albae, Νεφέλαι, nubeculae et cicatrices albae. Vide *Pterygium*. G. Ein Nagel an Händen und Füßen. G. *Ongle.* A. A *Nail.* B. *Nagel.*— *Vnguis* etiam dicitur abscessus inter lamellas corneae. Ge. *Nagelgeschwür der Hornhaut.*

VNGVIS OBORATVS, vide *Blatta byzantia.*

VNGVIS OS, est ossiculum maxillae superioris tenue, planum, in cantho oculi maiore situm, quod ad orbitae cavum constituendum concurrat, et sinum habet, qui in canalem nasalem ducit. Ge. *Nagelbeinlein, Thränenbeinlein.* G. *L'os Unguis.* B. *Nagel-beentje, Traan-beentje.*

VNGVES, in rosis et foliatis floribus intellexerunt Veteres imas suorum foliorum partes, quibus in capite suo cohaerent, decoloresque dependent, vel *Vnguis* infima pars foliorum Rosae alba appellatur. In genere nunc botanicis dicitur *Vnguis* corollae polypetalae pars inferior, receptaculo affixa. Mensura vero *Vnguicularis* iis est, quae longitudine *Vnguem* humanam aequat.

VNGVLA, est substantia cornea, extremitati pedum animalium quadrupedum, aut solipedorum, (Mononyches) aut bifulcorum, (Dyonyches) adnata, et firmiori incessui inseruiens. Qualitatis est terreo-gelatinosae. Singulares tamen ei virtutes antiepilepticas, et praecipue *Vngulae alciis*, tribuit credulitas. Ge. *Der Huf.* G. *La Corne, le Sabot, l'ongle.*

VNGVLA, ὄνυξ *Hippocr.* est uncius, seu hamus, educenda mortuo foetui comparatus. Embryorectes *Terrulliano* dicitur lib. de Anima, nisi placeat eo loco reponere ex *Galeno* Ἐμβρυοδάρτης: sic enim ille nominat: aut Ἐμβρυοκλῆς, qua voce *Hippocrates* utitur, a quo idem instrumentum etiam Ἐκκυστῆς, item *Hieron.* lib. de mulieribus, et *ixῶν* dicitur. Ge. *Spaten.* G. *Un Crochet.*

VNGVLA CABALLINA, est *Tussilago*, seu *Farfara*. Sic dicta scilicet, quod istius plantae folia equinae vngulae persimilia sint. Vide *Tussilago*.

VNGVLA OCULI, s. q. *Pterygium*.

VNICORNV, credebatur olim cornu esse unicum in fronte animalis quadrupedis ingentis nascens; eique singulares virtutes antiepilepticae et cordiales tribuebantur. At rectius hodie scitur, nullibi repertum esse huiusmodi animal quadrupes, admodumque dubiam eius hucusque esse existentiam. Quod passim, a curiosis asseruatur, aut in officinis sub nomine *Vnicornu veri* prostat cornu durissimum, album, praelongum atque spirale, *Vnicornu marinum* est, dens scilicet, vel cornu, animalis marini, *Narbal*, ad cetacea pertinentis, in Oceano septentrionali habitantis, quod est *Monoceros piscis Will.* *Monodon monoceros Linn.* Spiraculis supra caput; pinnis pectoralibus, caudalique horizontalibus absque vnguibus; dente in maxilla superiore exserto, praelongo, recto; fistula in vertice. Hoc cornu qualitatis est insipidae, inodora, terreo gelatinosae; hinc, licet antiquiora quaedam remedia antiepileptica ingrediatur, vix tamen alias, quam absorbentes et demulcentes, vires possidet. Gr. *Μονόκερας.* Ge. *Einhorn.* G. *Unicorn.* A. *Unicorn.* B. *Eenhoorn.*

VNICORNV FOSSILE, EBVR FOSSILE: hoc sub nomine hodie intelliguntur ossa quorumcunque animalium, casu in terram demersa, et per diuturnitatem temporis in substantiam calcaream mutata. Reperiuntur passim, at plurima in Sibiria, Russis *Momozovakost* dicta. Qualitatis sunt subsripticae et absorbentis. Ge. *Begraben Einhorn.* G. *Unicorn fossile.*

VNIFLORA, dicitur *gluma*, vel calyx graminis, unicum florem amplectens.

VNILABIATVS, dicitur *flos*, vel corolla monopetala ringens, cui labium superius deest; ut in *Teucris* viderur.

VNILATERALIS, vocatur *racemus*, in quo flores omnes ad alterum latus inserti sunt.

VNIIVALVIS, est *gluma vnica constans squama; Sparba vniualvis*, vno latere dehiscens.

VNIERSALE, dicitur *inuolucrum*, umbellae vniuersali subiectum. Vide *Umbella*.

VNIO, seu **MARGARITA**, aut **PERLA**, est concrementum calcareum, in Ostreis, Myis, Mytulis, et forte aliis conchis nascens. Ob vires insignes olim valde laudabatur. Sed si res intimius inspiciatur, acidum tantum temperant, vti et mater perlarum, et omnia conchyliia faciunt. Vide *Margarita*.

VOLA, est postbrachialis pars interna manuum, *Palma* dicta, Gr. *Δάρον, Κόλον χειρός, Θέναρ, Pind. Schol.* Item *Vola* est concavitas pedis, Gr. *Κοτύλη, Κόλον ποδός.* Ge. *Die Hösle an der Hand oder Fuß.* G. *La Paume de la main.* A. *The Palm of the Hand.* B. *Het Hol van de Voet, of the Palm van de Hand.* Vide *Thenar*.

VOLATICA, i. q. *Lichen*.

VOLATILIA, sunt, quae ad minimum calorem facile auolant, et hinc in destillatione, vel sublimatione, ante ipsam partem aquosam auugiunt; vti sunt omnes spiritus et salia volatililia, Mercurius, etc. Hinc *Volatilizatio* dicitur mutatio corporis, quod ignis vim eludit, in eum statum, vt, mercurii calore accedente, sublimé petat, vel auolet.

VOISELLA, seu **VVLSELLA**, et **ACANTHOLVS**, Gr. *Μαδιστήριον, Τριχολάβη, Τριχολάβιον*, est instrumentum, quo pilos prehensos radicitus e corpore extirpant; seu forceps chirurgica, quae pro vario vsu varia forma est. Ge. *Kornzånglein, Nupfzånglein.* G. *Pincettes.* A. *A Pair of Pincers.* B. *Een Hair-trekker, Nyp-tang, Koren-tang.*

VOLVA, est calyx fungi membranaceus; estque *Volua* vel *approximata*, ad capitulum accedens, vel *remota*, a capitulo spatio recedens. G. *Bourse*.

VOLVBILIS: sic vocatur species Ipomoeae, a circumuolundo nomen habet, quod iuxta crescentibus plantis, stipitibus, etc. circumuolundo adhaeret.

VOLVBILIS, botanicis dicitur *caulis* plantarum, spiraliter ascendens super alia corpora.

VOLVMEN CHIRURGICVM, est idem, quod *Fascia ascialis*, s. octodecim capitibus instructa, qua in fracturis complicatis vtitur. Ge. *Achtzehntöpfige Binde.* G. *Bandage à dix huit chefs.*

VOLVVLVS, vide *Iliaca passio*.

VOMER, est os impar, maxillae superioris distinctum ab ethmoide, cum eius tamen processu medio septum narium

osseum constituens, et dualibus lamellis constans. Ge. Das
 Pfugschaarbein. G. Le Vomer.

VOMICA, latiori quidem significatione omnium viscerum
 apostemata hoc nomine a quibusdam denotantur; proprie
 vero Vomica est tuberculum in pulmone natum p. n. mem-
 brana propria inclusum, pure plenum; ortum a quacunque
 causa partem pulmonis prius inflammante, dein suppurante,
 sed tandem ita, ut pus in membrana quadam, quae simul crescit
 ac extenditur, contineatur, nec sputo externatur. Ali-
 quando in initio ita latet, ut nihil fere doloris, aut mole-
 stiae, percipiatur, nec rissim, nec febrem inducat; postea
 vero sensim aucta, vasa aërea pulmonis angustando re-
 spirationem difficiliorem facit: vasa sanguifera vicina com-
 primunt, quin sanguini praeterfluenti effluvia sua imprimit;
 proinde febricula, rissis sicca cum inquietudine et marcore
 succedit, tandem illa ad plenitudinem aggesta et diuturna
 concoctione in pus sincerum maturata, cystin disrumpens,
 vel soluens, pus sacco inclusum, vel, quod frequentius est,
 solum eicitur, siue per asperam arteriam, et tunc aeger prae-
 copia puris saepe illico suffocatur, siue in cauum thoracis,
 tumque *Empyema* sequitur. Ge. Lungengeschwür, Eiterbrühe.
 G. Vomique, Absès dans le Pommou. A. Impostume of the
 Lungs. B. Longe-zweer.

VOMICA NUX, NVCES VOMICAE, sunt semina orbicu-
 lata, compressa, satis magna, cornea duritie, colore cinereo,
 arboris in Malabarfa et Zeylona habitantis. Est haec arbor
 Cucurbitifera Malabariensis, tenopliae foliis rotundis, fru-
 ctu orbiculari rubro, cuius grana sunt *Nuces vomicae* offici-
 narum *Pluk. Caniram Hort. Mal. Strychnos nux vomicae*,
 foliis ouatis, caule inermi *Linn. (Pentandr. Monog.)*. Ca-
 lyx est quinquepartitus, minimus, deciduus; corolla mono-
 petala, quinquefida; bacca fragilis, globosa, glabra, maxi-
 ma, unilocularis, pulpa plena, semina villosa, villis versus
 peripheriam radiantia. Haec semina qualitatis sunt inodo-
 rae, amarae tamen et venenatae. Commendabantur olim
 ut insigne alexipharmacum et specificum antifebrile. Re-
 ctius tamen hodie ob indolem virosam inter remedia maxi-
 me infida ponuntur, et ab eorum usu a plurimis abstinetur,
 licet alii ea in variis morbis desperatis commendent. Ca-
 nibus, felibus, coruis, aliisque animalibus carnivoris, prae-
 sentissimum sunt venenum, eaque conuulsionibus enecat,
 nec in eorum corporibus dissectis laesione insigni, aut causa
 mortis, apparente. Ge. Krähenaugen. G. Noix vomiques.
 A. Vomick-Nuss. B. Kraan-vogen.

VOMITORIVM, est medicamentum internum, cuius vehementi irritatione materia in stomacho contenta, violento motu per gulam in os et ex eo eicitur, adeoque motus peristalticus plane inuertitur. Vide, quid de *Vomitu* mox dicetur. Conf. *Emetica*. Gr. *Ἐμετικά*. Ge. *Ein Brechmittel*. G. *Un Emetique, Vomitif*. A. *A Emetic, Puke*. B. *Een Braak drankje*.

VOMITVS, Gr. *Ἐμέτος*; ab *ἔτω*, vomo. Est ventriculi, oesophagi et musculorum abdominalium, praecipue rectorum, conuulsivus motus, quo versus superiora contrahitur ventriculus, pyloro occluso, et fundo ac lateribus in se coactis versus sinistram orificium, atque compressis omnibus vi musculorum abdominalium, vnde per partes conuulso etiam oesophago ab imo ad fauces, contenta, si quae sint in cavitare, expelluntur in os et ultra. Hinc in vomitu anxietas, dolor in cordis et ventris regione, respiratio nonnihil est impedita, facies rubet et tumet saepe, caput distenditur, labia tremunt, sudor exprimitur, si vomitus diu durat, et identidem recurrit, vt solet. Nam vomitio haec per vices repetit, vnde contentorum eiectione vna vice maior, altera minor est. Neque enim respiratio concedit diurnam conuulsionem, et quasi tetanum, sed sursum actus ventriculus ab inspiratione aliisque causis breui deorsum vrgetur, licet mox reuertantur conuulsiones, quae rursus remittunt; atque in tali vicissitudine vomitus fit. Distinguitur Vomitus in idiopathicum, sympathicum, criticum, symptomaticum; et familiaris est illis, quibus systema nervosum mobile, oriturque a quacunque irritatione, vt ab ebrietate, fastidio, cibis, vel potibus acris, venenis, vermibus, emeticis, catharticis, in grauidis, vulneribus cerebri, tussi, passione hysterica, turbato spirituum nervosorum motu, viscerum inflammatione, laesione, eorumque dolore, vt in colica, ileo, nephritide, febribus, etc. Estque vel rei ingestae, vel mucii naturalis, vel sanguinis excretio; qui tunc subniger est et grumofus, quo ab haemoptysi distinguitur nec immediate ex ventriculi vasis proficiscitur, sed potius ex alio viscere, vel intestinis tenuibus, eo deferretur, etc. Ge. *Das Erbrechen, Uebergeben*. G. *Vomissement*. A. *Vomiting, Puking*. B. *Braaking, Spoutwing*.

VOPISCVS, dicitur is, qui ex duobus conceptibus, vno abortu excluso, ad partum legitimum reducitur.

VORTICOSA VASA, ita a *Stenonis* et aliis venae choroideae tunicae vorticoso ductu procedentes vocantur.

VRACHVS, est canalis in foetibus brutorum satis quidem conspicuus, membranofus, figurae depressae, crassitiei circiter acus textoriae, coloris placenta obscurioris, a fundo ve-

ficae exiens, transiens infra amnion, recta vsque ad cervicem allantoidis, peruius, vel saltem transitum urinae permittens, intra aliquot dierum spatium ex substantia mucosa in veram membranam mutatus. Est autem in iis verus ductus urinarius: transmittit enim ex vesica in allantoidem urinam a sola vesica foetus in utero haerentis per tantum temporis spatium non retinendam, atque post foetus editionem in substantiam ligamentosam facessit, et vesicae pro suspensorio cedit. Coniungitur umbilico et vesicae fundo. At in foetu humano vrachus quidem nunquam non adparet, ex fundo vesiculae urinae ad funiculum vsque umbilicalem, et in eius aliquam certe partem productus, verum angustior, quam in bestiis, et in filamenta fissus, paucos post pollices evanescit; neque vnquam incisorum aliquis in foetu humano vrachum per funiculum totum profecutus est, aut in ea parte vidit, qua hic placentam adit. Gr. *ὑραχός*. Ge. Das Blasenband, oder Schnur, Harnschnur. Ga. *Urache*. A. *Urachus*. B. *Blaas-blond*.

VRANIA, est *Iridum* nomen, a colore et figura Iridis coelestis; *ὑρανό*; enim coelum est.

VRCEOLARIS, et VRCEOLA, vocatur *Parietaria*, quod detergendis vrceolis vitreis polleat. Vide *Helxine*.

VRENS, botanicis dicitur plantarum *caulis*, mucronibus puncturas inflammatorias efficientibus adpersus.

VRENTIA, vide *Pyrotica*.

VRETER, est vas fistulosum et membranofum ab utroque rene emissum, ex eius pelui oriundum, fere cylindricum, interdum inaequale, scilicet in diuersis locis angustius. Fabrica in vniuersum persimplex est, vt aegre in homine membranae distinguantur, quippe quas nimis stricta cellulosa tela vniat, neque musculosae fibrae facile ostendantur; adeo vt totus vrerter vniformi, robusta satis membrana fiat, quam ex vesicae neruosa tunica euidenter continuam habet, intimo velamento obductam, quod alibi villosa dicitur, hic leue est, obscure, siquidem vere, porosum. Exterius densa cellulosa tela est, in qua vasa multa repunt, in pelui conspicua et in vrerere. Hic canalus, in se quidem dilatabilis, in statu sano nullam praeternaturalem extensionem passus valde angustus est, vnde fit, vt sibi commissus fere clausus existat, donec materia secreta in peluim ad superandam vim contractilem satis virium acquirat, vnde liquor secretus non ilico ex pelui effluere potest, quod in hunc finem factum videtur, ne liquor ipso momento, quo in peluim stillat, effluat, sed ibidem continuo adsit, vt papillarum oscula hunc liquorem secernentium humectet, et impediatur, ne prae siccitate concreuant.

Haec fistula, ut ad vesicam, in quam terminatur, perveniat, utitur primo recto, mox vero ad anteriora flexo itinere, sub peritonaci lamella decurrens, in posteriorem et inferiorem vesicae partem, duorum digitorum ab alterius renis inserto vretere, uti et a ceruice distantia. Ergo in talem locum, ubi mutationibus vesicae, modo plenae, modo vacuae, minime obnoxius est, inseritur; tunc oblique deorsum inter tunicas vesicae spatio parvi digiti procedit, et ibi intima vesicae membrana penetrata suam urinam infundit. Haec mirabilis insertio, nullo operculo, vel valvula, praedita, retrogressum urinae ex vesica in vretorem omnino impedire valet, oblique intra vesicae membranas se aperiens; unde urina a renibus vesicae traditur. Multis Vreter gaudet arteriis et venis, nerisque, qui a plexu renali et lumborum oriuntur. *Vena alba Celsi* dicitur. Nomen habet ab ἄρον, urina. Ge. *Harn-gänge*. G. *l'Ureter*. A. *The Ureter*. B. *Een Pis-leider, Pis buis*.

VRETHRA, vel FISTULA, Gr. Οὐράξ ε, Οὐρηθρα, Πέος Οὐρηθρῆς, est meatus urinarius, quo ex vesica per penem, vel vulvam, siue pudendum muliebri, urina excernitur. Inserit quoque seminis eiectioni. In initio suo per duo foramina vesiculae feminales, quum opus fuerit, se exonerant, iisque ductus prostatae glandulae plurimis foraminibus circumstant, quibus *Verumontanum* interponitur. Canalis est mirae structurae; constat binis membranis, ubi primo prodit ex vesica, cuius protractio tantum videtur, sed his deinde interponitur *Corpus cavernosum*, siue fungosum, quod inter binas has lamellas decurrit, et in viris circa utramque extremitatem sensibilius, quam in medio, inter finem prostatae et unionem corporum cavernosorum est crassissimum, ibique *Bulbus urethrae* vocatur, dein toto decursu gracilius, ad anteriora penis crassescit, et extrorsum flexum; linquit in medio apertum os vrethrae, in glande, deinde vero constituit substantiam cavernoso-spongiosam glandis, terminatam in eminenti eius fimbria circa nexum graeputii. In cauum suae fistulae recipit emissaria obliqua ex glandulis Cowperianis, Littrianis, etc. confectum humorem blandum, praecipue flaccido veretro, dimittentia in vsu necessarios superficiei interiori vrethrae. Tum et plurima hic patent oscula maiora, minora. Hae fines sunt canaliculorum sub vrethrae membrana, eructantes humorem blandum, quo lubricatur meatus, et a concretionem defenditur. Vrethrae progressus in viris non est rectus, sed singulari modo progreditur, per anfractus descendit, assurgit, incurvatur, descendit; et variis sui decursus locis in latitudine sua etiam variat. In foeminis multo brevior, rectior et amplior est, et in superiore parte

puđendi muliebris finitur. Ge. *Harnröhre*. G. *l'Urethre*, *Conduit de l'Urine*. A. *The urinary Passage*. B. *De Pissgang*.

VRETICA, i. q. *Diuretica*.

VRINA, est magna Veterum mensura, continens vini quadraginta libras, et triginta quinque olei circiter.

VRINA, vide *Vron*.

VRINA PERICARDII, vide *Aqua pericardii*.

VRINALIS HERBA, dicitur *Linaria*, quia vrinam pellit, sic vocatur.

VRINARIA FISTULA, i. q. *Vrezbra*.

VRINOSA, sunt medicamenta alcalia volatilia, vt spiritus salis armoniaci, etc. quae externe nervos afficiunt et excitant, vnde in affectibus comatosiſ laudatissima sunt.

VRINOSVM SAL, VRINOSVM PRINCIPIVM, est substantia alcalina volatilis, in vrina, aliisque corporibus, praecipue animalibus, contenta, inde tum putrefactione euolucunda, tum addita calce, vel alcalinis fixis, per sublimationem separanda.

VRITIDES, f. *Margaritae oculi*, sunt pustulae in cornea ortae vrentem dolorem excitantes.

VROCRISIS, i. q. *Vrocritica*.

VROCRITERIVM, est iudicium de vrina, quatenus scilicet per eius quantitatem, colorem, consistentiam atque contenta, multa, quae tum ad habitum corporis, tum indolem morbi, signa cruditatis et coctionis pertinent, satis certa conclusionem cognosci possunt. Ex ὄρον, vrina, et κρίσις, iudico.

VROCRITICA, sunt signa, quae ex vrinis obseruantur. Ex ὄρον, vrina, et κρίσις, iudico.

VROMANTES, est, qui ex vrinis aliquid diuinare valet. Ex ὄρον, vrina, et μάντις, vates.

VROMANTIA, vide *Vrocriterium*.

VRON, *Vrina*, *Lozium*, Οὖρον et Οὖρημα, est excrementum serofum a sanguine in renibus, cum multo sale, pauco oleo, terra, et spiritu separatum, per tubulos vriniferos in papillis renales, et ex iis in peluim effusum, inde per vretes ad veticam delatum, in qua seruatur, donec quantitate, vel acrimonia, sensum molestiae excitans conuenienti tempore et loco excernatur. Color vrinae ab oleo resoluto, sapor praecipue a sale medio pendet, quem recens notabili quantitate continet; odor a principio alcalino volatili, vel etiam ammoniacali; hinc in carniuoris longe, quam in herbiuoris, vrina foetidior. In vrina putrescente longe magis id alcali volatile excluditur, et per sublimationem prodit. At et putredine sola generantur, praeter sal culinare, cry-

stalli obscurae, quae vterius depuratae, *Sal microscopium*, vel *essentiale urinae*, constituunt, amaricans cum sensu frigoris, in ferro candente spumescens, vapores alcalinos eructans, et in materiam vitro similem abiens, certo tamen acidam, in aqua solubilem, et addito alcalino sale in sal medium mutandam. Addito huic materiae principio inflammabili, destillationeque per retortam instituta generatur *Phosphorus urinae*. Plura forte adhuc circa indolem et vires peculiaris huius salis latent. Sunt, qui urinam iumentorum, immo et humanam, ieiuno ventriculo epotam, nauseosam quidem, at summe aperitiuam, medicinam commendant. Externe tum in fomento, tum in cataplasmate, cum furfuribus applicata, potenter resolueret atque discutere dicitur. Ab *ἰστού*, urinam reddo. Ge. Der Harn, Urin, Wasser. G. A. *Urine*. B. *De Pis.*

VROSCOPIA, est urinae inspectio. Ab *ἰστος*, vrina, et *σκοπέω*, inspicio.

VROSCOPIVM, i. q. *Marracium*.

VRSVS, est animal quadrupes, (Mammal. Fer.) praecipue in syluis Europae borealis habitans, cui dentes primores superiores sex, intus excauati, alterni; inferiores sex, laterales duo longiores lobati, secundarii basi interiores; lanarii solitarii, conici; molares quinque, vel sex, primo lanariis approximate; lingua laeuis; membrana nictitans; nasus prominens, penis scatens osse recuruato. Felli inspissato unguentis stomachicis addito singularis virtus contra anorexiam tribuitur. Pinguedo, vel axungia, cosmetica est et emolliens. Rarior vtriusque vsus. G. *Här. G. Ours. A. Bear. B. Reer.*

VRTICA, est plantae genus, (Monoec. Tetr.) cuius species maxime vulgares habent caules plus minusue altos, quadratos, rigidos, lanugine pungente tectos, excauatos, ramosos. Folia in caule bina opposita, oblonga, plus minusue ampla, Melissam referentia, acuta, in margine incisa; spiculis vrentibus obsita sunt. Flos est apetalus, stamineus; mas, calyci tetrapetaloidi, cruciformi, insidens vt plurimum; in medio caliculi habens stamina aliquando quatuor, quandoque plura; cum nectario vrceolato, minimo. Testiculi in foliacea plana dissiliunt. Fructus plerumque in planta non florifera sit vel capsula bivaluis, semine foeta, et aliquando in globulos congesta, vel volsella semen comprehendens, tuba filamentosa instructa, vel calyx conniuens: sed et ouaria in planta mare inueniuntur; vnde fiunt Vrticae mares, foeminae et hermaphroditae. Radix fibrosa, repens, coloris flavescentis. Plures dantur Vrticae species, quarum praecipue duae in vsum medicum adhiberi solent, scilicet: Vrtica vrens pilulas ferens *Bauh.* *Vrtica pilulifera* foliis oppositis, ouatis,

ferratis, amentis fructiferis, globosis *Linn.* et *Vrtica vrens* maxima *Bauh.* *Vrtica dioica*, foliis oppositis cordatis, racemis geminis *Linn.* Qualitas quidem vtriusque vrens tactu, ceterum oleracea et insipida, succum tamen continent viribus aperitiuis, diureticis et vulnerariis pollentem; hinc tum hic succus recenter expressus, tum foliorum infusum in iſtero, nephritide, haemoptysi et phthisi commendatur. Abunde crescit haec planta in ruderatis Europae, nomenque habet ab vrendo, quod pruritus pustulasque igni similes excitet. Gr. Ἀκαλῶφυ, ab α priv. καλῶ et ἄφυ, quia non bona tactu, et pruriginem excitet. Item Κνίδυ vocatur, a κνίζω, quod vellicet, pungat, a suo morſu sensum laesat. Ge. Nessel, Brennessel. G. Ortie. A. Nettles. B. Netelen.

VRTICA MARINA, est animal marinum ad Vermes mollusca pertinens, cuius corpus est gelatinosum, orbiculatum, depressum, os subtus centrale; estque vel *fixa*, scopulis maris basi adhaerens, vel *errans*. Habitat in mari Mediterraneo; contrahit se rigens, ac praeternatante piscicula, frondem suam spargit, complectensque deuorat. Nomen ei datum est, quod ad contactum in manu pruritus excitet. Ge. *Seeuessel*. G. *Ortie de mer*, *Ortie marine*.

VRTICA MORTVA, vide *Lamium*.

VRTICATA FEBRIS, seu *PURPURA VRTICATA*, vel *Scarlatina vrticata* *Sauv.* est febris exanthematica in qua papulae vrticarum puncturis similes cum insigni pruritu erumpunt. Plerumque periculi expers est. Ab *Essera* (G. *Porcelaine*) differt paruitate pustularum, quae in *Essera* latiores sunt et pruritu carent. G. *Nesselfieber*, *Nesselsucht*. G. *Fieure orriée*. Conf. *Purpura*.

VRTICATIO, est operatio chirurgica, qua membra corporis vrticis recentibus percutiuntur, ad calorem nempe reuocandum, praecipue in paralyſi, aliisque huiusmodi morbis. Ge. *Weitschen mit Nesseln*.

VSNEA, est muscus, ossibus, vel arboribus, adnascens. Proprie tamen sumitur pro musco caluariis humanis incrementum. Est ille Lichenoides vulgatissimum, cinereo-glaucum, lacunosum et cirrhosum *Dill.* *Lichen saxatilis* imbricatus, foliolis sinuatis, scabris, lacunosis, scutellis folio concoloribus, vel etiam *Lichen omphalodes* *Linn.* (Cryptogam. Alg.) Huic singulares contra epilepsiam et haemorrhagias virtutes tribuit superstitio, hinc etiam unguentum armarium ingreditur. *Vsnea* est vox Arabica. Ge. *Moos*, *Glechte*. G. *Usnie humaine*, ou des plantes. A. *Moss*. B. *Mosch*. — A variis vero *Lichenes* omnes *flamentosi* nomine *Vsnae* insigniuntur.

VSTILAGO, ab vrendo dicitur. Vide *Rubigo*.

VSTIO, est, quando res in cineres rediguntur, vt arte falsis ex vegetabilibus elixiuatio fiat. Vel vt res melius in puluerem redigantur, vti fit in cornu cerui calcinando.—*Vstio* chirurgis quoque familiaris, quando cauteriis actualibus vrunt. Ge. *Verbrennung*. G. *Brulure, ou action de bruler*.

A. *Burning*. B. *Branding*.

VSSVLATIO, est operatio chymica, vel metallurgica, qua fossilia, praecipue glebae metallica, igni exponuntur et torientur, sicque a partibus volatilibus, cum primis sulphure et arsenico, liberantur, et fusioni aptiora redduntur. Ge. *Das Rösten*. G. *Torréfaction*.

VTÉRI LIGAMENTA, vide *Ligamenta vteri*.

VTÉRINA, in genere sunt, quae vteri morbis medentur; hinc non tantum emmenagoga, sed nimium etiam mensium fluxum competentia, nec non antihysterica, ita vocantur. Vide *Antihysterica*.

VTÉRI OSCVLVM, vide *Osculum vteri*.

VTÉRI PROCIDENTIA, s. **PROLAPSVS**, vide *Procidentia vteri*.

VTÉRVS, Loci, Matrix, Gr. *Δελφός, Ὑτέρα, Μηδός, Hēfod.* et *Homer. Γονή Hippocr. Μήτρα, Ἀγγαίον κυρτήσιον Galeno*. Est pars organica, caua, homini crassissima, pyriformis, in abdominis inferiori parte, pelui dicta, mulierum sita, quae in fundum, corpus et collum diuiditur. *Ligamenta* duo lata et totidem *teretia*, s. *rorunda* habet. Cingitur exterius tunica satis valida, quae propago est peritonei, cuius ope vicinis partibus adnectitur. Substantiam obtinet neruolam, fibrosam et maxime vasculosam; crassities variat pro aetate, et tempore gestationis foetus: in recens natis vix drachmam pendens, in maturae aetatis foeminis vltra duas uncias. In collo osculum habet transuersim oblongum, ex cuius cauitate menses profluunt, et per quod conceptio et partus contingit; anteriori vesicam habet, posterius intestinum rectum, quae ipsi instar puluinarium inseruiunt, vt a duritie ossium, quae cauitatem peluis efformant, laedi non possit. Vasa accipit numerosissima, tam arteriosa, quam venosa, ex spermaticis, hypogastricis et iliatis, quae ad eius fundum et latera, innumerabilibus ramificationibus, tortuoso flexu decurrunt, et copiosis anastomosis inter se iunguntur. Germ. *Die Mutter, die Gebärmutter*. G. *La Matrice*. A. *The Womb, Matrix*. B. *De Baar-moeder, Lyf-moeder*.

VTRICVLARIA, s. *Utricularia* quorundam, est plantae genus calyce diphylo, corolla monopetala ringente, nectario corniculato, e basi petali producto, (i. iandr. Monogyn.) capsula globosa, magna, uniloculari, polysperma. Species

in fossis nostris et paludibus maxime frequens est *Verrucaria vulgaris* Linn. nectario conico, scapo paucifloro: Millefolium aquaticum lenticulatum *Baub.* Rarior eius in medicina vsus est. Sunt tamen, qui externe scopo roborandi et refrigerandi commendant.

VTRICVLVS, a botanicis saepe sumitur pro capsula, vel loculamento, plerumque vero significat in plantis vasculum liquore secreto repletum.

VVA, i. q. *Cion.*

VVA CRISPA, frutex est, scilicet *Grossularia simplicis* acino, vel spinosa sylvestris *Baub.* *Ribes vva crispa* ramis aculeatis, baccis glabris, pedicelli bractea monophylla Linn. (Pentandr. Monogyn.). Planta in hortis nostris sat frequenter obueniens. Fructus qualitatis acido-dulcis et refrigerantis est. Vide *Ribes*. Volunt dici ab intortis, fereque in circulum versis, foliis et acinis, quos producit. Latinius forte *Vua inortia* nuncuparetur. Ge. *Kräuselbeeren*, *Etzelbeeren*. G. *Großeilles*. A. *Gooseberry*. B. *Kruis-bezieboom*, *Stekel-bezien*, *Kroes-bezien*, *Knoezelen*.

VVAE PASSAE, vide *Passae*.

VVA VRSI, est *Arbutus vva vrsi* caulibus procumbentibus, foliis integerrimis Linn. (Decandr. Monogyn.). Calyx est quinquepartitus, obtusus, minimus infra germen; corolla monopetala, ouata, ore quinquefido, laciniis paruis, reuolutis; bacca subrotunda quinquelocularis; semina parua, ossa. Habitat passim in Alpibus et collibus sabulosis; proxime ad Vaccinium accedit, a quo situ receptaculi floris vere distinguitur. Folia huius plantae qualitatis saltem videntur stipticae et inodorae, hinc coriariis receptissima sunt. Verum a tempore abhinc haud adeo longo, foliorum tum pulvis, tum decoctum, vt singulare remedium contra calculum, aliaque viarum vrinariarum vitia, passim felici cum successu adhibetur. G. *Bärentraube*, *Sandbeere*. G. *Raisin d'Ours*, *Boufferole*.

VVEA MEMBRANA, s. TVNICA, ACINIFORMIS TVNICA, et VNIFORMIS, est pars anterior *Choroideae*, tunicae corneae subiecta, et per hanc conspicienda, cuius facies anterior colorata, *Iris* dicta, tota vasculosa, varii coloris est, vnde varii oculorum colores in homine: facies posterior lenti obuersa nigro pigmento obducitur. Ipsa tunica foramine in medio pertusa est, quod *Pupilla* vocatur. Vide *Choroidea*, *Iris*, *Pupilla*, *Camerae oculi*. Ge. *Das Traubenhäutlein*. G. *L'Uvée*. A. *The grapelike Coat*, *Uvea*. B. *Druif-bezie-ulijs*.

VVLNARIA, vide *Laurus Alexandrina*.

VVLNERARIA, vide *Traumatica*.

VVLNERARIA, est Loto affinis *Vulneraria pratensis*

Bauh. *Anthyllis vulneraria herbacea*, foliis pinnatis inaequalibus, capitulo duplicato *Linn.* (Diadelph. Decandr.). In nonnullis officinis eius loco *Anthyllis montana Linn.* asservatur. Habet haec planta caules pedem altos, tenues, rotundos, villosos, aliquantulum rubicundos, incurvatos. Folia ei bina sunt, costae adhaerentia, Galegam referente, sed magis medullosa, in parte inferiore villosa, in superiore albescentia, flatescencia, viridia, saporis dulcis, subacris. Flores in summitate ramorum crescunt in umbellam dispositi, papilionacei, vel leguminosi, flavi. Calyx est tubulatus, turgidulus, lanuginosus, coloris argentei. Flori succedit siliqua brevis, foeta semine subrotundo, in calyce membranaceo floris recondita. Radix est longa, recta, lignosa, nigricans, saporis leguminosi. Haec planta crescit in montibus. Nomen a virtute vulneraria, quae ei, perperam forte, tribuitur, obtinuit. Ge. Wundflee, gelber Hasenflee. Ga. *Vulnraire*. A. *Kidney wort*. B. *Wond kruut*.

VVLNVS, a *Vellendo* dictum, utpote vulnerata membra in contrarias quasi partes diuidens et diuellens: definitur solutio continui, externo aliquo instrumento, scindente, etc. recens in parte facta, cum cutis apertione; estque varium, tam ratione loci et partis affectae, (vnde aliud nervi est, aliud carnis), quam instrumenti infligentis, vnde, si ab aliquo acuto caesim illud fiat, *Sectio*, vel *Incisio*, si vero ab acuto punctim fiat, *Punctura*, vel *Punctio*, dicitur. *Absolute* vel *casu* et neglectu aegri, aut chirurgi *letale*, vel *sanabile*, quoque in medicina forensi distinguunt. Gr. *Τετραυα* et *Τετραυα*. G. *Eine Wunde*. G. *Playe*. A. *Wound*, *Hurr*. B. *Een Wonde*.

VVLVES, est animal quadrupes; (Mammal. Fer.) in antris Europae, Asiae et Africae habitans, ab Ill. *Linnaeo* ad Canes relatum. Est scilicet *Canis vulpes*, cauda recta, apice albo. Corpus flauo-rufescens; aures rectae; maxillae albae; pedes antice nigrescentes. Degit in antris, quae fodit animal astutissimum; faeit in agnos, anseres, gallinas, auiculas, non accipitres, foetidioresque; colligit stercora animalium; fragrat ambrosiaco odore supra basin caudae. Pulmonibus singularis virtus pectoralis tribuebatur, satque diu vulgus Lohoc de pulmone vulpis laudibus celebravit, cuius fere nunc vsus exoleuit. Pinguedo, vel axungia, et oleum vulpinum coctum adhucdum ad articulorum contracturas commendatur. Ge. *Fuchs*. G. *Renard*. A. *Fox*. B. *Vos*.

VVLSELLA, vide *Volsella*.

VVLTVS, i. q. *Facies*.

VVLVA, ita *Pudendum muliebre*, siue foramen maius dicitur, infra os pubis in foeminis positum. Vide *Cunus*.

VVLVA CEREBRI, est hiatus longitudinalis in parte posteriori ventriculi tertii cerebri sub commissura posteriori cerebri, in ventriculum quartum hians.

VVLVARIA, est species foetidissima Chenopodii, *Chenopodium vulvaria* foliis integerrimis rhombeo-ouatis, floribus conglomeratis axillaribus *Linn.* Atriplex foetida, velolida, *Baub.* Habitat in Europae cultis oleraceis. Laudatur a nonnullis, vt remedium antihystericum, et in officinis Angliae syrupus eius prostat. Ge. *Stinkende Melde, Buhlfraut, Schaamfraut.* G. *Arroche puante.* A. *Sinking Orache.* B. *Stinkende Melde.*

VVVLIA, vide *Cion.*

VVVLAE CASVS, s. PROLAPSVS, vide *Cion.*

VVVLARIA, est *Ruscus hypoglossum* *Linn.* foliis subtus floriferis sub foliolo, s. *Laurus Alexandrina*, cuius folia olim vt adstringens in vuulae prolapsu commendabantur. Sed iam inter obsoleta numeranda.

W.

WINTERANVS, s. MAGELLANICVS, CORTEX, s. *Canella alba* quibusdam, est cortex, foris integumento cinereo fungoso, inaequali, fisso, et multis rimis hiantē obductus, intus solidus, densus, brunus, arboris, vt vulgo credebant, in Iamaica et Carolina habitantis, quae est *Canella* foliis oblongis, obtusis, nitidis, racemis terminalibus *Brown.* *Winterania canella* *Linn.* (Dodecandr. Monogyn.) flore pentapetalo, albo, racematim congesto, baccis polyspermis. Sed recentissimae observationes docent, speciem arboris, ex qua cortex Winteranus verus obtinetur, a *Canella alba* plane differre. Crescit enim ea tantum in terra Magellanica, et a *Cl. Banks* et *Solander*, qui hanc arborem nuper examinarunt, *Winterana aromatica* vocatur, quae autem ad Polyandria *Linn.* refertur. *Canella alba* vero proprie ex *Winterana canella* *L.* oritur, quae in Iamaica crescit. Huius cortex magis albus est, quam *Cortex winteranus, s. magellanicus*, qui brunum colorem ostendit. Qualitas corticis est subamara, aromatica, fragrans, vique stomachica et carminatiua pollet. Specificum in scorbuto frigido habetur. Nomen habet a Praefecto classico, *Wintero*, qui primus hunc corticem in Europam attulit. Ge. *Winters Amerikanische Gewürzrinde.* G. *Ecorce de Winter, Ecorce caryocostine.*

WORMIANA OSSICVLA, sunt ossa parua incerti situs, figurae et numeri, quae in quibusdam craniis inter suturas, praesertim lambdoideam et sagittalem, reperiuntur, et vicinis ossibus per suturas iuncta sunt. Ob figuram etiam a qui

busdam *Ossa triquetra* dicuntur. Ge. Dreyeckigte Steinlein am Ropf. G. Os surnumtraires de la tête.

X.

X §. in quibusdam scriptis medicis denotat unciam, vel etiam numerum denarium.

XANTHIVM, est plantae genus flore composito a fructu remoto. (Mon. Pent.) cuius species officinalis habet caulem, sesquipedem altum, angulosum, villosum, punctis rubris notatum, ramosum, in latum se extendentem. Folia sunt Bardanae, sed minora, viridia, in margine incisa leuiter, saporis acris et aromatici. Flores masculi sunt stulosi: e floribus foeminae fit fructus oblongus, aculeatus, vestibis adhaerens, in duos acutos, rigidosque mucrones desinens, qui distinctis loculis duobus totidem grana oblonga condit. Radix est parua, alba, fibris satis crassis instructa. Haec planta crescit contra parietes, et in paludosis locis exsiccatis. Species, quae apud nos prouenit, rarissime tamen in usum medicum adhibetur est Lappa minor, vel Xanthium Dioscoridis *Baub.* *Xanthium strumarium* caule inermi, foliis cordatis trinerviatis *Lin.* Qualitatis est luteo-tinctoriae, amarae et subacris, viribusque diaphoreticis, adstringentibus et pellentibus gaudere dicitur. Ge. Kleine Kletten, Bettlerlause, Episkletten. G. Petit Glouteron. A. The lesser Burdock. B. Kleine Klissen.

XENEXTON, i. q. *Zenechdon*.

XERAPHIVM, est medicamentum aduersus capitis et menti exanthemata vtile.

XERASIA, est capillorum vitium, quando lanuginis instar apparent, et velut puluere conspersi. Inter species *Alopeciae* referri debet.

XEROCOLLYRION, est collyrium siccum.

XEROMYRVUM, est vnguentum desiccans, siue compositio ex aromatis, pro suffitu, amuletis, etc. constans: adhibetur quoque aduersus foetorem axillarem.

XEROPHTHALMIA, est arida et sicca lippitudo, vel *Ophthalmia sicca* nonnullorum, in qua nullus quidem tumor in palpebris, rubedo tamen et pruritus in tarsis sunt; lacrymae vix vllae, palpebrae noctu conglutinantur, luxque ab aquis reflexa vix toleratur. A *Ξηρός*, aridus, et *ὀφθαλμία*, oculorum dolor. Ge. Ein trockner Augensfuß, da sie nur roth sind. B. Drooge Oog ontsieeking.

XEROTES, est sicca corporis dispositio. A *Ξηρός*, sicco.

